START

Microfilmed By The

LIBRARY PHOTOGRAPHIC SERVICE

U[illegible] OF CALIFORNIA

74

2783

fPJ
1093
K58
v. 2:2

OEDIPUS AEGYPTIACUS

FILMED FROM ORIGINAL IN THE BANCROFT LIBRARY OCTOBER 1973


SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

ATHANASII KIRCHERI

SOC. IESV

OEDIPI AEGYPTIACI

Tomi Secundi

PARS ALTERA

Complectens Sex posteriores

Classes.

Felicibus Auspiciis

FERDINANDI III.

CAESARIS.

ROMÆ,

Ex Typographia Vitalis Mascardi, Anno M DC LIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

PT1093
K58
1.2.7

SYNOPSIS PARTIS II.
TOMI SECVNDI.

CLASSIS VII. *Mathematica hieroglyphica*. Complectitur quidquid ium Mathematicum, hoc eſt, Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, & Aſtrologiam.

CLASSIS VIII. *Mechanica ſive Architectonica*. Inueſtigat prodigioſarum Ægyptijs vſitatarum machinarum conſtructionem.

CLASSIS IX. *Iatrica, ſive Medicina hieroglyphica*. Ægyptiorum in medendo rationem & methodum declarat; item de naturali & præternaturali ſingulorum membrorum cura; vbi & de herbis, lapidibus, animalibus, amuletis medicamentis, pſalmorumque exorciſmis multa curioſa ex hieroglyphica doctrina eruuntur.

CLASSIS X. *Chimica*. Alchimiam hieroglyphicam, eiuſque myſteria hieroglyphicè exhibita contractat.

CLASSIS XI. *Magica, ſive Magia hieroglyphica*. Originem oraculorum, diuinationum Ægyptiarum vitatarum ſpecies, ſculpturas magicas, amuleta, phylacteria & periapta, Gnoſticorum præterea Teleſmata, & Camæa fuſè vnà cum ſuperſtitionum occurrentium confutatione, in ordine ad hieroglyphicorum intelligentiam exponit.

CLASSIS XII. *Theoſophica Metaphyſica, ſive Theologia hieroglyphica*. In qua Veterum Zoroaſtris, Hermetis, Orphei, Pythagoræ, Platonis Theologia cum Ægyptiaca comparata fontes hieroglyphicæ doctrinæ aperit; vbi SS. Trinitis myſteriorum iam tum ab Ægyptijs, à primis Mundi Patriarchis ſucceſsiuâ traditione acceptum vario hieroglyphicorum ornatu exponitur; Angelorum & Dæmonum natura, atque in ſingulas mundanarum rerum Claſſes præſidium, eorundemque deſcenſus attractuſque cum varijs cœrimonijs, ritibuſque in ſacrificijs per ſuffumigia, odoramenta, herbas, lapides peragi ſolitis deſcribitur, atque adeo clarè Obeliſcos, cœteraſque hieroglyphicas inſcriptiones nihil aliud, quàm dictarum rerum exhibitionem continere, variè demonſtratur.

ROMÆ,
Ex Typographia Vitalis Mascardi, Anno M DC LIII.
SUPERIORUM PERMISSU.

OEDIPI AEGYPTIACI
Tomi Secundi
PARS ALTERA.
CLASSIS VII. MATHEMATICA HIEROGLYPHICA.
PROOEMIVM
AD GLORIOSISSIMVM
FERDINANDVM III.
IMPERATOREM ROMANORVM
SEMPER AVGVSTVM.

AMOTIS Mathematicæ diſciplinæ ſtatim ab ipſis naſcentis Mundi incunabulis, vti ex 4. cap. Geneſeos oſtenditur, in vſu fuerint, Maxime Cæſar; *cultum tamen earum poſt diluuium ſibi primò Chaldæa, deinde Ægyptus ambiuit, vti ex turribus omnibus ſeculis celeberrimis exſtructione à Nembrod peracta, reliquorumq; ædificiorum à Semiramide, & ex pyramidum ab Ægypti Regibus exſtructarum hiſtoria conſtat; quæ quidem admiranda opera ſine mathematum peritia minimè fieri potuiſſe ij ſoli norunt, qui in Architectonica facultate, Geometria & Arithmeticæ neceſſarium vſum experiuntur. Fuit autem in huiuſmodi diſciplinis addiſcendis tantus Ægyptiorum ardor, tanta harum æſtimatio & reuerentia, vt nemini Prophetæ, Sacerdotis, aut ſapientis titulus concederetur, qui non priùs hiſce eximiè fuiſſet imbutus. Et vt interim omittam vtilitatem maximam, atque ingentia quæ ex hiſce in Rempublicam, tum politicam, tum Oeconomicam redundabant emolumenta; certè Sacerdotes tanto eas ſtudio præ reliquis ſectabantur, tam altè ſuſci-*

Ægyptij & Chaldæi poſt diluuium Mathefeos inuentores.

Ægyptij Sapientes perfectiſſimi Mathematici.

M235941

pietbant, vt nullum esset adeo in sacra Theosophia reconditum mysterium, quod non symbolicis Arithmeticæ & Geometriæ ratiocinijs se recludere posse speraret. Cum enim sensibilia, eorum quæ insensibilia sunt, quædam velati simulachra existant, atque adeo omnia quandam ad se inuicem, tametsi occultam nobis atque incomprehensam, proportionem habeant, hæc autem sine similitudine concipi non possint; hinc Veteribus eas maxime imagines & similitudines in supernorum continua contemplatione adhibere visum fuit, quæ vti simpliciores abstractioresq; ita sublimium quoque rerum naturæ aptius exprimerent; cuiusmodi sunt rerum mathematicarum contemplationes, quæ cum circa numeros, & figuras Geometricas versentur, plurimum occupantur, eam speculationem peperisse abundantiam, vt nemo Veterum magnis viris aliâ, præterquam dictâ viâ, ardua diuinarum rerum mysteria aggressus sit. Hinc apposite Boëtius, nullum diuinorum scientiam ἀγωμετρήτως esse attingere posse asserit. Pythagoras verò, Plato q, eorum q sectatores omnem veritatis in sui situm mentem in numeris & geometricis figuris posuerunt; imò D. Augustinus numeros rerum creatarum in animo Conditoris principale exemplar fuisse ex Platone probat; Aristoteles aliter sanè nobis Mathematicarum speciarum differentiam, quam per numerorum cooperationem tradere non potuit; cum enim de formis naturalibus, quo modo vna in alia, scientiam tradere vellet, ad Mathematicas sibi formas necessariò confugiendum censuit, dum dixit, καθάπερ ἐν τῷ τετραγώνῳ, ἔστι πάλιν ἐν τῷ ἑτερομήκει, Sicut trigonum, inquit, est in tetragono, ita & inferius inest in suo superiori; quæ postea fusiùs explicabuntur. Et vt multa paucis complectar, tota veritatis doctrina, Boëtio teste, tum multitudine, tum magnitudine comprehenditur. Quæ omnia ab Ægyptijs Veteres hausisse Græcos, nulli dubium esse debet; illi enim vti primi literarum, Mathematumque inuentores, ita & earum freti notitia, ijs maximè quibus superiorum Entium mysteria exprimebant, vt paulò post apparebit. Diuiserunt autem totum Mathematicum obiectum in quadruplices facultates, unde & nomen iis in hunc vsque diem mansit quadriuij Mathematici, sunt q Arithmetica, Geometria, Musica, Astrologia. Ex quibus deinde, veluti ex prædicti fonte quatuor riuis insigni, alij & alij riuuli emanantes Ægyptiorum palæstram mirum in modum auxerunt. Qui inter celeberrimæ fuerunt, Mechanica, Architectonica, & reconditior illa Magiæ naturalis pars, quæ in machinarum omnis generis impenetrabili quadam ingenij dexteritate construendarum notitia consistit; quam & ideo Thaumaturgicam recentiores appellandam duxerunt. De quibus singulis in hac & sequenti Classe, quantum ingenij vires permittent, ample tractabitur. Ad opus igitur.

Veritatis inquisitio tota est in Mathematicis disciplinis.

Quadriuium Mathematicum.

SE-

SECTIO I.

De Arithmetica Hieroglyphica.

CELSISSIMO S. R. I. PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

FERDINANDO IOANNI

Principi à Lichtenstein & Nicolspurg, Duci Teschinij, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

PRIA sera lustra agantur, Celsissime Princeps, cùm nescio quo meo forte, aut cuiusuam boni sideris afflatu, vnà mecum Romæ commanatas, tum cæterarum Artium ac Scientiarum, tùm diuinæ potissimùm Matheseos studium, tanto ardore animi aggressus es, tanta cum perfectione, raro exemplo, consumasti, vt quanto inter viburna Cypressus, tantò Tu inter cæteros, quæ est ingenij Tui sublimitas, excelleres, omnium quæ apud me continentur arcanorum particeps. Cùm itaq Celsitudinem Tuam præ cæteris, quæ reconditiorem Arithmeticam implicitam habent, argumentis semper oppidò delectatam comperirem; certè cui meliori iure hoc præsens, quod de Vetervm Arithmetica hieroglyphica inscribitur, Syntagma, quam nominis Tui honori consecrandum duerem, reperi neminem. Suscipe igitur hoc perpetuum mei in Te affectus & obseruantiæ monumentum. Inuenies hic dignissima capacissimæ mentis Tuæ pascua; amplissimos ingredieris nouarum demonstrationum campos, quò summi ingenij Tui vires experiaris. Vale omni virtutum genere excultissime Princeps, & vti semper solitus es, Tuum quem amasti ne desijsti.

SE-

Arithmetica hieroglyphica in quo consistat.

NEMO, (tum de distributione multitudinis in plures, tum de vulgarem illum mercatorum calculum tradituros existimet, sed reconditiorem illam numerorum scientiam, quâ per occultam quandam analogiam arcaniores Theologiæ partes enucleantur; quæ vti ex mente diuina ejusque suprema monade perenni emanatione scaturit, ita omnia quoque quatuor Mundorum supra explicatorum, omniumq; in vi contentorum mysteria inuoluit. Quod vt ἐμφάσεως præstemus, ab vnitate nostræ famamus disceptationis exordia.

CAPVT II.

De Vnitate, ejusque multiplici facie.

RATIONALIS sibi hoc nascitur quidam principium principium numerus est; mentis enim expertia, vti bruta, non numerant. Sed & hic ipse nihil aliud est, quàm ratio explicata; ideo enim numerus principium eorum, quæ ideò seiunguntur, esse probatur, vt eo sublato nihil omnium remanere ratione conuincatur. Est autem principium omnium numerorum Vnitas, vtpote à quo omnis numerus profluit, ipsaque omnium finis, in hanc enim omnis numerus resoluitur, neque tamen Vnitas abvllo alio suum nanciscitur originem, aut in aliquem diuiditur numerum, sed omnis numerus ita essentialiter ab vnitate dependet, vt sine illa tantum abest vt existat, vt potius omnia sine eo in nihilum abire certum sit.

Vnitas principium omnium numerorum.

Est autem hæc Vnitas compiterna Dei essentia, omnium principium & finis, Alpha & Omega, omnia aperiens, omnia claudens, adeoque omnia creatarum rerum entia nihil aliud sunt, quàm illius supremæ Vnitatis signacula. ita Mercurius Trismegistus in Pimandro: *Monas*, inquit, id est Vnitas *omnium principium, radix, & origo; absque principio vero nihil initium autem est non principij, sed alterius; Monas ergo principium omnium numerorum continet à nullo contenta, omnem gignit numerum, nullo numero genita; id sanè quod augescit, virtute Monadis augetur, euanescit autem imbecillitate propriâ, cum vlterius Monadem capere nequeat.* Nec caret diuinæ lucis adumbratione, quòd Vnitas omnium numerorum terminus est & mensura, omnia mensurans, omnibus suum nomen communicans numeris.

Valet est Efficacia Dei.

Trismegistus.

Verùm quia hæc amplissimè in Obelisco Pamphilio folio 178 pertractauimus, ijs relictis calamum ad arcana Monadis explicanda conuertamus.

§ I.

§ I.

Quomodo maximum absolutum cum minimo absoluto coincidat.

BOëtius, huius epiphonematis Author, apertè dicit lib. 1. suæ Arithmeticæ, & Cusanus Card. in lib. de docta ignor. maximum absolutum cum minimo absoluto coincidere, imò idem esse; quod quomodo intelligendum, videamus. Maximum absolutè hoc loco nihil aliud notat, quàm maximum, quo maius dari non potest, estque veritas infinita, nullo humano, nec Angelico intellectu comprehensibilis. Nam cùm hoc maximum de eorum natura, quæ excedens & excessum admittunt, minimè sit, erit id necessariò super omne id, quod conceptu mentis nostræ exprimi potest; omnia enim, quæcunque ratione aut intellectu apprehenduntur à nobis, ita inter se & ad se inuicem differunt, vt nulla prorsùs præcisa æqualitas inter illa assignari possit. Maxima autem æqualitas illa est, quæ vti à nullo est alia aut diuersa, neque vllum quoque vel excessum vel defectum importat, ita super omnem quoque intellectum collocata, omnem meritò mentis conceptum excedit, atque adeo cum maximo absolutè idem est. Porrò cùm hoc maximum absolutè omne id, quod esse potest, sit; minimum autem absolutè id sit, quo minus concipi non possit; perspicuum est, maximum absolutè minimo absolutè coincidere. Oppositiones igitur, quas in rebus imbecillis mentis nostræ fundat apprehensio, locum tantùm habent in ijs, quæ excedens & excessum admittunt; maximum verò & minimum vti supra omnem oppositionem est, ita nullum quoque excessum vel defectum, vti dictum est, suo in conceptu concludere potest, vt doctè probat Cusanus.

Quid sit Maximum absolutum.

Quid sit Minimum absolutè. Maximum & Minimum, absolutè coincidunt absque vlla contradictione.

Cùm itaque maximum absolutè omnia sit absolutè actu, quæ esse possunt, illud absque vlla oppositione vt cum minimo coincidat, necesse est, atque adeo quod super omnem affirmationem & negationem, & super omne id, quod concipi potest, existit, id non magis esse quàm non esse concipitur; & omne id, quod concipitur non esse, non magis non est, quàm est; verùm ita est hoc, vt sit omnia; & ita omnia, vt nullum; & ita maximum, vt sit minimum; ita lux, vt tenebræ; *vti enim tenebrarum, sic & lucis eius*; cùm alias Deus omnia possibilia actu esse non posset, si non esset infinitus, & terminus omnium. Hoc autem omnem intellectum transcendit, qui nequit contradictoria in suo principio combinare [illegible], quoniam per ea, quæ nobis ab ipsa natura nota sunt, ambulamus, quæ longè ab hac infinita virtute cadens ipsa contradictoria per infinitū distantia connectere simul nequit. Supra omnem itaq; viam rationis incomprehensibiliter maximum illud absolutum seu infinitum, cui nihil opponatur, videmus cum minimo coincidere. Sunt itaque Maximum & Minimum hoc loco transcendentes absolutæ significationis termini, quæ in sua simplicitate absoluta supra omnem contractionem ad quantitatem molis aut virtutis, omnia complectuntur. Atque hoc maximum

Boëtij Epiphonema probatur.

& mi-

& minimum nihil aliud esse, quàm vnum, iam nobis incumbit demonstrandum.

§ II.

Quomodo Maximum & Minimum Vnitas absoluta sint.

CVm excedens & excessum propriè numericæ sit considerationis, atque adeo anima numeris assueta, sine iis quicquam finitum & terminatum concipere non possit; sublato numero, ipsa quoque rerum discretio, ordo, proportio, harmonia, atque ipsa entium multitudo, quæ sine numeris concipi non potest, vt cesset necesse est. At si numerus iste esset infinitus, quoniam tunc iuxta dicta maximum actu cum minimo incideret, omnia pariter prædicta cessarent, cùm idem sit numerum infinitum esse, & minimè esse. In finito igitur numero adeo magnus quidem assignari non potest vt eo maior esse non possit in potentia; maximum tamen actu numerum, quo maior dari non possit, assignari, est assignari eum, qui nec principium, nec finem suæ multitudinis habet, numerus siquidem infinitus esset, & consequenter talis numerus, neq; discretionem rerum, neque ordinem, neque pluralitatem, neque excedens, neque excessum admitteret, imò numerus non esset. Quapropter necessariò est in numero ad minimum pertingere, quo minus esse nequit; atque hæc est vnitas: & quoniam vnitate minus esse nequit, erit hæc vnitas minimum simpliciter, atque adeo cum maximo simpliciter coincidet. Non potest autem hæc vnitas numerus esse, vtpote omni excessu carens, sed est principium numeri; quin minimum quod hæc vnitas refert, finis est omnis numeri, quia maximū est, cum quo minimum coincidit. Est igitur vnitas absoluta, cui nihil opponitur, ipsum Maximum simpliciter, qui est Deus benedictus, quæ Vnitas vti maxima est ita multiplicabilis, & participabilis, quoniam omne id est, quod esse potest. Non potest igitur ipsa Vnitas numerus fieri. Atque hanc Hebræi, vt in Cabala expositum *Ensuph* vocant, diuinæ essentiæ infinitum, mare illud magnum & interminum, hanc vnitatem Zohar vocat

Vnitas Maximi æquiparata Vnitati Minimi.

אחדות פשט בתכלית אחדות הפשטה וכלל פנת
ובכל צד ובכל בחינה ובחינה שאתה בוחן בו אין אתה
בוחן רק אחדות פשוט:

Vnitas simplex, & absoluta vnitate simplici, & absolutissima omnibus modis & rationibus, & ex omnibus examinibus quibus examinaueris hoc, nihil percipies nisi vnitatem simplicem & summe absolutam. Atque hanc vnitatem ita necessariam esse, vt illa non existente, nihil conditarum rerum existere possit, iam probemus.

§ III.

§ III.

Vnitas absoluta actu existit, & perneccessaria est.

MAximo itaque simpliciter non existente, nihil existere posse, ita ostendo. Cùm omne non Maximum sit finitum & principiatum, necessariò id erit ab aliquo; si enim à seipso esset, fuisset quando non fuisset; nè igitur processus concedatur in infinitum, maximum simpliciter necessarium, sine quo nihil esse potest, concedendum est. Cùm præterea nullum esse intelligi possit sine esse, Maximum autem esse oppositionem non admittat; necesse est, minimum esse, cum maximo esse coincidere, eritque absolutum esse nihil aliud, quàm Maximum esse; quemadmodum Veritas maxima, est Maximum absolutè; maximè itaque verum est, ipsum Maximum simpliciter esse, vel non esse; vel esse & non esse; vel nec esse, nec non esse; in infinito enim, diuinæ essentiæ hæc omnia sine vlla oppositione considerari possunt. Patet hinc, quare S. Dionysius Deum subinde Ens & non Ens dixerit, & Zohar subtilissimis verbis sequentibus explicat.

Deus cur dicitur Ens & non Ens à S. Dionys.

כבר אמרתי לך כי המוציא יש מאין אינו חסר וכי
חיש הוא באין בעין אין והאין הוא ביש בעין יש ללמוד
שהאין הוא חיש והיש הוא האין:

Iam dixi tibi, quòd producenti Ens de non ente nihil decedit, & quòd Ens est in non ente quoad rem non entis, & non ens est in Ente quoad rem entis, vt discas, quòd non ens sit Ens, & Ens sit non ens. Patet igitur ex dictis, Maximum simpliciter necessariò esse, imò esse ipsam absolutam necessitatem, & hanc vnitatem esse absolutam. Vnitas ergo hæc erit maximum simpliciter, quod suprà innuimus, & S. Dionysius doctè demonstrat lib. de diu. nomin.

§ IV.

Quomodo Pythagoras vnitatem hanc trinam dixerit.

NVlla vnquam natio fuit, quæ Deum non coleret, & eum Maximum simpliciter non crederet. Sisenij vnitatem maximè adorabant; Pythagoras trinitatem vnam astruebat. quod vt intelligatur, Sciendum est, id, quod omnem alteritatem præcedit, æternum esse: alteritas enim idem est, quod mutabilitas; sed omne quod mutabilitatem naturaliter præcedit, immutabile est, & consequenter æternum. Vnitas ergo natura prior est alteritate, & quoniam eam naturaliter præcedit, est æterna. Porrò omnis inæqualitas est ex æquali & excedente, vnde inæqualitas emergit, æqualitate naturâ posterior; quod ita ostendo. Omnis inæqualitas in æqualitatem resoluitur, nam æquale inter maius & minus est; si itaque dempseris quod maius est, habebis æquale; sic si minus dempse-

Vnitas natura prior est alteritate.

ris à maiori, iterum habebis æquale. Inæqualitas itaque per fui reductionem ad æqualitatem reducitur; ergo æqualitas naturaliter præcedit inæquale; alteritas ergo & inæqualitas natura simul sunt: vbi enim alteritas, ibi & inæqualitas, & è conuerso; inter duo namque ad minus erit alteritas, illa verò ad vnum illorum duplicitatem facient, quare erit inæqualitas per excessum vnius. Alteritas ergo & inæqualitas simul erunt natura, sed ex præmissis æqualitas naturâ præcedit inæqualitatem, quare & alteritatem; æqualitas ergo erit æterna. Iterum si duæ fuerint causæ, quarum vna prior sit altera, erit effectus prioris prior natura effectu posterioris; sed vnitas vel est connexio, vel est causa connexionis, est enim vnitiua omnium; binarius verò, vel diuisio est, vel causa diuisionis; si ergo vnitas causa connexionis est, & binarius causa diuisionis, ergo sicuti vnitas natura prior est binario, ita & connexio natura prior est diuisione; sed sicuti alteritas & diuisio natura simul sunt, ita vnitas & connexio: cùm itaque probatum sit, id quod alteritatem, diuisionem, seu mutabilitatem præcedit, esse æternum, est enim id simpliciter maximum; nihil verò præcedens alteritatem aliud sit quam vnitas, vnitas autem idem sit, quod æqualitas, & connexio, erit necessariò, vnitas, æqualitas, & connexio æterna; non tria æterna, sed vnum æternum, si enim plura essent æterna, alteritas siue multitudo prius esset vnitate, iterum alterum alteri deesset, atque adeo nullum illorum esset æternum; æternum itaque esse, atque adeo nullum illorum esset æternum; æternum itaque esse, & non æternum, quæ omnia absurda sunt & impossibilia. Manet ergo vnitatem, æqualitatem, & connexionem vti vnum sunt, ita & æternum esse.

Alteritas & inæqualitas simul sunt natura.

Vnitas æqualitas, & connexio sicuti habent vnum esse, ita habet æternum esse.

Atque hæc est illa trina vnitas, quam Pythagoras adorandam statuit; quamque Ægyptij *Hemphta* dicebant, & sub figura τετρακτυος πεντεμορφου, id est, per globum, serpentem, alam in vnum hierogramma congesta, occultè exprimebant; de quo vide Obeliscum Pamphilium.

Ab vnitate itaque gignitur vnitatis æqualitas, atque ab his procedit connexio; Deus enim vnicus vti ipsa rerum entitas est, seu formaessendi, æqualitas verò entium æquitas, in qua neque plùs, neque minùs sic, nihil suprà, neque infrà; ita generatio vnitatis nihil aliud est, quàm vnitatis repetitio; si enim bis, vel ter, aut deinceps vnitatem multiplicaueris, iam vnitas ex se aliud procreabit, vt binarium, ternarium, vel alium quemuis numerum qui creatis conuenit. Vnitas ergo in diuinis semel tantùm repetita gignit vnitatis æqualitatem, siue quod idem est, Vnitas gignit Vnitatem, quæ est generatio æterna Patris & Filii. Hinc patet, quomodo illud Trismegisti intelligendum sit, *Monas genuit Monadem, & in seipsam suum reflexerit ardorem.* Sicuti igitur generatio vnitatis ab vnitate, est vna vnitatis repetitio, ita processio ab vtroque est repetitio vnitatis entitatiuæ & æquatiuæ, siue quod idem est, vnitatis & æqualitatis connexio & vnitio. Rectè itaque ab vnitate, & æqualitate vnitatis, id est, ab vtroque connexio procedit, neque enim connexio vnius tantùm est, sed ab vnitate in æqualitatem vnitas procedit, & ab vnitatis æqualitate in vnitionem. Neque dicitur, connexionem ab vnitate, vel ab vnitatis

Trismegisti effatum explicatur.

tatis æqualitate gigni, quoniam neque ab vnitate per repetitionem fit, neque per multiplicationem; & quamuis ab vnitate gignatur vnitatis æqualitas, & connexio procedens ab vtroque, veluti si de eodem dicatur, hoc, id, idem; hoc ipsum quidem quod dicitur id, ad primum refertur; quod verò dicitur idem, relatum connectit & coniungit ad primum. Atque ex tali quantumuis diuisita similitudine Pater dictus est Vnitas, Filius Æqualitas, Connexio verò Amor, seu Spiritus sanctus. Atque hæc sunt, quæ de Trismegisti & Pythagoræ trinitatis in vnitate, & vnitatis in trinitate scrutinio Lectori curioso exhibere volui.

CAPVT II.

De Monadis in quatuor Mundos, siue ab extra effusione.

QVadruplicem vnitatem hoc loco exponendam duximus; prima est simplicissima siue Μοναδικη, Monadica; altera Δεκαδικη, decadica, seu denaria; tertia εκατοντασικη, hecatontadica seu centenaria; quarta χιλιασικη, chiliatica seu millenaria. Prima intuetur simplicissimam & indiuisam vnitatem, scilicet 1; secunda denariam vnitatem, quæ & sequentium radix dicitur, & 10 sunt; tertia centenariam vnitatem contemplatur, & est præcedentis vnitatis denariæ quadratura, videlicet 100; quarta 1000, id est, millenariam respicit vnitatem, & est præcedentis denariæ vnitatis cubus. Quæ quatuor Monades vti fluxum puncti in lineam, lineæ in superficiem, superficiei in corpus pulchrè explicant; sic prima centralis monas, secunda superficialis, tertia quadrata, quarta solida rectè quoque denominari potest. Atque hâc ratione statutis duobus extremis, vnitate, & millenario, cæteros omnes numeros per accessum, & recessum ab illis definiebant Pythagorei, eíseque varia illa & mysteriosa τετρακτυος Pythagoræ. Verùm inter duo hæc duo statuebant media, nempe 10 & 100; & denarium quidem radicem, centenarium quadratum, millenarium verò cubum appellabant. Vnitas sine diuisione est, & vt punctum; denarius millenarij radix cum simplici diuisione, est enim pariter impar, & vt linea: centenarius cum duplici diuisione, & vt superficies; diuiditur enim in 50 & 50, deinde 50 in 25 & 25; millenarius verò cum trina diuisione, & vt corpus; diuiditur enim 1000 primò in 500 & 500; deinde 500 in 250 & 250; rursus 250 in 125 & 125, inibique cessat diuisio. Sicuti igitur monas omnis diuisionis expers, sic 10 vnam diuisionem tantùm admittens aptè Intelligentijs applicatur, 100 bina diuisione animam, 1000 verò trina diuisione aptè corporeum Mundum ostendit. Sed explicemus singula.

Quadruplex Vnitas explicatur.

Declaratur natura singularum Vnitatum.

In monadica vnitate contemplamur simplicissimam Mentem omnium productricem, diuinam essentiam; in secunda radicali vnitate Angelicam intelligentiam; in quadrata animam; in cubica denique corpus intuemur; ita vt in hisce quaternis vnitatibus distinctis, distinctas in singulis proprietatum rationes comperiamus. Nam in Deo omnia Deus,

Vnitatis quatuor explicatur.

in intelligentia omnia intellectus, in anima omnia anima, in corpore omnia corpus est; quod aliud non est, quàm Mentem omnia complecti vel diuinè, vel intellectualiter, vel animaliter, vel corporaliter; diuinè quidem, prout res est veritas; intellectualiter, hoc est, vt res non est veritas, sed vere; animaliter, hoc est, vt res est verisimiliter; corporaliter denique, hoc est, vt verisimilitudinem exit, & confusionem subintrat.

Primæ Vnitatis prærogatiua.

Prima vnitas veluti exemplar omnium, omnem præcedens multitudinem, & consequenter omnem alteritatem, oppositionem, inæqualitatem, diuisionem; & tametsi huiusmodi vnitas nec binarius, nec ternarius, nec quaternarius sit, omnia tamen ea est, quæ sunt binarius, ternarius, quaternarius &c. Si species rerum vt numeri distinguantur, ipsa absoluta vnitas nullius quidem speciei est, nullius nominis, nullius figuræ est, sed omnia in omnibus est; est enim hæc vnitas omnis multitudinis generum, specierum, substantiarum, accidentium, vniuersarumque creaturarum, mensura vna omnium mensurarum, æqualitas vna omnium æqualium & inæqualium, connexio omnium vnitorum & segregatorum, quemadmodum vnitas omnem tam parem quàm imparem numerum simplicitate sua complicat, explicat, atque connectit, vnitas infinita potentia, vnitas ineffabilis, à qua si cuncta sepsueris, si aliud nunquam aut fuisse, aut esse, aut fieri posse intelligas, si multitudinem omnem abijcias, & ipsam simplicissimam vnitatem tantùm subintraueris, ita vt eam non potius simplicem quàm non simplicem, non potius vnam quàm non vnam comprobaueris, arcana omnia te penetrasse nôris. Videbis enim vitam eius minimè corruptibilem in sua vnitate absoluta, in qua est omnia, huius autem absolutæ vnitatis præcississima est certitudo, ita vt mens omnia in ipsa, & per ipsam agat, neque quæstio esse potest, quæ eam non præsupponat, est enim entitas omnium entium, quidditas omnium quidditatum, causarum omnium causa, finis omnium. Vidimus Omnipotentis Vnitatis miracula, iam ad cœteras vnitates progrediamur.

Secundæ Vnitatis denariæ vis & natura.

Secunda vnitas decadica respicit intelligentiam Angelicam, quæ cum ab infinita illa vnitate primò recedat, necessariò intellectualis compositionis miscellam intrare cogitur. Est autem compositio ab vno & altero, id est, ex oppositis, quæ non præueniunt eam, sed simul cum ipsa oriuntur, copulanturque in eius simplicitate radicali opposita ipsa indiuisè & irresolubiliter; denaria enim vnitas sine radice est, nam eam præter primam nulla præcedit vnitas, cuius multiplicatione exurgat, cum ea sola primò ortum capiat. Et tametsi à prima vnitate quoad essentiam infinitis distet interuallis, simplicissima tamen diuini operis ratio est, exemplarium diuinorum promus condus. Creatrix enim vnitas in actum se exerens primò produxit dyadem, quæ est monas decadica siue Mundus intellectualis, absoluta Dei imago, & immediatum exemplar; denarij numeri, quem reliqui vltimum complementum.

Tertiæ Vnitatis centenariæ vis & natura.

Tertia vnitas centenaria animastica numerus intelligentiæ est, quam quadrate explicat; intelligentia numerus est, vnitatis absolutæ siue primæ monadis, vnitas enim intelligentiæ numeratur in anima, dum multi-

plicis, contrahitur. Deus lumen est intelligentiæ, quia eius vnitas; intelligentia verò animæ lumen, quia eius vnitas, & corporalis forma vnitatis animæ numerus existit. Animæ vnitatem seu vnitatem non in se, sed eius corporeâ inuestigatione sensibiliter intuemur; pari pacto intelligentiam non in se, sed in anima, nec primam simplicissimam absolutissimamque vnitatem vti in se est, sed in ipsa intuemur intelligentiam vt in numero & signaculo. Deus igitur forma intelligentiæ est, intelligentia animæ, anima corporis. Ratio itaque non vt cubici corporis radix, sed vt medium per quod intellectualis radix in corpus descendit, consideranda est; est enim instrumentum intellectus, atque ita principium seu radix instrumentalis rerum corporearum. Centenaria monas animam figurat, milleneria corpus; exurgit autem mille ex ductu denarij in centenarium, hoc est, ex multiplicatione intelligentiæ per animam. Omnis enim numerus denario perficitur, simplicissimæ vnitatis numerus simplicissimo numero in denarium pergit. Quæ igitur in prima vnitate sunt ipsa vnitas simplicissima, in eius explicatione numerali reperiuntur diuisa, atque differenter alia. Ita quidem intelligentiæ, quæ sunt numerus simplicissimæ & absolutæ vnionis, intellectualiter quidem numeri naturam in ordine ad primum participant, intellectualis differentia, oppositio, & alteritas, similiaque, quæ numero conueniunt, sunt ipsa vnitas absoluta. Quadrata verò alteritas & oppositio sunt in ratione ipsa vnitas intellectualis. Cubicæ demum oppositiones & alteritates sensibiles & corporeæ vnitas sunt in ratione.

Quartæ Vnitatis millenariæ vis & natura.

Quarta denique vnitas millenaria vltima & sensibilis vnionum est explicatio. Sicuti autem millenarius ex multis compositus, ita & hæc vnitas. Prima vnitas itaque se habet per modum puncti; secunda per modum lineæ; tertia per modum superficiei, quarta per modum corporis, seu cubi. Vnitas puncti simplicissimi, est omne id, quod in lineari, superficiali, & corporea vnitate, & superficialis vnitas omne id, quod est in corporea vnitate, explicat. Et eres quidem priores vnitates, non sensiles & discretiuæ nisi per mentem ipsam; quæ sola punctum, lineam, & superficiem seorsim considerat; sensus verò corporeum tantùm attingit. Si quis igitur per sensibilia, mentalia nitteretur mensurare, idem faceret quod is, qui solido corpore aut punctum, aut lineam, aut superficiem mensurare attentaret, atq; imprudenter, ne dicam stolidè ageret. Omne igitur sensibile ad rationem eleuandum est, aut ad intelligentiam, siue ad absolutam vnitatem, quod si hoc pacto ab omni sensibili, rationali, aut intellectuali multitudine absolutam ad simplicitatem infinitam redegerimus, non est amplius quicquam de eo affirmabile, neque enim tunc potius est lapis quàm non lapis, sed est omnia, vnitas videlicet simplicissima, Deus benedictus in secula. Vnde sicuti absoluta vnitas lapidis illius sensibilis & rationalis est Deus, sic eius intellectualis vnitas est intelligentia. Vides etiam ex his vnitatibus, quomodo sensus redit in rationem, ratio in intelligentiam, intelligentia in Deum, vbi est initium & consummatio in perfecta circulatione, vti ex Hermeticis pulchrè probat Cusanus, & Franciscus Patricius.

Qui-

Quatuor dictarum Monadum Schematica explicatio.

EX prædictis perspicuum est, Mundum quendam supremum ex Theophanico primæ monadis in denarium descensu constitui; secundum ex secundæ monadis in tertiam; tertium verò Mundum per descensum tertiæ monadis in quartam, per quam reditus fit in vnitatem. Centrum primi Deus, secundi intelligentia, tertij ratio, quarti sensus. primum centrum entitatem habet indiuisibilem, omnia in omnibus, vbique centralem. Omnia sunt in primo Mundo per vnitatem absolutam; omnia in secundo per intellectualem; omnia in tertio per rationalem; omnia in quarto per sensum. Sed quomodo hęc Pythagorica tetractys siue quaternarius in Deo, Angelo, Anima, & Corpore sit, videamus, nonnulla ex Musurgia nostra tomo 2. fol. 448. & fol. 451. repetentes.

Arithmeticæ mysticæ specimen in numeris 1.2.3.4

Constat, vnum, duo, tria, quatuor vnita simul efficere denarium, totius Vniuersi Symbolum, rerum omnium metam & terminum, & vnitatis simplicis naturalem explicare virtutem; ex ipso verò denario, qui altera quædam vnitas est, pari quaternarij progressu, radicis quadratæ attingitur explicatio; 10 enim, 20, 30, 40, simul iuncta 100 constituunt, denariæ radicis quadratum. Centenaria item vnitas pari motu millenarium exerit; 100 siquidem, 200, 300, 400 simul iuncta millenarium constituunt, secundæ vnitatis, radicis scilicet denariæ, cubum. Non sunt igitur naturali influxu plures quàm 10 numeri, qui quaternâ progressione arcentur; neque vltra radicis denariæ millenarium, videlicet cubum, alia fit repetitionis variatio, cùm tunc quaternarius progressione, ter repetitâ denario exurgat ordine. Habes igitur quaternarium vnitatis, explicationem vniuersi numeri continere potentia. Vnitas enim generalis quatuor vnitatibus distinguitur, quæ congruo hìc ordine disponuntur: prima simplicissima; secunda à prima distat Zyphræ adiunctione, & radicem constituit denariam; tertia centenarium denotans, quadratum; quarta millenarium denotans, cubum constituit. Contemplatur itaque mens ipsam vniuersam suam entitatem in his quaternè distinctam vnitatibus, in simplicissima quidem vnitate Deum vt Creatorem omnium; in radice siue vnitate denarij, intelligentiam; in quadrato intelligentiæ contractionem, siue animam; in cubico numero denique nihil complicante corpus considerat. Omnia autem in Deo Deus, in intelligentia intellectus, in Anima anima, in corpore corpus. Et in vnitate quidem prima omnes reliquas vnitates, esse indiuisim, indifferenter, indistinctè complicatas intueberis. Certè si quis hanc simplicissimam tantùm vnitatem omni multitudine reiecta penetrauerit, ita vt eam non potiùs simplicè quàm non simpliciter, non potiùs vnam, quàm non vnam comprobauerit; is arcana oia se penetrasse sciat: per hanc enim vnitatem, mentis vnitatem, videbit nudam omni multitudine, inuenietque non esse eius vitam corruptibilem, in sua vnitate absoluta, in qua est omnia; huius autem absolutæ vnitatis perfectissima est certitudo, ita vt Mens omnia in ipsa, & per ipsam agat, est enim entitas omnium entitatum, omnium quidditatum quidditas, causarum omnium causa, finis omnium finium. Deus-

Arithmeticæ mysticæ peritus omnia arcana penetrare potest.



Denario omnis numerus comprehenditur.

Denario itaque, vti suprà fusè, & etiam in nostra Musurgia fol 451. ostendimus, omnis comprehenditur numerus; quaternario verò omnis numerorum progressio perficitur, quater enim decem faciunt 40. Hinc in 40 circulos totum Schema harmonicum in citato Musurgiæ loco distribuimus, in ea distributione vt numeris 1, 3, 9, 27. qui numerus maximè mysticus est, & animæ symbolum à Platone in Timæo constituitur, vt paulò post dicetur. Hi enim numeri simul collecti 40 constituunt, numerum proposito nostro maximè conuenientem. Nam vt 1, 2, 3, 4 vniuersi numeri est ordinatissima progressio (si enim binarium in se duces, 4 produces; & si 1 ad 3 addideris, idem quaternarius prodibit) ita ad quaternarij denarium, scilicet 40 progressio nulla ordinatior est, quàm 1, 3, 9, 27. Nam sicut priores simplices 1, 2, 3, 4, simul sumptæ 10, & hæc per 4 multiplicata 40 constituunt; ita 1, 3, 9, 27 simul iuncta 40 constituunt; iuxta hos enim præcedens Schema figuramus, in quo vnitas simplex, quâ Deum notamus, quatuor circulos contingit, maximum scilicet vniuersæ naturæ, supremum Mundi, supremum Ordinis, supremum denique Chori circulum; à quo gradatim lumen atque entitatem participant; primò Vniuersum, post hoc supremus Ordo, quarto & vltimo loco supremus Chorus. Vides consequenter Chorum Choro lumen vsque ad vltimum communicare. Intueris quoque, quomodo id, quod in Vniuerso, & in quolibet Mundo reperitur, in Ordine reperiatur. Nam denaria vnitas intelligentiâ, centenaria animam, millenaria, vti dictum est, corpus signans, alio modo est in supremo Mundo, secundùm illius videlicet Mundi naturam sublimem, simplicem, & nobilem, alio modo in medio, alio modo in infimo vmbroso Mundo. Nam infimum superioris cum supremo inferioris in omnibus coincidere conspicies; simplicior enim est sensus superioris Mundi, quàm intelligentia Medij, perfectiorque est sensus superioris Ordinis, quam intellectus subsequentis. Vides igitur, quam aptè totum Vniuersum cum tripliciMundorum serie, nouem denarijs, nouem centenarijs, totidemque millenarijs, omnes minimis circellis comprehensis distribuatur; quibus triadibus nouenarijs, si totidem vnitates per maiores tres circulos indigitatas adieceris, tandem millenarium in vnitate simplici per maximum, omnia ambientem complicantemque circulum signata deprehendes; videbisque quomodo in quolibet Mundo quidlibet, quomodo eadem progressionum in singulis Mundorum seriebus, lex & constitutio. Nam si primus denarius superioris Mundi fuerit vt duo, secundus vt tria, tertius vt quatuor; perfectam habebis progressionem. Eandem progressionis legem seruabit secundus Mundus denario signatus, vti sequitur 200, 300, 400; hos enim si ritè coniunxeris, in singulis emergit denarij miscella.

Explicatio numerorum mysticorum.

Explicatio figuræ.

Omnia in omnibus.

Explicatio figuræ præcedentis.

Ex quibus luculenter patet, quomodo vnitas intelligentiæ inferioris Mundi, etsi de natura superioris, aut medij non sit, vtpote ab eorum simplicitate remotior, eorum tamen naturam secundùm quandam analogiam mirum in modum attingat, vt in gradibus entium trium Mundorum apparet. Vide Schema præcedens archetypum, in quo infimus Orbis

ex quatuor elementorum temperamento constitutam, & proinde tenebris tanto plus immergitur, quanto ab apice lucidæ fuerit remotior; secundus verò cœlestem Mundum, lucem inter & tenebras sedem mediam continentem, Intelligentijs Orbes mouentibus plenum, qui Mundum inferiorem tenebris inuolutum perpetuâ lucis derivatione, tum illuminant, tum fœcundant; tertius Orbis Angelicum continet Mundum, lucis habitaculum, in quo cœlestes illi beatarum mentium exercitus harmonicò ordine distributi variis inferiorum Mundorum dispensant distribuuntque ministeria. *Seraphin* diuino amore æstuantes, omnia inferiora ad diuinum amorem per operum consonantiam incitantes attrahentesque, perenni ac diuina quadam commotione inflammant. *Cherubin* vti immenso diuinæ scientiæ Oceano ablorpti, mentes hominum, inferioresque Ordines ad veram sanctam cognitionemque illuminant. *Throni* Mundi, eorumque in ea existentium dispositores, omnia in perfectum harmonium ordinant. Sunt quo ideo huius Ordinis tria præcipua munia, vt calore quodam diuino ea, quæ inferiora purgent à fordibus, deinde cognitione cuique propriâ illuminent, denique quoad vtrumque illa perficiant; omnia namque entia summum bonum, à quo profluxerunt, sua naturâ appetunt, & pro viribus in id ipsum conuersa constituntur, vt quam maximè possunt, ipsi & iungantur, & eo fruantur, & alios ad id consequendum inflamment. Cùm enim summo bono & essentiâ, & potentiâ, & actione proximi, eiusque proximæ participes, boni & ipsi necessariò effecti, nulli entium sunt inuidi, & omnibus in bono bonitate sua cooperari est necesse: idque triplici vt diximus, actione, illuminando, purgando, attrahendo: per has enim easdem actiones ipsæ quoque primæ triadis mentes proximè & iugiter à Deo illustratæ, diuinoque igne inflammatæ, ad ea opera & iuuantur, & suaui quadam vi impelluntur, huncque primariæ diuinæ prouidentiæ ministræ. Quod ipsum munus & secundus Ordo, sed pro natura sua, vt ab Opifice est remotior, remissius quàm primus obit, à Deo & ipse per superiorem Ordinem ad perfectionem propriam redactus; quæ quidem perfectio in eo consistit, vt *Dominationes* dominatum quendam in inferiora liberum exerceant, & nullâ vi coactæ, ea gratijs suis donent, & illuminent, & purgent, & perficiant, atq; ad summum bonum perducant; idemque faciant habilitate quadam sibi propriâ & fortitudine *Virtutes*; *Potestates* autem ordinem in his agendis ab omni procul confusione conseruent. Tertius autem Ordo proximè hominum generi prouidet; & *Principatus* quidem Principum curam gerere videntur; *Archangeli* verò populorum Principibus subditorum; *Angeli* denique hominum singulorum, per quos humanum genus totum, & quoad intellectionem illuminatur, & quoad voluntatem purgatur, & quoad vtraque perficitur: neque enim decuit supereminentem omnibus bonitatem entia omnia procreare, & ea deinde cœlo relinquere, aut vt à seipsis aliena disrepantiaque remanerent, permittere, sed si integra, vt ipsa bonitas permanere debebant, necesse fuit, vt vniuersa simul coniungerer, & à se iugiter pendere,

Ordines Angelorum, Seraphin.

Cherubin.

Throni.

Dominationes.

Virtutes & Potestates.

Principatus, Archangeli, Angeli.

dere, ad seque connecti, & ad primum fontem regredi, apta vt [illegible] efficeret: sed id fieri nequaquam potuit, nisi suprema, mediaque, & ima entia vinculis quibusdam colligarentur, quod harum Mentium amore & ministerio quàm aptissimè fieri potuit. Atque hæc est catena illa Heracleotica omnia connectens; hoc decachordon illud naturæ Vniuersi, omnia in vnam eandemque pulcherrimam harmoniam adaptans, dum Deus, vti in omnes, ita maximè in Mundum Angelicum, hic in cœlestem, & cœlestis in Mundum Elementarem admirandâ quâdam ratione influit; iterumque Angelici Mundi, triplici Choro, & cœlestis Mundi triplici Choro, & hic inferioris Mundi Chori singuli, singulis respondentes adeo vt nulla sit inferioris Mundi chorda, quæ non correspondentes habeat cùm in cœlesti, tùm Angelico Mundo chordas, iuxta celebre illud secretiorum Cabalistarum pronunciatum: *Nulla herba est inferius quæ non habeat planetam superius dicentem sibi cresce.* Chordâ igitur in quacunque Mundi serie incitatâ, continuò reliquæ correspondentes abditâ quâdam vi consensuque in harmoniam animabuntur, latetque sub harum rerum perfecta notitia totius arcani naturæ maximum sacramentum, quòd quicunque sciuerit, aptando consona consonis, mirandos in natura rerum effectus se nouerit præstiturum. Sed hæc meliùs ex supra posito Schemate intelliges, in quo vides circulum omnia ambientem significare veritatem æternam, immutabilem, immobilemque. Tres circuli tres Mundos, Elementarem, Cœlestem, & Angelicum, quorum vnusquisque iterum in tres alios circulos, veluti in tres Choros, Chori autem singuli singulorum Mundorum in tres circellos, gradus entium rerumque Vniuersi, desinentes diuisi conspiciuntur. Primus circulus Mundialis per 9 circellos, 9 Choros Angelorum; secundus nouem cœlorum Orbitas, quæ sunt, Primum mobile, Firmamentum, sphæra Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ; tertius circulus nouem Elementaris Mundi entia, quæ sunt homo, brutum, zoophytum, arbor, frutex, herba, mineralia, mixta, elementa, significat. Et hi sunt 27 gradus entium trium Mundorum; quibus si reliquos circulos maiores iunxeris, emergent 40 circuli, totidem videlicet, quot numeri supradicti 1, 3, 9, 27 simul sumpti constituunt, quorum primus terminus, 1, vnitatem absolutam; secundus, 3, superficialem seu radicalem; tertius, 9, videlicet quadratum ternarij; quartus denique, 27, cubum ternarij constituit; qui, vt dixi, simul iuncti dant 40, quibus Pythagorzi numeros indicabant absolutos seu radicales, planos, solidos. Hebræi verò, vt in Cabala diximus, miro artificio de triplici Mundo differentes, suas faciunt numeris respondere literas. Vides quoque quàm hæc aptè ijs, quæ in præcedentibus de 9 quatuor Mundorum decadibus diximus, consentiant. Hi omnes circuli duplici pyramide, quarum prior lucida basin in vertice cœli Angelici siue lucidi, apicem in inferioris Mundi gradu constituit; altera pyramis tenebrosa basin suam in inferioris Mundi gradu, materia scilicet prima, omni luce actuque priuata, constituit, apice in cœli Angelici summitate terminante; vnde supremus Mundus vti lucis, ita tenebrarum copiâ abundat

Catena Heracleotica.

Harmonia Chororum Angelicorum cum Mundo.

Explicatio figuræ.

Demonstratio per duplicem pyramidem, lucidam & tenebrosam.

Mundus inferior, medius ex vtroque æquam lucis & tenebrarum portionem participat, quamuis nec superior tenebrarum, nec inferior lucis prorsus sit expers, etiamsi lux in inferiori Mundo, vti & tenebræ in superiori quodammodò videantur absorptæ. Si igitur Schema penitiùs introspexeris, experieris per descensum vnitatis in multitudinem, regressumque multitudinis in vnitatem, quomodò in supremo cœlo omnia, quæ multitudinis sunt, in ipsam vnitatem pergant; druidum videlicet in indiuiduum, in lucem tenebræ, compositum in simplex, mortale in immortale, mutabile in immutabile, potentia in actum, pars in totum, & sic de cæteris. Contrarium in Mundo inferiori processum reperies. Quæ si sagaci disquisieris ingenio, maxima, & obscurissima luce clarissima intueberis, vsque ad ipsa naturæ abditissima? Oporter autem, vt cuiuslibet particularis vnitatem in sua perfectione concipias, & secundùm eam ius intensionem, tenebrarum qualitatem imagineris, ex vnitatum autem graduationibus illam minorem reputes, quæ plùs tenebrarum, plùs multitudinis, plùs potentiæ, plùs diuisibilitatis obtinet; maiorem verò illam, quæ plùs lucis, plùs vnitatis, plùs actus indiuisibilitatisque habet: quantò enim vnitas minùs in actu, & plùs in potentia est, tantò est alterabilior. Vnitas enim vniens vnitate vnibili perfectior est, vt vnitas Animæ, corporis vnitate perfectior est, quia vnitatis corporis finis est animæ vnitas, à qua corporalis, vt à quodam suo principio, dependet.

Mirus ferous Vnitatis.

Mira hoc loco proprietas Monadis & fœturæ eius nobis occurrit, quæ & medietatem in tribus dictis Mundis à Deo productis demonstrat, aliaque insignia, vt dicetur, mysteria pandit omnipotentis illius vnionis, estque vt sequitur: *Si numeri quotlibet impares naturali ordine ab vnitate incipiendo disponantur, omnium quorumlibet duorum numerorum, à medio progressionis æque distantium, summæ medietas, medium progressionis terminum adæquabit.* Sit data numerali serie sequens numerorum dispositio.

Mira propietas progressionis Arithmeticæ.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

In hac medius terminus, 5, est; si itaque quoslibet à quinario æquè distantes in vnum iunxeris, prodibunt 10, cuius dimidium 5. ita 3 & 7: 2 & 8: 1 & 9 iuncti, 10 constituent, quorum medietas pariter 5 est. Ex hac itaque proprietate quomodo vnitas numerorum principium sit, aperte deprehenditur. quod sic demonstro. Si vnitas aliquid se prius haberet, vtpote alium quempiam numerum, aut aliud quidpiam discretiuum, id cùm 2 vnitati circumponeretur; quare iuxta datam propositionem vnitas foret huiusce aggregati medietas; sed ipsa vnitas est dimidium 2; per communem itaque animi notionem, tale aggregatum, & 2, essent æqualia, quandoquidem quæ vni & eidem æquè sunt multiplicia, æqualia vt sint necesse est; tale autem aggregatum, & binarius, vnitati essent æquè multiplicia, nempe dupla, præsertim cùm vnitas sit eorundem

Demonstratio propositionis quæstionis.

dem mediętat; quare & æqualia, atque adeo totum parti adæquabitur, quod cùm absurdum sit, & impossibile, necessariò sequitur, vnitatem omnium numerorum esse principium, neque vllum ante se numerum admittere. Atque vt ex hac propositione intentam sacramentorum seriem altiùs exprimerent, duas pyramides sibi oppositas fixerunt Veteres, de quibus paulò ante quoque dictum fuit, quarum vna pyramis lucis, altera nigra tenebrarum est, quæ in nouem spacia per parallelas diuidebant. vides itaque pyramidem lucis, quantò plùs materiali pyramidi immergitur, tantò eam plùs lucis perdere, & materiæ acquirere; contra materialem pyramidem quanto plùs lucis immergitur pyramidi, tantò plùs lucis acquirere, & materiæ deperdere, ita vt quinarius medio loco positus, semper æqualitatem lucis & tenebrarum possideat. Cùm verò triplex Mundus sit, supercœlestis, cœlestis, & sublunaris, extremi vtriusque, mediam quandam cœlestis sortitur naturam: supercœlestis enim Mundus lucis est, sublunaris tenebrarum, & cœlestis luce & tenebris temperatur. Cuius virtus cùm Mundum attingat sublunarem, meritò à supercœlesti gubernari ponitur; virtute siquidem & resistentia, actione & passione medius est. In sublunari vitæ & mortis vicissitudo; in supercœlesti vita perfecta, functionumque perpetuum stabilimentum; at in cœlesti, media quædam natura, ex stabilitate & vicissitudine composita. Si itaque pyramides dictas exactiùs ad se inuicem conferas, inuenies in superiori Mundo perfectionis abundantiam, in sublunari eiusdem defectum, in medio vtriusque perfectæ æqualitatis miscellam. Quæ non tantum in memoratis Mundis vera sunt, sed in quibuslibet dictorum Mundorum particularibus gradibus. Elementum enim, quod inter duo proxima, eaque interposita mediat, mediam sortitur habitudinem à circumstantibus ex æquo participantem; atque adeo aggregati quædam in habitudine medietas est. Hoc pacto inter aquam & ignem aër intermedius ab igne calorem, ab aqua humiditatem participat; ideoque est calido-humidi aëris ab vtroque stipante elemento participantis natura & proprietas. Pari pacto aqua inter aërem & terram intermedia ab illo humidum, ab hac frigidum participans, naturam obtinet humido-frigidam. Quod & in mixtis luculenter apparet; frutices enim inter herbas & arbores mediant; inter liquores minerales, & terrestres substantias, metalla; inter homines & zoophyta, bruta; inter humanam, & diuinam naturam, medius Christus Seruator noster. In cœlesti Mundo Mercurius intermedius à Venere & Luna, haud secùs ac acqua quædam cœlestis humidum à Venere, à Luna frigidum ex æquo participat. Inter tres superiores ♄, ♃, ♂, & inferiores ☉, ♀, ☽ Sol intermedius, singulis dat & recipit; inter ♄ & ♂, Iuppiter medius vtrinque se stipantium malignitatem, virtute suâ temperat. Portò in supercœlesti Mundo, primæ hierarchiæ conuenit perficere, illuminare, & purgare; infimæ contrà perfici, illuminari, & purgari; mediæ verò hierarchiæ dictæ operationes actiuè & passiuè cum reciprocatione quadam conueniunt. Patet ergo ex dictis memoratæ propositionis mysterium.

Odenario propositionis in lucis & tenebrarum pyramide.

In Elementorum combinatione, dicta elementi.

In mixtis.

In Cœlis.

CA-

CAPVT III.

De hieroglyphica expressione numerorum Ægyptijs potissimùm vsitata.

DVplici ratione Ægyptios, numeros suos hieroglyphicis expressisse reperio, vel hieroglammatica, vel kyriologica. Priori modo per recondita altissimarum rerum symbola, sacramenta sua numeris exprimebant; posteriori modo rem illam, quam per numerum exprimere volebant, toties repetebant, quot numerus iste haberet vnitates. De postrema ratione primò, deinde de priori agendum.

§ I.

De Kyriologica ratione representandi numeros, ab Ægyptijs vsitata.

DIcimus itaque primò, ἐκφαντικὴν hieroglyphicam nihil aliud fuisse, quàm significatum, quod numero exprimere volebant, toties ponere, quoties numerus contineret vnitates. Sic, verbi gratia, globus seu circulus seorsim positus Mundum superiorem æternumque significabat; duo globi seu circuli duos Mundos superiores, tres globi tres Mundos superiores, quatuor globi seu circuli quatuor Mundos superiores. Circulos ponebant pro Mundis, ad Geniorum ijs præsidentium æternitatem indicandam, est enim figura principij & finis expers. Mundos verò hylæos siue elementares nunc per quadrata & quadrangula, nunc per triangulos rectangulos exhibebant; & tunc quidem quadratis vtebantur, quando in mixtorum Mundis successiuam generationis propagationem insinuabant; vnde & triangulos geneticos appellabant; de quibus omnibus & singulis fusiùs in Geometria nostra hieroglyphica. Pari pacto vnum sceptrum ponentes, vnum aliquod dominium exprimebant; duobus duplex dominium; tribus triplex; quatuor quadruplex; vel etiam pro nodorum sceptris impressorum numero, imperia & dominia aliquius Genij exprimebant; verbo, omne hieroglyphicum semel, bis, ter, quater, & sic de cæteris, positum significati multiplicationem denotabat. Quæ consuetudo in hunc vsq; diem à posteris recepta fuit. Veteres enim cùm necdum figuras numerorum certas inuenissent, eos totidem lineolis, quot numerus significabat, expressisse compertum est; hinc vnum, duo, tria, quatuor &c. innuentes, vnam, duas, tres, quatuor vsque ad decem, ponebant lineas, hoc pacto, I. II. III. IIII. Videntur huius etiamnum adhuc vestigia quædam apud Veteres Romanos, dum Duumuiros, Triumuiros, Septemuiros sic exprimebant IIvir. IIIvir. IIIIIIvir; quinque verò expressisse videntur per inclinationem vnius lineæ ad alteram, vti hic patet, V; & decem per decussim, quæ constare videtur ex binis hisce figuris



Quomodo multitudines rerum numeris exprimant Ægyptij.

Veteres lineolis vtebantur pro numeris.

Quomodo quinarium & denarium exprimerent Ægyptij.

VA,

VA, quarum vna sursum, altera deorsum regit, in vnum eo pulatis, vti hic apparet X. De qua Horus l. 2. c. 28. Γραμμὴ ἐπὶ τὰ κάτω, ἀπὸ γραμμῆς ἑστώσης ἐπὶ γραμμὴν κειμένην πλαγίαν ἰοῦσα (ἑστὼς γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ἐπὶ τὰ γόνατα τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται). Hoc est, *Linea recta, quæ pariter alia linea secta est* 10. *hoc pacto* X, *vel decussim, vel* 10 *lineas planas significant*. Vt proinde hæc decussis Denarij siue perfectionis Symbolum, passim inter hieroglyphicas inscriptiones locum inuenerit, de quo fusius in Obelisco Pamphilio fol. 386. & in sequentibus suo loco.

§ II.

De hierogrammatica numerandi ratione, ac primo de Vnitate, Dyade, ac Triade.

HIerogrammatica numerandi ratio in hoc consistebat, quòd numeros per occultas metaphoras, animalium quæ virtutes signabant. Hoc pacto, 1, significaturi, phœnicem ponebant, eò quòd hæc auis nullum habere suæ speciei socium; perhibeatur; de quo vide Horum l. 2. Vnitatem quoque absolutam per centrum significaturi, circulum pingebant, eò quòd sicut centrum est principium omnium linearum, figurarumque ex lineis constitutarum, sic Vnitas suprema causa est omnium in Mundo existentium; de quo amplius in Geometrica hieroglyphica: Binarios numeros primò per quemuis binarij angulum indicabant, eò quòd vnitas suprema ex centro suo diffusa primò Dyadem conficiat, id est, Mundum intellectualem; fluxus enim monadis in alteritatem, angulum per binarum ambientium linearum extensionem, cuius vertex punctum est, necessariò efficit, vt postea declarabitur copiosiùs. Præterea, Dyadem siue principium generationis significaturi, duos pingunt cornices; solent enim, Horo teste, huiusmodi animalia bina semper ova parere, ex quibus mas & fœmina, hoc est, principium actiuum & passiuum, à quibus omnia suæ generationis exordium habent. Est itaque in pyramide Dyas per duarum quarumuis latentium linearum fluxum indicata, quæ cùm diuersitatis, inæqualitatis, dissimilitudinis sit principium, & vnitatis distinctio, causque sit primus ab vno; non immeritò dissectionis in omni disciplina censetur numerus, quo ab Ægyptijs oppositarum inter se distributio, & pugnantium in natura qualitatum vicissitudines non incongruè à Persarum Magis, sub Arimanij & Orimazis allegoria, seu ab Ægyptijs sub Osiridis & Typhonis historia repræsentata indicantur. Hinc Pythagorici, teste Plutarcho, vtrumque principium diuersis afficiunt nominibus, vt bonum vnitatis, finiti, quiescentis, recti, imparis, quadrati, æqualis, dextri, splendidi; malum verò binarij, infiniti, in motu versantis, curui, paris, alterâ dimensione longioris, inæqualis, sinistri, tenebricosi nomine indigitant; atque hæc esse principia ortus rerum statuunt. Hinc Osiris dicitur omne id, quod, vt suprà dictum est, beneficum est, teste Synesio lib. 1. de provident. Typhon autem omnium, vt cum Syne-

Phœnix per Vnitatem repræsentata.

Binarium quomodo exprimerent Ægypt.

Duo Cornices significant Dyadem.

Boni & Mali diuersa nomina.

Synesius.

sianus, malorum officina, quem & Seth, Bebon, & Smy appellant Ægyptij; quibus verbis violentam quandam inhibitionem, contrarietatem, & euersionem indicant, sine quibus Horus, siue Mundus ille sensibilis conseruari nequaquam potest; ac proinde rectè Ægyptij, vt apud Manethonem in Plutarcho legitur, ossa Hori Magnetem dicebant; Typhonis ferrum: sicut enim ferrum in Magnete diuersos tractionis & repulsionis motus experitur, ita Mundi motus salubris, bonus, & ratione constans aliquomodo verbat, ad se ducit, atque molliorem reddit, obsequentem sibi duram illam & Typhoniam vim. Hinc Mercurium fabulantur, teste Plutarcho, Typhonis neruos excidisse, ijsque pro fidibus vsum, concinnando vniuersum, id de dissonante consonum reddidisse, & vim interea Mundi non aboleuisse, sed impleuisse; vnde fit, vt ea imbecillis atque languida, in hoc Mundo mutationum affectionumque varietatum corporibus adhæresceat, & in terra quidem concussiones, tremoresque, in aere æstus, ventosque intempestiuos, tum turbines igneos, atque fulmina moliatur; aquas etiam & spiritus pestilentiæ lue inficiat, & vsq; ad Lunam excurrat, lesaque efferat splendidum obfuscans aërem. Atque hæc duo rerum principia bene in pyramide per duarum linearum ex vno puncto fluxum denotant; quamuis alij hunc binarium ad formarum productionem torqueant: quemadmodum enim ab vno binarius oritur, ita seruatâ ratione similitudinis è potentia materiæ primò educitur forma, atque idcirco ab Homero non ἄνακτα, sed πότνια, id est, *formarum Dea* nominata. Hæc ergo fuit antiquorum consideratio, qui omnia ab vno, perpetuâ quâdam & continenti per omnes rerum gradus catenâ deducebant, & ijsdem passibus ad vnum referebant. Quia igitur in resolutione vltima est materia, necessariò erit prima in corporum compositione; quod bene per aploem pyramidis patet, qui dum in lineas, superficies, corpus, & ex his in seipsum redit, pulchrè hunc processum docet, atque ea de causa meritò materia Proteus erit in physicis, quemadmodum vnum, Proteus in prima Sapientia dicebatur; & quia forma penultima est in resolutione, vt secunda sit in compositione, atque ita rationem subeat binarij, cuius natura Pythagoricis fœminea est; idcirco optimè illi prisci siue Sophi, siue Magi, aut etiam Sacerdotes, naturæ ordinem in rebus componendis & resoluendis secuti, materiam Proteam nominabant, & Deum, formam secundam statuebant, illius proinde filiam, sicuti dualitas est vnius; quam & Ægyptij per Oceanum Patrem, & Thethyn Matrem innuebant. Sed de huiusmodi hic satis.

Nomina Typhonis.

Ossa Hori Magnetis Typhonis ferrum.

Antiquiores ab vno ad vnum omnia referebant.

Materia dicta Proteus.

Trias triniter prima, teste Boëtio, Dux est & Princeps imparium, perfectus, primus, integer, consumatus, vniuersus, totus: nam sicuti Monas est simplex sine extremitate, & Dyas extremitas diuidua & patula, est sine medij vnitate; sic trias miro complexu vtramque se priorem apprehendit; inuestit enim circumuallatque Monadem Dyadis subsidio, & Dyadis extrema vnitate iungit nectitque; & sicuti diuiduæ potentiæ inditus actus suapte natura impers, totius conflat impletque substantiam; ita & in Dyadem progressa Monas, illiusque excepta finibus, tria-

Triadis excellentia.

triadis complet, perficitque numerum; vnde nõ immerito numerus perfectus dicitur Princeps, diuinæ emanationis simulachrum, totius contemplationis & sapientiæ fundus: & si primaria rerum subsistentia contingit in Monade seu puncto, subsistentium verò cognitio & apparitio in Dyade seu linea; erit supremos cognitarum & supremarum substantiarum ambo & sectiua prosecutio triadis, nimirum igitur non est, veteres Philosophos tanto studio triadis incubuisse mysterijs. Sed ad nostrum institutum

Triangulum æqualatrum est hieroglyphica imago Triadis.

Trias hieroglyphica triangulum æqualatorum est, & deducta Ægyptijs Dei ἔκφανσις in Mundum diffusionem, vt in Obelisco Pamphilio explicatum est. Nam Horum ex Archetypo trigono profluxisse Plato tradit. Per Horum, hunc sensibilem Mundum indicat, per Trigonum, Numen ἔκφανσιν quod ex Monade in Dyadem, & hinc in Triadem agitatum, Mundum condidit. Hinc pulchre sane huiusrei speculatici contipitur

Schema hieroglyphicum Bembinæ tabulæ quid denotet.

hieroglyphico illo Schemate, quod in Bembina Tabulabis reperitur; Puer vittatus, reticulatâ veste involutus, à cuius tergo trigonum, cui globus annexus est, præterea baculo cucuphomorpho, vna cum situo & gnomone copulato instructus. Puer vittatus nihil aliud significat, nisi Horum, id est, Mundum innumerabili rerum varietate instructum, & archetypo trigono prodeuntem; quod & trigonum cum globo collo Hori annexum, pulchrè indicant; reticulata vestis, Mundi incognitas & inuolutas operationes & effectus; sceptrum cucuphomorphum, varietatem rerum, ordinem, seriem, situs, harmoniam, gnomon exactum singulorum in singulis distributionis & mensurationis ordinem; trigonum verò Numen trimorphon, qui est Hemphta, seu Osiris supramundanus, Isis eius Sapientia, & Amun Spiritus πανσοφος & omnia virtute suâ animans; quæ tametsi tribus diuinis nominibus distinguantur, vnum tamen reuera sunt; hisce enim tribus, vti Ægyptij loquuntur, potentijs, Mundus conditur, animatur, sustentatur, non igitur incongrue ex trigono archetypo profluxisse dicitur. Vide de hisce plura in Obelisco Pamphilio fol. 222.

Ternarij numeri Genesis.

Sicuti igitur ex Monade nascitur Dyas additione vnitatis, sic additione Monadis ad Dyadem nascitur Trias, numerus triunus ex vno in vnum reductus: quia sicuti vnitas principium numerorum, sic trigonus prima omnium figurarum rectilinearum, nascitur que ex binario & vnitate, & in hieroglyphicis pyramidibus per Δ signatur, quod initium ducit à puncto seu Monade pyramidis, & per duo quælibet latera in basim extenditur, qua Δ constituitur, sacra illa & tot antiquorum scriptis celebra-

tris, illud Hori Archetypon, verum Platonicum triplicis Mundi exemplar, & idea, vera illa trutina iustitiæ Pythagoricæ ad medium duorum vtrorum utrinque reducta, numerorum omnium principium, diuinæ trigonum naturæ, totius imperfectionis Magistra, ac naturæ mater ex complementum, formarum appetitus in Prothteo vigentis vnicum centrum, pyramidis mysticæ fundamentum, fons & origo corporum, quâ ad mysticas significationes, & reconditas rerum explicationes nihil vberius! Sicut enim par primus, nempe dualitas, est diuisio, primaque diuersitas, ac casus, vt diximus, primus ab vno; sic ternarius primus numerus impar est, quasi reditus ad vnum, atque principium; & perfectior est pari, cùm illum comprehendat, non ab eo comprehendatur: vnde aptissimus numerus est iustitiæ, siquidem in paribus iustitia quasi dissoluta est sine modo, vt rectè admonet Plato lib. 5. de legibus, nec vllum, quo innitatur, cardinem habet; sed in ipso impari, super ipsum vnum, est medium quasi centrum, atque Numen, quo æqua distributio, & ad quod quasi finem regitur. Impar etiam propter medium suiipsius vinculum, vt rectè Plotinus dicit, suiipsius vinculum intra se possidet, & propter centrum circulare existit, & propter comparationem extremorum ad medium, vniuersi ordinis principium est: in ternario enim principium, medium, finis est; vnde & τὰ πάντα τρία, & prisci quoque Theologi, vt principium, medium, & finem in Deum referenda designarent, tria in sacrificijs offerebant.

Ternarij numeri laus.

Triadis perfectissimæ quod contineat principia, medium, & finem.

Plotinus.

Platonis.

Terna quidem Diuis cælestibus hostia, eorq; ipsa
Candida maclanda est, terna & terrestribus atra.

Apol. Oracul.

Item Statius:

Forma sacrificij perfecti prisca.
Tres panes offerre iubet.

Et apud Theocrit. Idi. 2.

Ἐξ τρισσάτιδος, καὶ ἐξ ἑκὰς αὐτίκα φωνᾶ.
Ter libo, ter & hæc pronuncio mystica verba.

Ritus ternarium numero peractus.

Hinc Ægyptij ter quoque, teste Plutarcho, suas suffumigationes, manè, meridiè, & vespere instituebant. Et certè hunc numerum plenum mysterijs in summa semper veneratione fuisse, testantur tot trigonæ rerum species & formæ, tot nimirum pyramides, tripodes, triangula; item varia, quæ passim tùm in Obeliscis, tùm potissimùm in Bembinæ tabulæ Schematismis occurrunt, quæ suo loco fusè interpretabimur. Potissimùm tamen per triangula in pyramide repræsentata, nihil aliud insinuare voluerunt, teste Plutarcho, nisi Vniuersi naturam, & ideam quandam Osiridis, Isidis, & Hori, per tres operationes & effectus repræsentatam: nam Typhon ille crudelis, quem per binarium antè repræsentauimus, diuellendo corpus Osiridis, & in multas partes dissipando, ab vno ad multa, à perfecto in imperfectum, à toto ad partes, à bono, quod ex integra causa, ad malum, quod è quouis defectu constat procedendo, multas in natu-

Plutarchus.

rū rerum dissensiones, & inimicitias periculosas dissemināri per binas significatas, quas impedire cupiens provida naturæ parens Isis, Osiridis dilapidatas partes sedulò inuestigans, inuentas partes partibus, membris membris adaptando, in integrum restituit Osiridem, ex quorum deinde congressu natus sensibilis illa pars Mundi Horus; quæ per trigonum hoc nostrum apprimè exprimuntur. Sed audiamus Plutarchum de hisce verbis ex tripode loquentem: *Iam, inquit, præstantior est diuinæ naturæ ex tribus constitui, eo quod tertio terminatur, ex materia, ex quod ex his compositum est, quæ Græcis κόσμος, id est, Mundus dicitur. At Plato quidem primum illud ideam, exemplar, & patrem nominat; materiam matrem, sedes, & regionem denique secundum Monadem in tertiam, id est, Isin duxeris, exurgat cubus siue solidum corpus, omnium quæ visui patent, sensibilium rerum receptaculum. Hinc quatuor elementorum simplicia corpora, quæ quadruplex generum ordo, substantiæ, quantitas, qualitas, locus comitantur: substantiæ competit generatio & corruptio; quantitati augmentatio & diminutio; qualitati motus alterationum contrariis insistentium; loco denique latio congruit. Quibus quadruplex rerum ordo, subsistentium inanimatorum, viuentium, sensibilium, & rationalium fulcitur, & conseruatur. Atque hæc est Pythagorica illa tetractys conuersos rerum ordines continens, de qua cùm fusè in Musurgia nostra vniuersali egerimus, illuc Lectorem remittimus.*

Trigonum Græcicum eiusque descriptio.

Pythagoricū problema ab Ægyptijs videtur sumptum.

Ex quibus sanè patet, nihil hoc loco aliud nobis describi, quàm celeberrimam illam Hecatomben Pythagoricam, tot mysterijs celebrem, tam infiniti in Mathematico negotio vsus; vt proinde vehementer dubitem, nè fortè Pythagoras tantum arcanum geometricum ab Ægyptijs primò acceptum, deinde sui iuris inuentionisque fecerit. Si enim quinque scrupulorum subtendentem trianguli lineam in se duxeris, prodibunt 25 quadratum; & totidem ambientium laterum lineæ 4 & 3 scrupulorum quadrata 16 & 9 conficiunt. Quibus sanè maxima in natura mysteria innuebant. Sed de his alibi. Ex his itaque patet, quanto ingenio per trigonum huiusmodi, & quanta mysteria exhibuerint.

§ III.

De quaternario hieroglyphico.

Secuti in præcedentibus punctum Monade describimus, lineæ verò interuallum diuidua Dyade distendimus, superficiei autem latitudini Triadem indidimus; ita nunc superest, vt in corporea plenitudine, & in solidi profunditate quaternarius requiescat, distentatque, & emetiatur potissimùm corporis interuallum. Nam, vt suprà dictum est, quaternarius primus est corporeus solidusque numerus, producitque vel pyramidem trilateram, vel cubum. vtraque figura diuersis modis producitur. Prior sic; Puncta quatuor, siue quatuor vnitates in præcedentibus inditæ, angulorum ipsius capita finiunt; lineæ 6 dirimunt, ac dispertiuntur;

Numerus quaternarius vel conficis pyramidem trilateram, vel cubum.

Præterea vel quaternarium Ægyptij considerabant vt cœlestibus, vel vt sublunaribus congruum. Priori modo, Circulo in quatuor partes diuiso exprimebant sic ⊕: posteriori modo per Crucem ansatam ♀, qua nihil in Obeliscis frequentius; quo quaternarius omnium præcedentium ordinum, quos spiritus Mundi peruadit, animat, conseruat, indicatur.

Quaternarij Coordinatio.

Elementa	Terra	Aqua	Aër	Ignis
Prima entia	Anima	Homo	Angelus	Deus
Cognitiones	Sensus	Ratio	Intellectus	Mens
Instrumenta	Scriptura	Vox	Conceptus	Mens
Genera	Substantia	Quantitas	Qualitas	Locus
Mutationes	Generatio	Augmentatio	Alteratio	Latio
Gradus entium	Subsistentia	Viuentia	Sensibilia	Rationalia
Quatuor cœli plagæ	Oriens	Occidens	Meridies	Septentrio
Quatuor venti	Zephyrus	Eurus	Notus	Aparctias
Quatuor anni tempora	Ver	Æstas	Autumnus	Hyems
Quatuor qualitates	Calidum	Siccum	Humidum	Frigidum
Quatuor quantitatis species	Punctum	Linea	Superficies	Corpus

tur. Quomodo itaque vtramque, tàm cœlestem, quàm sublunarem re-
tradem in vnum quo iunxerint, restat ostendendum. Cum spiritus ille
Mundi, Mercurius cœlestis, quia numerus, pro portionibus, & harmonia
complèrit, cœste ea fide numeris deprehendi non possunt. Pythagoras
enim teste, natura illiorum transuit per omnes ones, & cognitio illius
est illa vera & sapientia diuina, & inuerrupti, inde quamquam Apol-
phio in libro secretorum: *Cognitio animæ, cognitio qualitas notitia eius, & animæ*
omnium existentium per illam. & alibi *Secundus liber Primi thamasi omnium ani-*
rium scientiam, omnium cognitionem inuenit. Numeri enim omnia, quæ in
Mundo sunt, nectu. Boëtius, constant. Quæ cum ita sint, non sine ratione,
omnia numerorum mysteria sub caduceo illo, siue charactere Mercurii
Veteres repræsentasse videntur. Si enim eum in partes suas explicauc-
ris, rei dictum est, hoc est, in O, D, ☿, ♀, ☽, habebis mox mirabilem illam
visibilem Pythagoricam, quam ille vocabat sobrietatem perpetuæ naturæ, om-
nium rerum creaturarum, & cognitionis rerum in diuina mente; rationabili-
ter operantium ideam; hinc tetras quoque, in vetere Iamblichum, solistica-
suit appellata, quâ per Ægyptios quatuor Mundi partes repræsentaban-
tur, vti in processu Operis dicemus. Item manifestè apparet, quâ ratio-
ne tetractyde ista omnes res gubernentur & comprehendantur; quod &

Numeris Veteres omnia explicabant.

Arrephio.

Iamblichum.

Figura experimentas totius speculationis Ideam in... Tuscico charactere repræsentans.

Hebræos non latuit, cum sub nomine Dei tetragrammato totius
Vniuersi res comprehendant, vti alibi diximus. Sed

explicationem Mercurialis sacrificiorum apponamus.

Explicatio Figuræ.

1. Torus maximus circulus.
2. Crux notat diffusionis mentis diuinæ.
3. Circulus.
4. Crux notat Mundum Elementarem.
5. Quatuor Genij, præsides quatuor Elementorum.
6. Cruces animæ ideas mente diuina existentes.
7. Cornu Arietis notat calorem in Mundo.
8. Luna, humorem, quæ duo sunt generationis principia.
9. Caput Tauri & notat characterem ex capite Tauri inuentum.
10. Scarabæi figura idem notat.
11. Serpens denique ex inferiori globo emergens notat vim diuinam omnia permeantem.



TEtractys igitur reperitur in omnibus rebus. Chaos est diuisum in quatuor Elementa; Cœlum in quatuor partes seu angulos; Aër in quatuor ventos; Zodiacus in quatuor triplicitates; sub Cœlo quatuor temporum qualitates; sub qualitatibus quatuor Elementa; sub Elementis substantia, quantitas, qualitas, motus; sub substantia corporea, entitatiuum, vegetabile, sensitiuum, & intellectiuum; quantitas in punctum, longitudinem, latitudinem, & profunditatem; qualitas in qualitor, siccum, frigidum, humidum, calidum; motus in ascendentem, descendentem, rectum, circularem; terra in quatuor spacis diuiditur.

Tetractys reperitur in omnibus rebus.

Septenarius omnia continet.

Præterea non malè Tetractys dicitur continere res omnes, cùm quaternarius, vti alibi ostendimus, vtpote in potentia denarius, numerorum omnium perfectissimus & absolutissimus, sit rerum omnium idea, vltra quem nullus alius numerus reperitur, vt in Obelisco Pamphilio ostensum lib. 2. cap. 10. Hunc quoque Cabalici Hebræorum reducebant ad decem Sephiroth, quæ sunt diuina attributa, & mensuræ, quels Deum diuinam prouidentiam, & immensitatem rerum describere solebant. Verùm, vt quæ hucusque dicta sunt, in compendium contrahantur, præcedentem fig. vlteriùs explicandæ duxi, in qua totius speculationis ideam in charactere Tautico consideratam ob oculos ponimus curiosi Lectoris. Constat figura circulo, Lunæ segmento, Cruce. Circulus notat Mundum Siderum in suas orbitas planetarum diuisum; quem Luna intersecans, characterem Mercurij, ex Sole & Luna compositum effornat: Crux verò Mundum notat Elementarem, in quem vim suam exerit Mundus Siderum per animam Mundi omnia penetrantem. Extremitates Crucis quatuor, continent statuas præsides quatuor Elementorum per quatuor Mundi plagas indicatorum; suprema statua ceciputriformis est, & ignem denotat, situ ypsilomorpho, cuius mysterium in sequentibus aperiemus. Altera statua caniformis, aëris; tertia Ibiformis, aquæ; quarta denique ἀθροισμένη, terræ notat præsidium; ex qua erumpit serpens, fœcunditatis nota, quâ terra Mundani spiritus diffusione imprægnatur; omnes sunt positæ in formam ypsilon, cuius mysterium alibi aperietur; omnes instructæ crucibus ansatis, ad indicandam vim, quam à spiritu Mundi hauriunt; tota Crux crucibus ansatis referta est, ad indicandas diuinæ mentis ideas, cuius totus ille character symbolum est; appositæ sunt, cornu Arietis cum Lunula, capita Bouis & Scarabæi, è quibus velut Elementij character Tauticus constituitur, adeoque tota figura characterem ☿ Mercurij exprimit, vtpote ab ipso inuentum. Qui plura desiderat, adeat Obeliscum Pamphilium fol. 375. & seqq. vbi ex professo huius characteris arcana expositimus; hîc autem sufficiat expansa totius characteris sanè mysteriosissimi, veluti in epitomen quandam comprehensa exhibitio.

Tautici characteris expositio.

§ IV.

De Pentade hieroglyphica.

Quinarij numeri mysteria. Plutarchus.

Plato.

AEgyptios primò per quinarium numerum, quinque viuentium genera indigitasse, Author est Plutarchus, qui triformi Numini primum locum concedit, secundum Genijs, tertium Heroibus, quartum hominibus, quintum brutis, Plato in Epinomide ait, quinarium proprium esse Symbolum quinque locorum animalium capacium; summus est empyreus, secundus æthereus, tertius aereus, quartus aqueus, quintus terreus. In primo dicit contineri ignea animalia, in secundo ætherea, in tertio aërea, in quarto aquea, in quinto terrestria; quibus totidem habitatores Mundi respondent, homines, quadrupedia, reptilia, natantia, & volatilia quæ omnia hieroglyphicè exhibebant per Polymorphum Numen sedi quadratæ insidens, cui in limbo quinque ansatæ cruces insertæ spectabantur. Vide Obeliscum Pamphilium lib. 5. f. 409. Præterea per quinarium quinq; tùm animæ cognitiones, tùm eiusdem obiecta exprimebant: quibus totidem exteriores sensus annectuntur, visus, auditus, gustus, olfactus, tactus; hisque totidem corporis membra seu organa respondent. Quæ omnia in sequenti tabula exhibere visum est.

Polymorphi Numinis hieroglyphicum.

Quinarij Coordinatio.

Quinque suprema entia	Deus	Angelus	Anima	Corpus	Mundus
Animæ cognitiones ijs respondentes	Mens	Intellectus	Ratio	Imaginatio	Sensus
Sensus hîc connexi	Auditus	Visus	Olfactus	Gustus	Tactus
Organa sensuum	Aures	Oculi	Nares	Lingua	Manus
Ordines quinque Vniuersi	Deus	Genij	Heroes	Homines	Bruta
Loca quinque animalium capacia	Ignis	Æther	Aër	Aqua	Terra
Animalia immortalia 5.	Ignea	Ætherea	Aërea	Aquea	Terrestria
Habitatores Mundi 5.	Homines	Quadrupedia	Volatilia	Natatilia	Reptilia

Arcanum quid in quinario numero.

Mirum igitur non est, Pythagoræos tantum virtutis tribuisse quinario, vt eius ope compositionem animæ deprehenderint: sicuti enim, quinarius est dimidium denarij, ita anima omnium recensitarum Classium medium est; quæ cùm in præcedenti paragrapho exposuerimus, eum Lector adire poterit.

Ex

Quinarius est numerus circularis.

Ex quibus aperte patet, quomodo anima partim ex natura individua & immutabili, partim ex diuidua & mutabili corporea participans, medium quadantenus locum teneat. Præterea quinarius, ex obseruatione Pythagoræorum, circularis seu sphæricus numerus dicitur, naturamque designat, quæ sicuti sui multiplicatione semper in se redit, ita & quinarius; siquidem cæteri numeri in esse multiplicati incremento facto in alios & alios desinunt, soli quinarius & senarius in se ducti, vti in prima Parte Tomi secundi in Cabala Hebræorum ostensum fuit, seipsos semper ostendunt, respiciunt obseruant. Auge enim quinarium seipso, siue duc in seipsum, & habebis 25, quadratum, cuius latus 5. Ducatur rursus 5 in suum quadratum 25, & conficies cubum 125, cuius latus pariter 5. Porrò ducatur denuo 5 in cubum 125, & prodibit 625; & sic de cæteris; quod & de senario intelligendum est, vt patet.

Quinarius & senarius numerus semper seipsos respiciunt.

Circulatio Quinarij — Circulatio Senarij

5	6
25	36
125	216
625	1296
3125	7776
15625	46656
78125	279936

Quinarij prærogatiua.

Vides igitur multiplicationem quinarij, & senarij, etiam in infinitum peractam, semper radices, à quibus producti sunt, reddituram; vnde merito in tota numerorum œconomia principatum tenent; reuolutionis proinde animæ absolutum symbolum, quo illa per vniuersos entium ordines agitata, tandem singulis expensis per actum reflexum sibi restituitur, in hoc prorsus circulo æqualis, cuius omnis finis est principium, & omne vltimum est primum, hoc est, semper idem. Est & hoc ab Antiquis non sine subtilitatis commendatione obseruatum, sphæram intra parallelogrammum rectâ prouolutam per quinq; spacia, ad locum vnde abijt, sibi restitui, & quinque parallelogramma sibi æqualia vnà dimetiri; quod vt videas, rem demonstrandam duxi. Sit sphæra *a b c d*, cuius centrum *e*; sit quoque linea *a f g b i* indeterminatæ longitudinis: constituatur sphæra *a b c d* in puncto *a*, promoueaturque recta volutione hoc pacto, vt arcus *a d* sphæræ adaptetur lineæ rectæ *a f*, id est, punctum *d* sphæræ rectâ congruat puncto *f* lineæ *a f*; & arcus *d c* adaptetur lineæ *f g*, id est, punctus *c* sphæræ congruat puncto *g* lineæ *f g*; arcus verò *c b* adaptetur lineæ *g b*, id est, punctum *b* sphæræ congruat puncto *b* lineæ *g b*; arcus denique *b a* adaptetur lineæ *b i*; id est, punctum arcus congruat puncto lineæ *b i*. Perspicuum est, hanc sphæram inter æquidistantes lineas *a i*, & *e n*, reuolui, ita vt *a f* linea æqualis sit arcui *a d*, linea *f g*, arcui *d c*, linea *g b*, arcui *c b*; & denique linea *b i* arcui *b a*; tota verò linea *a i* toti cir-

Sphæra representans animam mundi quintuplici circumuolutione peracta in seipsam reuertentem.

ferentiæ *a d c b* congruat; totum quoque parallelogrammum *a e n i* omnibus parallelogrammis *a k f g m b*, quorum singula circulo æquentur, congruat; quibus quatuor parallelogrammis, si duos semicirculos extremos *a b c*, & *i l m* adiunxeris, habebis spacium sibi quinquies æquum, quod à puncto *a* sphæra ad idem punctum reuoluta efficit; vel hinc mechanicam aliquam tetragonismi rationem videas.

Atque hisce quidem ante motus animæ Mundi per Mundorum series agitata tandem quintuplici circumuolutione peractâ in seipsam reuertitur; quod & stellæ quinque radijs illustri, vt suo loco videbitur, pulchrè indicarunt, dum sensibilium vniuersitatem pentade signant, ita vt prima sensibilium coexistentia ipsa materies sit, materiæ victum, actus essendi; & huic victuali tertio loco vitalis actus; quod verò à materia quarto loco numeretur, sensitius actus; quintum denique lucem sensibilium vltimum, rationalis actus sibi vendicet, sensibilis Mundi capax: sicuti enim circularis motus quinto puncto absoluitur, & Sol ab Oriente digressus quinto loco in Oriente locum reuertitur; ita & sensibilium vniuersitas quarto quidem actu, sed quinto à materia loco, hoc est, ratione consummatur.

Sensibilium vniuersitas pentade significatur.

§. V.

Senarius hieroglyphicus.

Senarius perfectorum numerorum coryphæus.

Sicuti quinarius extimam sensuum cognitionem discernit atque numerat, ita & senarius omnem materialem cognitionem dispertiendam numerandamque assumit, perfectorum numerorum coryphæus, ex dyade in triadem ducta, constitutus. Et quemadmodum quinarius designat reuolutionem animæ Mundi per quinque sensibilium seriem ordines sibi tandem in puncto, à quo profluxit, restitutæ; sic senarius notat reuolutionem quatuor vnitatum in vnitatem absolutam; progressio enim in seipsam circulariter redicns, senario numeratur. Vnitas igitur absoluta cum absoluta coincidit infinitate, intellectualis cum intellectuali, rationalis cum rationali, & vnitas sensibilis cum sensibili infinitate. Omnis vnitas imparticipabilis, indiuisibilis, atque incorruptibilis est, vnde consequenter vnitas non est absoluta, nisi in intellectuali alteritate participabilis; nec intellectualis, nisi in rationali alteritate; neque rationalis, nisi cum ipsa sensibili. Non attingitur igitur Deus, qui est absoluta vnitas, nisi

Numerus senarius representat reuolutionis quæ à vnitate exorsum in Vnitatem absolutam.

intellectualiter, neque intelligentia attingitur, nisi rationaliter; nec ratio, nisi sensibiliter. Descendit itaque vnitas absoluta in intellectualem infinitatem, intellectualis in rationalem, ac rationalis in sensibilem; vnitas verò sensibilis retrosum ascendit in rationalem, rationalis in intellectualem, intellectualis denique in supernundanam, infinitamque vnitatem: quæ per senarium apte indicantur; principium enim fluentis vnitatis, & finis refluentis, coincidunt in absoluta vnitate; coincidunt quoque finis fluentis, & principium refluentis vnitatis in sensibili, duplicanturque media, ita vt quatuor termini fluxus & refluxus cum binis medijs exacte senarium constituant. Sed rem in figura demonstremus.

Figura indicans quomodo mensura perpetuitatis senario adscripta, existat; & quomodo specialissimum in vniversalissimum, & è contrario, redire possit.

Sit 1. vnitas absoluta, intellectualis, rationalis, sensibilis, in qua desinit fluxus vnitatis, & incipit reflexus vnitatis sensibilis, ascendendo ex d. sensibili in 2. rationalem, & ex eo in intellectualem, & tandem in vnitatem absolutam, sicque vt sicut sex diametrales chordæ circumferentiæ subtendunt circulo ambitum perfecte mensurato, & complent, haud secus senarius ascensus descensusque vnitati circumvolutæ principij nectat finis. Ex quo patet, non esse aliud lucem descendere, quam tenebras ascendere; neque enim aliud est, Deum in Mundo esse, quàm Mundum in Deo, nec aliud, actum in potentiam progredi, quàm potentiam ad actum; neque aliud est tenebras in lucem se erigere, quàm lucem in tenebras descendere; neque denique aliud est, potentiam materiæ ad actum formæ progredi, quàm formam actualem in potentialem descendere materiam.

Vides igitur, quomodo mensura perpetuitatis senario adscripta existat, & quomodo vniversalissimum in specialissimum, & specialissimum in vniversalissimum redeat. Vnde minim non est, Ægyptios hunc numerum tanta veneratione habuisse, vt eo solum supremi Numinis Polymorphi, quemadmodum in tabulæ Bembinæ explicatione patebit, insignierint: quæ omnia ad dictarum rerum theorias respiciunt.

§ VI.

Septenarius hieroglyphicus.

Septenarius numerus arcana continet mysteria.

SEptenarius sacratissimus in Oraculis numerus, & mysteriorum plenissimus, tam sacrum augustumque decus obtinet, vt inter eos numeros, qui in denario includuntur, singularem eximiamque præ cæteris rationem habeat. Nam eorum alij procreant, non procreantur, alij procreantur, non procreant; alij vtrumque faciunt; solus septenarius nec procreat vllum eorum, nec à quoquam procreatur. Vnitas enim vti principium omnis numeri, ita gignit omnes sequentes, ipsa à nullo genita. Sic 2, 3, 5 gignunt 4, 6, 9, 10, non tamen gignuntur; 4 verò, 6, 8, 9, 10 non gignunt, sed gignuntur; septenarius verò non gignit, nec gignitur, cùm non habeat infra se numerum, à quo gignatur, neque intra denarium vllus sit, quem gignat. Hinc appositè à veteribus Pythagoræis Symbolum fuit Ducis & Rectoris omnium, vt qui, cùm immobilis sit, nec gigni, nec gignere perhibeatur; quæ Plutarchus his verbis describit: *Est Dux ex Princeps rerum omnium, Deus semper vnus, stabilis, motu carens, motus vacans, ipse sui similis, aliorum dissimilis, septuplo entium Choro sibipatus.* Eam ob causam Pythagorici hunc numerum Minervæ ex Iouis capite genitæ, semper Virgini, sine matre natæ, symbolum posuerunt. Hunc Ægyptij præ cæteris in summa semper veneratione habuerunt, rerum omnium sigillum statuentes: hic enim in Vniverso septem entium genera denotat, in superiori Mundo septenos Principes Spiritus, in Zodiaco firmamenti septem configurationes seu aspectus signorum ad inuicem, in planetario cœlo septem errones, in elementari totidem metallorum genera, in Microcosmo totidem principalia membra, in Luna septenas phases, & quatuor septenorum, id est, 28 dierum periodum, in incremento hominis septem ætates, in fœtus perfectione septem tempora; atque innumera alia quæ mensuræ septenariæ subsunt, quæ breuitatis causa sequenti tabulæ comprehendo.

Septenarius numerus intra denarium neque gignit, neque gignitur.

Septenarius in honore apud Ægyptios.

Vniversum Septenario numero constitit.

Septenarij numeri Analogismus.

1	2	3	4	5	6	7
Primarerum entia	Deus	Angelus	Homo	Sensitiua	Vegetatiua	Inanimata	Materies
In Mundo Angelici 7 Principes	Honphiel	Zadkiel	Samael	Schemfiel	Anael	Cocabiel	Lenaniel

In Mundo cœlesti 7 Planetæ	Saturnus	Iuppiter	Mars	Sol	Venus	Mercurius	Luna
In Mundo Elementari 7 metalla	Plumbum	Stannum	Ferrum	Aurum	Cuprum	Argentum vivum.	Argentum.
In Microcosmo	Splen.	Hepar	Sanguis	Cerebrum	Renes & genit.	Lingua	Stomachus
Septem ætates	Infantia	Puericia	Adolescentia	Iuuentus	Virilitas	Æmulatio	Senectus
7 Phases Lunæ	Nouilunium	Sextilis	Dichotomus	Amphicertus	Pantechna	Amphicertus	Dichotomus

Cùm itaque Ægyptij totum rerum vniuersum hoc septenario numero signatum viderent, fieri non posse existimarunt, quin aliquod insigne & recondituum sub eo mysterium latitaret. Hinc variis modis eum hieroglyphicè exhibebant; septenarium cœlestem sic, HH ; & septenarium sublunarem sic, HH+. Cœlestem per tres lineas & circulum quadripartitum; sublunarem per tres lineas & crucem; quâ occultè denotabant septenariam seu vniuersalem supremi Numinis virtutem cum exeri, cum ex triade in tetradem, & primò in cœlestem, deinde in sublunarem mouetur, & euolutione facta sibi reflectitur. Quod mysterium pulchrè nobis per hieroglyphicos characteres in limbo solij Osiridis suprimendam ipsius exhibeat, vbi septem circuli quadripartiti, & totidem cruces ordine ponuntur, quos circulos, & cruces singulas præcedunt tres lineolæ, septem Mundorum septemplici Classium ordine distinctorum symbolum.

ita vt primus Mundus exhibitus sit per III & ⊕ circulum quadrifidum, quæ quatuor partes Mundi adiunctis tribus lineis præfixis faciunt septem hebdades rerum istius Mundi; & sic ordine sequenti singulis Mundis quadrifidis tres lineas addidere, vt, quemadmodum dixi, septem rerum Classes, quibus dicti Mundi constabant, arcanè indicarentur. Idem expresserunt per crucem +, cum adiuncto ternario linearum, videlicet diffusio-

nem spiritus per Mundum Elementarem, vt suo loco videbitur. Sed mysterium apertius. Mundum primum Archetypum vocabant, Hemphta siue Osirin supremo modo, primam rerum vitalem triformem. Secundus Mundus est Angelicus, septem Classibus iuxta Ægyptiorum dogma distinctus, in quem sese supramundani Osiridis vis exerit. Tertius Mundus est materialis, ex septem Orbibus planetarijs constitutus. Quartus Mundus est inanimatorum corporum, septem metallorum speciebus distinctus. Quintus Mundus vegetalis naturæ, in septem pariter Classes viuentium distributus. Sextus Mundus est sensitiuæ naturæ, in septem similiter Classes dispositus. Septimus Mundus est microcosmus homo, in septem status diuisus; post quem ipsum restituit supremum Numen. Atque hi sunt septem Mundi septemplici gradium seu Classium genere distributi, quos hieroglyphicum Schema indicat; quorum dispositio ea est quæ sequitur.



Vides igitur quomodo ex Monade illa suprema & archetypa, veluti ex centro euoluta, primò intellectualis Mundus septem principalium Geniorum regimine munitus prodierit; quomodo illa deinde euoluta, & in circulum acta, materialem Mundum cœlestem, septem Planetarum Chorâ decoratum produxerit: postea Mundum inanimatorum, terram inquam septemplici metallorum genere fœtam produxerit; & in eo deinde vegetabilis naturæ Mundum septem plantarum Classibus distinctum fundauerit; postea ad sensitiuæ naturæ septem animalium ordinibus distributum processerit; tandem hominem microcosmum omnium complementum condiderit, & sic in Monadis & infiniti centri abyssum se recipiens ab vniuerso opere quod patrarat, quieuerit. Vides Ægyptios tam aptè hos septem Mundos expressisse, vt ad hexaemeron opus à Mose descriptum respexisse videantur. Verum cùm hæc omnia fusius in tabulæ Bembinæ expositione tradituri simus, hîc ea tantùm indicasse sufficiat.

§ VII.

De Octonario, Nouenario, & Denario hieroglyphico.

QVemadmodum septenarius septem Vniuersi entium symbolum est, ita octonarius Ægyptijs octo Geniorum siue Numinum principalium, quibus septemplex Mundus gubernatur, symbolum erat; atque haud sine ratione, Martiano teste, ex Pallade & Amore, id est, ex

nocte

Numerorum per octonarij primitiua.

noctc, & spiritu diuinâ quâdam ratione consurgit. Hinc Orpheus octies sunque diuinam volebat monstrare iustitiam, per octonarium istare constituerat, per quem & rerum summæ imperare dicebat Euander, scilicet ignem, aquam, terram, cœlum, Solem, Lunam, Mythram, & noctem indigitando. Hinc Ægyptij eum exprimebant vel per stellam, vel per circulum octo radijs insignem. In columna quoque hieroglyphica, teste Diodoro, octo Numina ponebantur, Saturnus, Rhea, Osiris, Spiritus, Cœlum, Luna, Nox, Dies. Videntur hæc octo Numina pulchrè exhibita in quodam idolo Ægyptio, cuius olim Ludouicus Brouget Mercator Massiliensis ex Ægypto translati delineationé ad me trãsmisit, vti hic appareat

Triforme Numen

Noui figura, exhibens octo Numina.

Numina Ægyptiaca.	*Numina Latina.*
	Octo Classes Mundi.
1	1 Genius Polymorphus.
2	2 Osiris.
3	3 Isis.
4	4 Amun.
5	5 Mercurius.
6	6 Monphta.
7	7 Nephta.
8	8 Agathodæmon.

in quo Stella radiorum octo, octo Geniorum Classes designat. Primum est Numen Polymorphum, de quo vide fusè tractatum lib. 3. Obeliſci Pamphilij, & in Obeliſci Flaminei expoſitione c. 3. diat. 2. Secundum est Osiris sub forma Accipitris; tertium Isis sub forma Ibidis; quartum sub forma Arietis, & est Amun; quintum sub forma Canis, estque Mercurius; sextum sub forma Leonis, & est Mophta; septimum sub forma Staturæ sedentis, estque Nephta; octauum sub forma Serpentis, estque Agathodæmon. Hinc mirum non est, Ægyptios, magnam Deorum Matrem naturam designaturos, aut Mundum sensibilem Horum, aut Mophta, portas domuum singulis attributarum figuris partim circularibus, partim stellis occupatis veluti sigillis quibusdam notasse, vt in tabula Bembina videre est, & suo loco fusè explicabitur.

Sed

Sed procedamus ad nouenarium hieroglyphicum, quem tametsi in præcedentibus copiosè prosecuti sumus, hoc tamen loco obiter eius mysteria repetere visum est. Nouenarius Ægyptijs erat symbolum naturæ Genialis à supremo Numine, id est, decade deficientia, vti Pherecides scriptum reliquit, dictusque fuit antesignanus agminis à Deo deficientis, & teste Eusebio, Ophioneus id est, Dæmon serpentinus. Forsan alludebant ad lapsum Luciferi. Hunc varijs modis, vna cum affectibus cæterus, qui sunt Pseudodoxi, spiritus mendacij, vasa iniquitatis, vltores scelerum, prælignatores, æreæ potestates, furiæ, criminatores, tentatores, placare contendebant, vt suo loco dicetur; tametsi posteriores nouenarium numerum non Dæmonibus tantum, sed & Musis, quæ sunt, vt Platonici opinantur, stellarum animæ, atque enneadi intellectualis Mundi consecrarunt. Verùm cum de huiusmodi Enneadibus abunde in præcedentibus actum sit, eò Lectorem remittimus.

Mysteria nouenarij hieroglyphici.

Restat denarius numerus, quem nullo non tempore veteres Pythagoræi summis laudibus extulerunt, quòd ex tetracty originem suam nanciscatur; quatuor enim hi numeri 1, 2, 3, 4 simul iuncti 10 constituunt, omnium numerorum finem & complementum, vltra quem nullus numerari, sed iisdem tantùm repetitis, mysteriumque continuè quasi eorum vnitorum, de quibus in præcedentibus actum est, videlicet 1, 10, 100, 1000. in quibus prima Monas respondet Monadi absolutæ, secunda 10 Dyadi, tertia 100 Triadi, quarta 1000 Tetradi. adeò quidem, vt Monas puncto, decas lineæ, hecatondas superficiei, chilias corpori exactè congruat. Monas est radix, quadratus, & cubus simplus; hecatondas quadratus denarij; chilias verò decadis cubicam implet naturam. Monas simplex & impera vnica lineola, decas binis figuris exaratus, perinde ac dyas binis vnitatibus aggregata; hecatondas tot figuris scribitur, quot vnitatibus tria; & chilias tot figuris, quot vnitatibus constat quaternarius. Si quis igitur has numerorum sedes iunxerit, numerum ex iis elicies millesimum octesimum nouecimum sic, 1111, omnium numerorum supremum & vltimum, omni ratione finitum, expansum quatuor motibus mysterium: erit enim hic numerus simul & punctum, & linea, & superficies, & corpus, omnium quæ sunt, quæque sub visum cadunt, rationem explicans, epitome & anacephalæosis Vniuersi. Verum vide quæ suprà de quatuor Monadibus consideratione dignissimâ protulimus. Atque hunc denarium Ægyptij, vt dictum est, per decussim vel crucem exhibebant sic, X, vel sic +, quam ex duobus quinarijs componebant; nam lineâ in alterum inclinatâ, non tamen secante, vt hic patet, V, vel sic, Λ, quinarium notabant; hunc Λ, quinarij superioris in inferiorem influxus, illum verò V, quinarij inferioris prout superno influxui substabat, symbolum ponebant; vtrumque ex pedibus Ibidis diuaricatis tanquam signum, quæ in vnum iuncta constituunt denarij symbolum, vti in fabrica Alphabeti hieroglyphici in Obeliſco Pamphilio, & in III. Tomo ample deduximus.

Denarius hieroglyphicus.

Denarius numerus complementum omnium numerorum.

I
10
100
1000
1111

Ægyptij Denarium per crucem decussim repræsentant.

§ VIII.

§ VIII.

Anacephaleosis dictorum in Obelisci figura exhibitorum.

Numeri quomodo in Obelisco figurâ repræsententur.

TEtradem siue quaternarium numerum in Obelisci exhibebant per quatuor latera, sed diuerso modo. Primò in pyramidio quaternarium triangularem, deinde in reliquo trunco Obelisci quaternarium quadrilaterum: per illum occulte innuebant Mundum Angelicum, tanquantum ex centro diminutatis, quod per apicem Obelisci apposite indicatur, in naturam genialem, diuinæ naturæ immediatum stignaculum, trigono diuinitatis charactere infinitæ diffunditur. per quatuor latera Mundi quadripartiti præsidium in 12 Mundi arces distributum, quod aptè singuli tres numeri quatuor triangulatum superficierum repetorant: 3 enim in 4 ducta, conficiunt 12. Iterum 3 ad 4 iuncta, vti septem constituunt, ita totius naturalis perfectionis Genialis Mundi sacramentum indicant: quatuor verò latera triangularia ad 4 latera quadrangula iuncta, 8 constituunt, influxus Angelicæ naturæ, in Mundum corporeum primum symbolum; quibus si basis accedat pyramidis, iam enneadem mysticam Angelici & corporei Mundi symbolum pulchrè indicabant: quem & 9 anguli solidi, qui in Obelisco quolibet considerantur, notabant. His denique si accederet apex pyramidis, iam 10 constituebantur, ad totius naturæ, & trium Mundorum, Archetypi, Angelici, ac corporei Mundi complementum innuebant: quem numerum tetras illa siue quaternarius numerus implicitè continebat. Si enim 1, 2, 3, 4 ordine posita, sibi inuicem iunxeris, prodibit decas illa mystica, siue tetractys, tanto à Pythagoricis silentio celebrata, tantis mysterijs inuoluta. Quæ per duos quinarios pulchrè indicabant, quorum prior influxum diuinæ naturæ in Mundum Angelicum, ex apice in quadripartitum Mundum Angelicum; alter verò creaturarum siue corporei Mundi sinum, ex quadrangula basi sursum versus centrum continuâ diminutione laterum facta, aptè insinuabat. Præterea vnitatem formalem in sinu diuinitatis latentem per apicem indicatam, cuicunque rerum ordini adiunxeris, semper decem constitues, rerum omnium complementum, diuinæ perfectionis typum, &



exemplar. Si enim 1 ad 9 tripartitam Angelici Mundi triadem adiunxeris, 10 constituet, numerum omnia exhaurientem, typum diuinitatis omnia complectentem. Si ad 2, in quibus Vnitas duplicata resident, 8 iunxeris, habebis Angelicæ, per vnitatem formalem in Mundum inferiorem influxum, videlicet in Mundum sensibilem, per 8 cubicum numerum

septè insinuatum. Si iterum 3, id est, Triadem illam totius perfectionis exemplar, 7 perfectionis Mundanæ symbolo adieceris, habebis iterum 10. Si denique quaternarium siue tetractyn illam tantoperè à Pythagora celebratam 6 siue senario numero, operationum mundanarum symbolo adieceris, denuò resultabunt 10. Si denique 5 duplaueris, id est, duos quinarios simul iunxeris, idem denarius numerus emanabit. Vides igitur quomodo ordines Mundanarum constitutionum sibi inuicem adiuncti, semper producant 10, id est, vnitas formalis in singulis Classibus implicata, reliquis numeris creatarum rerum symbolis adiuncta, semper 10 constituat, totius Vniuersitatis cum Authore sine aptum hieroglyphicum. Præterea 1 ad 2 iuncta dant iterum triadem, hæc ad triadem iuncta generat tetradem, & hæc rursus tetradi iuncta pentadem; & sic singulis numeris ordine naturali continuatis illa adiuncta, generat hexadem, heptadem, octadem, enneadem, decadem omnium complementum, vltra quam nullus alius, nisi replicatus numerus datur. Hanc itaque philosophiam mysticam sub numeris opportunè in Obeliscorum figura exhibuerunt Veteres.

Sed iam tempus est, vt quæ hucusque suse de numeris hieroglyphicis produximus, hic seorsim ob oculos ponamus curiosi Lectoris, & primò quidem Kyriologicè exhibitos, deinde hierogrammaticè quoque apponamus.

§ IX.

Numeri hieroglyphici Kyriologici, partim ex Tabula Bembina, partim ex Obeliscis extracti.

I, vel □, vel O Vnum significat: prius vnitatem simplicem; □ vnitatem Mundi elementaris; O Mundi cœlestis vnitatem.

II, vel □□, vel OO Dyadis symbolum est, vel in binario simplici, vel duorum Mundorum elementarium, aut cœlestium.

III, vel □□□, vel OOO Triadem dictorum Mundorum notat.

IIII, vel □□□□, vel OOOO, vel sic quoque ⊕, Tetradis dictorum Mundorum nota est, quæ tamen non semper lineâ rectâ, sed subinde perpendiculari ponuntur, sic ⠿ ⠿, prout occasio & situs Obelisci ferebat.

V, vel Λ pentadis nota est, siue quinarium numerum explicat; & prior quidem motus supremi Numinis sursum, posterior eiusdem deorsum. notatur etiam sic, I

I Λ ⊕ II

V, vel I senarij nota est; & notatur etiam sic, ⊕, vel etiam sic ⊗

I Λ III

V, vel II septenarij nota; & sic quoque exprimitur, ⊕, vel sic, III ⊕:

III V, vel III octonarij nota, & sic quoq; notatur, Λ ⊕ II, vel sic, II ⊕ III, vel etiam sic ⊛ II.

IIII V, vel IIII nouenarij nota; & sic aliâ ratione signatur IIII Λ ⊕ Λ vel X, vel ✠ denarium exprimit, constituiturque ex duobus V & Λ quinarijs.

I X, vel X I vndenarij signum est; & sic semper vsque ad 15 per varietates lineares, pro numeri vltra denarium incremento, sequentes ordine numeri continuantur.

Numerum quindenarium significat, ex cruce ✠ & Λ, cui signo si lineolam iunxeris infra, vel supra ⅄, efficies 16; si duas, septendecim; si 3, octodecim; si quatuor, nouendecim.

Vigenarij symbolum ex decussi & circulo constitutum est.

Centenarij nota est.

Ducenta.

Trecenta significat.

Quadringenta.

Quingenta.

Mille.

Omnes hosce numeros alijs quoque modis exprimebant, de quibus in ipsa explicatione Obeliscorum copiosior dabitur differendi occasio.

Atque hi sunt numeri [illegible] Ægyptijs vsitati; quæ omnia partim ex Obeliscis, partim ex Tabula Bembina, vbi frequentissimè hinc inde occurrunt, partim denique ex Scalâ magna Ægyptiaca, extracta hoc loco exponere visum est.

Numeri hierogrammatici.

Vnitatem centralem denotat, id est, centrum ponebant pro vno; & quia centrum solâ positione puncti insensibile est, id non meliori ratione signandum duxerunt, quàm circulo; vbi enim circulus, ibidem necessariò centrum vt sit, necesse est. Notabant autem per circulum, centri, siue Monadis diuinæ in rerum naturam euolutionem, de quo suprà amplè disseruimus. hanc per Phœnicem quoque innuerunt.

Per

Per duas Cornices, teste Horo, Dyadem principiorum naturæ, siue quod idem est, principium actiuum & passiuum notabant, de quibus vide in Dyadis expositione.

Δ Per triangulum æquilaterum, Numen triforme notabant, vt suprà patuit, siue Mundum idealem.

□ Per quadratum quatuor anni stationes notabant, de quo pluribus in sequentibus.

Per Columbam quinarium notabant, quia semper quinque tantùm oua parere solet.

Per Gallum septenarium notabant, eò quòd singulis septem interuallis dici Solem salutat cantando.

Per Cynocephalum 12 signabant, quia duodecim vicibus in die æquinoctij mingendo, æquinoctialem duodecim horarum diem notat.

Atque hæc sunt, quæ de hierogrammaticis numeris ad notitiam meam peruenerunt; reliquorum numerorum species passim per Kyriologicos numeros paulò antè positos, & Obeliscis, fragmentisque Ægyptiacis vtplurimùm insertos exprimebant.

CAPVT IV.

De miris numerorum effectibus.

AEgyptios certos quosdam, eosque arcanissimos numeros habuisse, septem principalibus Dijs dedicatos, ex præcedentibus patuit; quales autem hi numeri fuerint, quibusue Dijs dedicati, aut quos vsus habuerint, restat explicandum, ne quicquam Oedipum subterfugisse rerum reconditarum dici possit. De his sic Abenualchia de cultu Ægyptiorum.

ذكروا اهل الفلسفه مصر ان قدمائهم صنع اتبع العباد بكرامه كبيره ويبلغوهم للايام الزهره ثم صنع زحل مشتري رقاى شمس زهري عذراء وقمر 65. 25. 5. 136. 34. 16. 4. لرقاى 45. 15. 9. 3 لزحل وطفوا العدد 64. 8. 1225. 175. 49. 7. لزهري 666. 111. 36. 6. لشمس 325. ☽ 3321. 369. 81. 9. لقمر 2080. 260.

Id est, *Meminerunt Philosophi Ægyptij, quòd erant ipsis septem numeri in magna veneratione, quos & septem Dijs eorum consecrabant; videlicet Saturno, Ioui, Rephan siue Marti, Soli, Veneri, Mercurio, & Lunæ. Saturno dedicabant hosce numeros, 3. 9. 15. & 45. Ioui hos, 4. 16. 34. & 136. Marti hos, 5. 25. 65. & 325. Soli hos, 6. 36. 111. 666. Veneri hos, 7. 49. 175. & 1225. Mercurio hosce, 8. 64. 260. 2080. Lunæ denique 9. 81. 369. & 3321.* Habemus numeros; iam quod mysterium sub ipsis lateat, & vnde originem suam nanciscantur, videamus.

Qui fuerint septem numeri, quos veneraban tur, & quibus dijs eos consecrarunt Ægyptij.

Pythagoræi omnia quæ in rerum natura sunt, demõstrabant per quasdam numerorũ dispositiones.

Nouendum itaque, genuinos Ægyptiorum discipulos Pythagoræos, arcanas quasdam numerorum dispositiones didicisse, quibus tantum tribuebant, vt nihil non in rerum natura his demonstrari posse putarent. Atque vnitatem quidem ipsum, omnium numerorum parentem, vbi tantummodo, non alteri præterea similem, quæ in se ducta (id quod nulli numero contingit) semper eadem est, animum sui simillimum, totius corporis Regem, Dominumque actionum vniuersarum, & ipsam rerum omnium non temerè dixerunt. Primùm verò numerum ex gemmata vnitate prognatum, id est, 2, & opinionem mutationi obnoxiam, & motum nunquam consistentem vocarunt. alia item omnia aliorum numerorum nomtoibus appellantes. Quadratos autem cumprimis obseruarunt, tanquam rerum omnium in septemplici Mundo geneſis rationem explicantes. Est autem quadratus numerus, qui ex radice in se ducta producitur. Et vt ab vnitate incipiamus, est illa vt indiuisibilis, ita immultiplicabilis, non tamen adeo inficienda, vt quod reliqui numeri præstant, id non præstet ipsa, cum sit mater & principium omnium numerorum; alij in se ducti semper diuisum quid efficiunt, sola vnitas in se ducta semper seipsam in vnitatem restituit, semper eadem, nulli obnoxia varietati, sumptus & radix, & quadratus, & cubus est id quod vnam Dei O. M. essentiam & naturam immortalem, omnis diuersitatis & alterationis expertem, sat superque comprobat, sola diuersitate in consequentibus

Vnitas est inuariabilis.

Diuinam indicat naturã.

vnitatem numeris existente. Quemadmodum igitur ab vna suprema Mundi architectonica Monade omnia emanarunt, sic numerorum ordo ab illa vnitate proficiscentium, non huc, sed illuc vbi is est, quem illa refert, aptè erat instituendus. Sed vt ad quadratorum numerorum mysteria propiùs accedamus,

Quadratorũ numerorum mysteria.

Sciendum est, quòd sicuti duo semper quadrati vnum intermedium habent proportionalem, ita bini cubi duos proportionales numeros habent intermedios, v. g. si 2 in se ducantur, quadratus efficitur 4, si in quatuor, cubus efficietur 8, item si 3 in se ducantur, nascentur 9; & iterum si 3 in 9, nascentur 27, cubus; si deinde duo in 3 ducantur, 6, medius quadratorum 4 & 9 proportionalis, creatur, hoc pacto: 4. 6. 9. qui sunt in sesquialtera proportione; sicuti enim se habet 4 ad 6, ita 6 ad 9. Si porrò 4 radicem iterum in 6 medium proportionalem, & in hunc eundem 5 radicem duxeris, nascentur 12 & 18, duo medij proportionales inter duos cubos 8, & 27; nam 8, 12, 18, 27 in eadem sunt proportione continua sesquialtera. Hoc idem prorsus reperies in vnitate eandem vim cum numeris communicatam habente; hæc enim in se ducta quamuis semper sit omninò eadem, attamen cum numeris comparata, quos genuit, & ipsa eadem ratione consideratur. Si itaque 1 lateris vim habens in se ducatur, vnum quid quadrati vim habens producetur; si denuo 1 vim lateris habens in 1 vim quadrati habens ducatur, 1 cubi potestatem obtinebit. Si postea 1 vim habens lateris in 2 latus ducatur, 2 medius proportionalis 1 vim quadrati habentis, & 4 vim habentis quadrati producitur, nam 1, 2, 4 in dupla sunt proportione. Si iterum primò vim lateris habeas 1, deinde latus 2, ito 2 medium quadratorum proportionalem ducatur, 2 & 4 medij vnitatis cubi potestatem obtinentis, & 8 cubi ipsius proportionales generantur; sunt enim 1, 2, 4, 8 in continua dupla proportione. Si iterum 2 se habeat vt latus seu radix, deinde huic in 2 medium proportionalem ducatur, prodibunt 4: erunt igitur 2 & 4 inter 1 qui se habet vt cubus, & inter 8 alterum cubum medij proportionales, vt sequitur 1. 2. 4. 8.

Hanc itaque vnitatem omnes vnitates, radices, quadratos, cubosque complicantem Deo æterno & immenso applicabant Pythagoræi, eratque quasi primus quadratus, & cubus diuinæ naturæ, in quo omnia vnum sunt. Secundus quadratus erat, quaternarius ex dyade in se ducta productus, quem assimilabant materiæ imperfectæ, & in potentia habitudinis ad ysiosubmersæ. Tertium quadratum 9 externario in se ducto producto dedicabant Saturno. Quartum quadratum 16 ex quaternario in se multiplicato productum dicabant Ioui. Quintum quadratum 25, ex pentade in se multiplicata productum Martis. Sextum quadratum 36 ex senario in se multiplicato proditum Soli. Septimum quadratum 49 ex septenario in se ducto emanantem, Veneri. Octauum quadratum 64 ex octonario in se ducto procedentem, Mercurio. Nonum denique quadratum 81 ex nouenario in se ducto prodeuntem, Lunæ dedicabant. Cubos verò eodem ordine, quo quadratos cœlestibus Dijs, Elementaribus Genijs dicabant, vt postea dicetur. Atque ab hisce nouem quadratis reuertis, duos primos quadratos ex Monade & Dyade emanantes, eximebant; Monadis quidem quadratum, vtpote supra omnes humanæ sublimitatis intellectus metas longè semotissimum; Dyadis verò quadratum 4, ob imperfectionem materiæ, quam inuoluebat; reliquos verò septem quadratos singulos singulis, vt diximus, dedicabant Planetis. Primum quadratum post binarium, id est, 9, ex tribus in se ductis emanantem, Saturno dicabant, hãc ducti ratione, quòd quãtò Dijs supremo Deorum omnium Antesignano & Monadi summæ, siue supramundanæ, viciniores essent, tantò forent simpliciores, minusque in multitudinem rerum materialium mergerentur; quantò verò à Monade remotiores, tantò plus materialis miscellæ participarent, vt proinde Lunæ non sine ratione 81 inter eos quadratos, qui radicibus intra denarium constitutis emergunt, maximum, dedicandum putarint.

Vnitas omnia complicat.

Quadratis quibus Dijs dedicati fuerint.

Quia ratione productio.

Assignatis itaque dictis quadratis septem, cùm admirandam quandam proprietatem in alia & alia dispositione singulorum notarent, fieri non potuisse opinati sunt, quin Deus summa & incomprehensa sub ijs mysteria humano intellectui exhibere, atque adeo singulorum septem Mundorum ordinem, administrationem, œconomiam sub ijs indigitare voluerit. Rem exemplo declaro. Si quis confusas typographicas literarum formas consideraverit, tametsi illæ omnem scientiam imaginabilem intra se contineant, nescit tamen, quæ sit illa, quam desiderat, & sub qua combinatione lateat; peritus tamen mox formas ita aptè combinare nouit, vt tandem quicquid voluerit, imò omnia scientiarum mysteria ex

iis-

ijstem per sensus appropriatos eliciat. Haud absimili ratione quæ rati quidam mysteriosissimi dantur, sed cùm sub certis numerorum formis lateant, confusa mysteria vt lateant, necesse est; patebunt autem mox, vbi in totidem areolis, quot quadratus eiusdem monades continet, singulos ordine numeros apte & artificiosè peritus Arithmantes quispiam diggesserit. Sed primò quidem singulorum quadratorum mysteria, deinde modum etiam, eorundemque intra areolas quadrati disponendorum rationem aperiamus.

Quadratus disponendi ratio.

Sapientes itaque Veteres, dictos quadratos eo ordine diggestos disponebant, vt quomodocunque numeri intra areas dispositi aggregarentur, semper vnus & idem numerus emergeret; quorum omnium deinde summa suum quoque mysterium haberet. Vocabantur ea sigilla Deorum immortalium, eò quòd subijs mirâ quâdam ratione dominium eorum exprimeretur.

Sigillum Saturni.

Cùm itaque 9. quadratum primum Saturni, quem totius Vniuersi mentem, vt in Sphynge mystagoga exposuimus, appellabant, pingere volebant, huius numeros intra nouem quadratula eo artificio disponebant, vt singuli ordines numerorum, normales, transuersi, diagonales, simul iuncti, vnum & eundem numerum restituerent, vt sequitur:

Dispositio Quadrati Saturni.

Sigillum Saturni.	*Normalis additio*	*Transuersalis additio.*	*Diagonalis additio.*
4 9 2	4 9 2	4 3 8	4 2
3 5 7	3 5 7	9 5 1	5 5
8 1 6	8 1 6	2 7 6	6 8
	15 15 15	15 15 15	15 15

Vides igitur, vt quomodocumque sumpti numeri semper 15. restituant. Omnes autem numeri simul sumpti continent 45. Atque hoc est, quod paulò antè Abenaschia innuebat, cùm diceret, Saturno dedicatum fuisse 3. 9. 15. 45: 3 enim constituunt quadrati radicem seu latus, 9 ipsum quadratum, 15 numeros singulorum ordinum additos, vti & summa omnium 45 constituunt. Atq; hinc patet, cur Abuhali Arabs in sua Astronomia dixerit, Saturnum tribus potentijs regijs maximis circumdatum, vnumquemque verò horum 9 alijs principalibus, & his 15 alijs, summam omnium verò constituere Saturninum Geniorum principalium toti Vniuerso præsidentium Chorum. Verba eius cito:

Abenasschia. Numeri 3. 9. 15. 45. Saturno dedicati. Abuhali.

كان لزحل ثلثه ملوك وكل واحد منهم ثمنية تسع ملوك وكل واحد منهم
خمسة عشر جنود وكلهم خمسة وارجعين وكلما دخلن الاسم زحل الذي هو
يحتمل بنفسه خمسة وارجعين ✻

زحل Zabel, Saturnus.

ز 7 *Sunt Saturno tres Reges, & vnusquisq; horum nouem alios Reges habet, &*
ح 8 *vnusquisque horum alios 15, summa omnium sunt 45, vti nomen* زحل *Zabel,*
ل 30 *id est, Saturni demonstrat, quod in numeros resolutum, eundem numerum exhibet;*
45 *Monarchiæ videlicet Saturninæ in 3. 9. 15 Classes distributæ summam 45.*

Sigil-

Sigillum Iouis.

Sed procedamus ad secundi quadrati Schematismum, siue Sigillum Iouis, quod ex quaternario in se ducto emergit, estque 16: cuius dispositio talis est, vt singuli numerorum ordines, normales siue perpendiculares, transuersi, diagonales siue diametrales, vti & quadratulorum medium circumsistentium numeri simul iuncti, semper eundem numerum restituant, videlicet 34, summa verò omnium sit 136. Sigillum sequitur vnà cum additione numerorum.

Sigillum Iouis.	*Additio perpendicularis.*	*Transuersalis.*	*Diagonalis.*
4 14 15 1	4 14 15 1	4 9 5 16	1 4
9 7 6 12	9 7 6 12	14 7 11 2	6 7
5 11 10 8	5 11 10 8	15 6 10 3	11 10
16 2 3 13	16 2 3 13	1 12 8 13	16 13
34 34 34 34	34 34 34 34	34 34 34 34	34 34

Idem emergit, si numeros quadratorum, quæ medium circumsistunt, addas.

a	*b*	*c*	*d*	*e*	*f*	*g*	*h*	*i*	*k*	*l*	*m*	*n*
4	15	5	10	7	5	12	9	14	12	15	1	4
14	1	11	8	6	12	9	11	6	10	7	16	13
9	6	16	3	11	15	8	11	6	10	7	7	6
7	12	2	13	10	12	3	3	8	2	3	10	11
34	34	34	34	34	34	34	34	34	34	34	34	34

Portò numeri intra duas areolas oppositas diagonaliter sitas additi, eundem semper numerum 34 exhibent, vt in *f*, 5. 2 & 15. 12. & in *g* 14. 9. & 8. 3. Diagonales verò qui tres areas possident, numeri, si medium duples, semper eundem dabunt numerum 34, vti in *b* 9. 11. 3. & in *i* 14. 6. 8. inq; *k* 12 10 2. & in *l* 15. 7. 5, medij duplati semper eundem numerum dabunt, videlicet 34. Extremi quoq; quadratuli numeri iuncti numeris in binis quadratulis medijs *ἀμφιτρόπως* sumptis, vt in *m* 1. 16. 7. 10. & in *n* 4. 13. 6. 11. semper eundem numerum 34 constituunt, vt vides; quod sanè meritò *θαῦμα* & summâ admiratione dignum videri potest.

Dispositio quadrati Iouis.

Sigillum Martis.

Venio ad quadratum Martis 25. qui numerus in viginti quinque areolas digestas modo paulò post dicendo, eandem quam priores obtinet proprietatem. Figura sequitur; in qua singuli ordines quouis modo sumpti semper simul iuncti dant 65, & summa omnium est 325.

Dispositio quadrati Martis.

Si-

Sigillum Martis.

11	24	7	20	3
4	12	25	8	16
17	5	13	21	9
10	18	1	14	22
23	6	19	2	15

Recta additio.

11	24	7	20	3
4	12	25	8	16
17	5	13	21	9
10	18	1	14	22
23	6	19	2	15
65	65	65	65	65

Transuersa additio.

11	4	17	10	23
24	12	5	18	6
7	25	13	1	19
20	8	21	14	2
3	16	9	22	15
65	65	65	65	65

Diagonalis & quadrata additio.

3	11	25	11	12	4
8	12	5	3	8	16
13	13	1	15	14	10
18	14	21	23	18	12
23	15	13	13	13	15
65	65	65	65	65	61

Sigillum Solis.

Dispositio quadrati Solis

Sigillum quadrati Solis ex senario inde ducto producitur, & ptæ cæteris numeros oppidò mysteriosos sortitum est: Nàm singulæ numerorum series in quadrato ritè dispositæ simul iunctæ, semper, quomodocunque sumptæ, conficiunt numerum 111. trium Monadum paulò antè recensitarum, archetypæ, genialis, & sidereæ summam; summa verò omnium conficit 666, quæ sunt trium mundanarum compositionum vltimum complementum, Monarchiæ Solaris typus, & exemplar vnicum, vt sequitur.

Sigillum Solis.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	17	13
25	29	10	9	26	12
36	5	33	4	2	31

Recta.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	17	13
25	29	10	9	26	12
36	5	33	4	2	31
111	111	111	111	111	111

Transuersa.

6	7	19	18	25	36
32	11	14	20	29	5
3	27	16	22	10	33
34	28	15	21	9	4
35	8	23	17	26	2
1	30	24	13	12	31
111	111	111	111	111	111

Diagonalis & quadrata,

1	6
8	11
15	16
22	21
29	26
36	31
111	111

& innumeris aliis modis.

Sigil-

Sigillum Veneris.

Dispositio quadrati Veneris.

Sigillum quadrati Veneris ex septenario in se ducto prodijt, cuius numeri intra qadratum ritè dispositi quomodocunque iungantur, semper eundem numerum, vt priora, conficiunt, videlicet 175; summa verò omnium 1225 efficit, Venereæ Monarchiæ symbolum, cuius typus is est qui sequitur.

Sigillum Veneris.

22	47	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	19	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28

Recta.

22	47	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	19	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28
175	175	175	175	175	175	175

Transuersa.

22	5	30	13	38	21	46
47	23	6	31	14	39	15
16	48	24	7	32	8	40
41	17	49	25	1	33	9
10	42	18	43	26	2	34
35	11	36	19	44	27	3
4	29	12	37	20	45	28
175	175	175	175	175	175	175

Diagonalis, & innumeris aliis modis.

22	4
23	11
24	18
25	25
26	32
27	39
28	46
175	175

Sigillum Mercurij.

Dispositio quadrati Mercurij.

Sigillum quadrati Mercurij ex octonario in se ducto emergit, cuius numeri solito ordine inter quadratum coacti digestique, quomodolibet rectâ, transuersè, oblique siue *διαγωνιως* iuncti, semper eundem numerum constituunt, videlicet 260; summa verò omnium 2080 exprimit, Mercurialis Monarchiæ typum. Figura sequitur.

Sigillum Mercurij.

8	58	59	5	4	62	63	1	260
49	15	14	52	53	11	10	56	260
41	23	22	44	45	19	18	48	260
32	34	35	29	28	38	39	25	260
40	26	27	37	36	30	31	33	260
17	47	46	20	21	43	42	24	260
9	55	54	12	13	51	50	16	260
64	2	3	61	60	6	7	57	260

Summa transuersarum 260. 260. 260. 260. 260. 260. 260. 260. 260.

Summa rectarum serierum 260. 260. 260. 260. 260. 260. 260. 260. 260.

Sigillum Lunæ.

Sigillum quadrati Lunaris ex 9 in se ducto producitur, videlicet 81, cuius numeri intra quadratum suum coarctati, riteque dispositi, iuxta series numerorum transuersas, rectas obliquas quomodocunque additi, semper producunt 369; summa verò omnium tibi exhibet 3321, Lunaris Monarchiæ typum vt sequitur.

Sigillum Lunæ.

Diagonalis.

Dispositio Quadrati Lunæ.

Summa transuersarum	37	78	29	70	21	62	13	54	5	369	*serierum*
	6	38	79	30	71	22	63	14	46	369	
	47	7	39	80	31	72	23	55	15	369	
	16	48	8	40	81	32	64	24	56	369	
	57	17	49	9	41	73	33	65	25	369	
	26	58	18	50	1	42	74	34	66	369	
	67	27	59	10	51	2	43	75	35	369	
	36	68	19	60	11	52	3	44	76	369	
Summa rectarum	77	28	69	20	61	12	53	4	45	369	*serierum*

369.369.369.369.369.369.369.369.369.

Diagonalis.

CAPVT V.

De Mathematico fabricæ & constructionis dictorum sigillorum ratiocinio.

QVantò negotium hoc occultius, & admiratione dignius existit, tantò dilucidatio eius difficilior, perplexior, intricatiorque meritò censeri debet. Est enim adeo ardua & recondita numerorum natura, vt omnium penè humani ingenij aciem fugere videatur. Sed enim cùm mihi à natura ita comparatum sit, vt nihil homine dignius existimem, quàm in huiusmodi tortuosis rerum absconditarum labyrinthis industriam ponere; dicta verò numerorum arcana dispositio non minimum inte res hucusque inaccessas & incognitas locum obtineat; summâ diligentiâ incubui, vt arcanam huiusmodi dispositionem, rationemque, quantum ingenij vires permitterent, penetrarem, penetratam eruerem, erutam Lectori rerum curiosarum auido, hoc loco communicarem. Sunt autem in hoc negotio duo considerandà, primò quidem imparium quadratorum dispositio, deinde parium; illa quantò est facilior, tantò hæc maiores & quasi inexhaustas difficultates patitur. De quadratis primò, deinde de cubicis pari passu ratiocinabimur.

§ I.

Quadrati constructio, quod ex ternario in seipsum ducto constituitur, eſque Sigillum Saturni.

OMittimus hic primum quadratum, ex binario in se ducto emergens, videlicet quaternarium, vtpote quod cum à reliquorum quadratorũ naturâ & proprietate longè recedat, numerus veluti imperfectus, propriè absoluteque quadratus dici minimè potest; ideoque cùm non tantùm ex multiplicatione binarij in binarium, sed ex additione binarij ad binarium (quod nulli alteri quadratorum euenit) emergat, atq; adeo potentialem materiæ miscellam obeat, meritò à Philosophis priscis, qui Dijs non nisi perfecta dedicabant, reiectus fuit, eliminatusque.

Quadratum ex binario emergens eſt imperfectum.



Nota Lector; quadrangulli b e g f; debere esse disposita ad modũ quadratis eodem modo & ratione.

Ad quadratum itaque ternarij 9 ita disponendum, vt series numerorum quomodolibet inuicem dent 15, sic procedes. Fiat primò quadratum *b e g f*, in quo quatuor media alia quadratula *a b d f* foris ponantur in formam Rhombi: deinde inter cellulas seu quadratula singula ordine naturali numeros ab vnitate vsque ad 9 ita dispones, vt pro radicis ternarij ratione in singulis tribus cellulis obliquè seu diagonaliter descendentibus tres numeri ordine naturali ab vnitate incipiendo, ponantur, vt vides; reperienturque quatuor numeri 1, 3, 9, 7, extra quadratum *b e g e*: quadratum verò in quatuor cellulis carebit numeris, vtpote numeris extra quadratum in eas transferendis; quod ita præstabis. Primò, duo numeri, 1, & 9, columnæ *a f*, in eiusdem columnæ oppositum vacuum locum transferantur; deinde 3 & 7 extra quadratum constituti numeri vti prius in opposita transuersæ columnæ *b d* vacua loca reciprocâ collocatione constituantur, vti ex sequenti figura apparet. Dico hoc

Quomodo disponatur Quadratum Ternarij.



ordine numeros intra nouem cellulas nouenarij quadrati R S T V disposítos hanc vim obtinere, vt quacunque serie sibi inuicem terni & terni addantur, semper 15 resultent. Cuius rei demonstrationem vt altiùs animo imbibas:

Notandum primò, in singulis quadratorum imparium numeris, vti & in hoc ternarij quadrato videre est, triplices dari terminos, maiores, minimos, medium. Maiores termini sunt, qui post medium terminum vsque ad finem numerorum quadrati nouenarij numerantur: Minores termini sunt, qui ab vnitate ad medium vsque terminum computantur: Medius verò terminus dicitur, qui inter quatuor minores & quatuor maiores intermediat, & prouenit ex dimidio aggregati ex additione minimi & maximi termini emergentis: vt 1 minimus terminus iunctus maximo termino 9 dat 10, cuius dimidium est 5, terminus in progressione medius; & medium inter quadrati cellulas semper locum occupans, vt ex figura patet, & in hac sequenti progressione,

1 2 3 4 5 6 7 8 9
Minores Medius Maiores

Atque huius progressionis numeri minores ad maiores se habent, vt excessum ad excedens; quanto enim maiores à medio crescunt, tantò decrescunt ab eodem minores. Vnde primum fundamentum æquationis emergit.

Notandum secundò minorum terminorum singulos vnum alsquem è maioribus terminis respicere, siue quod idem est, omnes numeri qui æquo à medio termino interuallo vtrinque dispositi se respiciunt, additi inter se, 10 conficiunt, vt in hac progressione videtur?

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

vbi 1. respicit 9; 2 respiciunt 8; & 3, 7; & 4 denique 6; singuli autem bini termini oppositi & respicientes simul iuncti 10. vt diximus, constituunt, cuius dimidium 5, medius terminus est. Medius autem terminus per numerum cellularum vnius lateris dicti quadrati, videlicet ternarium multiplicatus, producit 15 summam numerorum existentium in vnoquoque latere. Hinc facilè patet, quomodo paulatim Veteres ex hac speculatione in notitiam deuenerint huius tam mirabilis proprietatis. Si enim ordine paulò ante dicto trinos ordines numerorum huius quadrati nouenarij diagonos, & ordine naturali descripseris; necessariò euenier, vt in quadrato sequenti 4 b c d quatuor spacia vacua relinquantur: cùm itaque numeri in cellis extra distum quadratum sint totidem, ijsque termini oppositi sint (1. siquidem minimus terminus respicit 9 maximum, ter-



terminum) 8 quoque ex minoribus terminis tertius, ex maioribus terminis pariter respiciant tertium; consequens est, vt si 1 in oppositam supra 9 vacuam cellulam, & 9 in alteram sibi oppositam infra 1: 3 verò in oppositam cellam vacuam post 7, 7 verò contrà in oppositam cellam ante 3 transfuleris; negotium confectum habeas: hæc enim ratione 9 v. g. maior terminus, inter 4 & 2 minores terminos insertus, ijsque additus, æquabit numerum 15, ex 3 latere quadrati in medium terminum, videlicet 5 ducto emergentem; 1 verò minimus terminus inter 8 & 6 maiores terminos insertus pariter æquabit numerum 15 ex radice in medium numerum ducta prouenientem. Pari ratione 3 inter numeros 4 & 8, & 7 inter 2 & 6 inserti, ipsíque additi, eundem 15 numerum conficiunt. Denique 5 inter 2 & 8; & iterum inter 4 & 6 (quorum illi 10, hi pariter 10 additi conficiunt) pari ratione ipsis additus 15 constituit. Vides igitur, quomodo semper inter duos pares numeros mediet impar, qui huiscum additus conficiat 15; patet etiam cuilibet, excepto medio, impari numero vacuam cellam opponi; intra quam positus, additusque tandem cum lateralibus 15 constituat; sic inter 4 & 2 intermedius 9 ijs additus 15; 1 verò inter 8 & 6 positus, ijsque additus, pariter 15; iterum 3 intra vacuam cellulam oppositam inter 4 & 8 positus, ijsque additus pariter 15; 7 verò in opposito sibi loco inter 2 & 6 positus, ijsque additus similiter 15 constituit; 5 verò medius cùm diametraliter positis numeris eúndem numerum conficit. Patet itaque propositæ constructionis ratio. Sed vt hæc luculentiùs demonstrentur, ponatur numeri quadrati nouenarij vti prius secundùm progressionem naturalem ab vnitate vsque ad 9, vt sequitur.

Combinationes regulares terminorum.

Medius.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Hoc peracto, si 9 ad 1 iunxeris, habebis 10, quibus medius terminus 5 additus conficiunt 15; cùm itaque hi ijdem numeri in columna c d quadratili b f continentur, illi collecti in vnum, eundem numerum vt conficiant, necesse est. Iterum iunge 2 ad 8, secundùm minorem terminum ad maio-

	a	c	e
l	4	9	2
m	3	5	7
n	8	1	6

g b
h d f

maiorem, produces 10, quibus medius 5 additus eandem summam, 15 videlicet conficiet; qui numeri in quadrato tertiæ cellulæ diagonaliter dispositæ, videlicet *e b*, pariter continentur. Rursus iunge 3 ad 7, tertium minorem ad maiorem tertium à 9, & produces iterum 10, quibus 5 medius terminus additus exhibet 15 vt prius; atque hanc dispositionem numerorum inuenies in *m b* transuersò quadrati medio ordine digestam. iterum iunge 4 ad 6, produces denuò 10, quibus quinarius medius terminus additus, exhibent vt antè, 15; atque hanc dispositionem continet in quadrato diagonalis trium numerorum 4. 5. 6 dispositio. Atque hi sunt quatuor terminorum regularium cum medio 15. conflantium combinationes; iam videamus irregularium quoque combinationem.

Irregularem combinationem dicimus, quòd non sumantur termini in hac secundùm terminorum præcisum respectum, neque cum medio termino, sed vel ex minoribus terminis, maioribus quomodocunque additis, numerus 15 resultet; quem si per ternarij lateris quadrati multiplicaueris, habebis summam omnium numerorum 45. Iunge itaque in serie numerorum naturali 4 cum 8, conficies 12; quibus si 3, qui 4 præcedit, iunxeris, habebis pariter 15; quem numerum conficiunt tres numeri intra columnam *a b* contenti; cùm enim 3 & 4 sequentur 7, vnitas verò ab 8 deficiat, illa adiuncta 7, dabit 8; qui vnà cum 3 & 4 iuncti, vt dixi, 15 constituunt. iterum 2 ad 6 additi dant 8, quibus si 7 coniunxeris, habebis iterum 15, quem numerum pariter exhibent tres numeri in columna *c f* dispositi. Rursus iunge 2 ad 4, & habebis 6, quibus si 9 accedant, habebis 15, quem eundem numerum intra transuersam columnam *l g* additi in vnum numeri exhibent. Denique iunge 6 ad 8, & habebis 14, quibus vnitas accedat, prodibunt 15, quem ibi quoque tres numeri in transuersa serie in *s* præcisè exhibent. Verùm omnium combinationes hìc appositas contemplare.

Combinationes irregularium.

Combinatio regularis, in qua terminis quatuor minores maioribus *q* oppositi cum medio iuncti	1	5	9	media columna recta
	2	5	8	Diagonalis
	3	5	7	media transuersa
	4	5	6	Diagonalis transuersa.

faciunt 15.

Combinatio irregularis, in qua numeri promiscuè se respiciunt, & cum medio additi pariter	4	3	8	prima columna recta
	2	7	6	tertia columna recta
	4	9	2	prima transuersa
	8	1	6	vltima transuersa

faciunt 15

Octies itaque reddit eundem numerum 15.

Atque ex his patet octo tantum combinationes fieri posse in hoc nouenario dispositionis trium numerorum, qui additi 15 constituant; videlicet trium serierum perpendicularium, & totidem transuersarum, & duarum diagonalium. Et tametsi plures in dicta progressione numeri sint, qui numerum 15 iuncti simul constituant, vti 1, 2, 3, 9; 2, 3, 9, 1; 9 & 6; 8 & 7; quia tamen hoc loco tres tantùm numeri iuxta 1 lateris quadrati triadem, considerantur; cæterorum omnium nulla prorsus ratio habetur.

Vides quoque quomodo in omni combinatione trium numerorum, semper medij numeri sint impares, extremi partim pares, partim impares. Præterea cùm 15 resultent ex ductu ternarij, id est, ex latere in medium terminum totius progressionis, quæ est 5; consequens est omnes & singulas trium numerorum series quinarium ter continere; quod inde patet: si enim in hisce numeris 1, 5, 9; 1 ad 9 adieceris, habebis 10 duplicatum quinarium; & si medius quinarius accedat, habebis tres quinarios; qui additi faciunt 15. Sic in his numeris 2, 5, 8; 3, 5, 7; 4, 5, 6: extremi additi semper duplicatum quinarium dant, videlicet 10. quibus quinarius medius additus, dant tres dictos quinarios; in reliquis quoque numeris 4, 3, 8, si medius terminus 3 ab extremis 4 & 8 vnitatem mutuet, euadet is in quinarium, extremi verò manebunt 3 & 7; qui coniuncti dabunt 10 alios duos quinarios. Sic in numeris 2, 7, 6. Si medius terminus vnitatem vtrique extremo 2 & 6 communicauerit, manebit is 5; 2 verò & 6 aucti vnitate, fient 3 & 7, qui iuncti 10 constituunt alios duos quinarios. In his verò numeris 4, 9, 2, si 2 9 abstrahas 4, remanebunt 5, 4 verò addita 2, dant 6, quæ vnita 4 dant 10, duos alios quinarios. Denique in his numeris 8, 1, 6, si 2 ab 8, & totidem à 6 abstracta addideris 1, fiunt 5. duo verò termini binario mutilati 6 & 4, additi 10, constituunt alios duos quinarios. Videsigitur quàm mirâ ratione per excedens & excessum, numeri pulchrè æquati in vnam summam aspirent. Atque ex his, ni fallor, luce clarius patet ratio, cur videlicet nouenarius secundùm lateris sui numerum intra quadrati trinas cellulas aptè digestas in omnibus, semper infallibiliter eundem numerum producat; quod non tantùm de hoc impari quadrato, sed & de omnibus alijs quadratis imparibus in infinitum productis, vt in sequentibus dicemus, intelligendum est.

§ II.

Secundi quadrati, quod ex 4 in se ductis emergit, constructio Mathematica, atque Sigillum Iouis nuncupatur.

HOrum numerorum dispositio multò difficilior est præcedenti: vti enim ob paritatem quadrati medium terminum non habet, ita aliam quoque dispositionem requirit. Nos, quantum ingenio licuerit, & hanc facillimam reddere conabimur. Cùm itaque quadratus Iouis ex 16 numeris componatur, vel quod idem est, ex quaternario in seipso ducto emergat, sic procedes. Describatur progressio naturalis 16 numerorum, ab 1 vsque ad 16 progrediendo, vt sequitur.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

quorum singulorum quatuor numerorum tetrades pro quatuor laterum quadrati exigentia discrimines; habebisque quatuor ordines 1, 2, 3, 4. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16. quos diligenter serua. Hoc peracto fiat quadratum in formam Rhombi truncati, vti in præcedente factum est, ita vt singulæ obliquæ & diagonales series quatuor cellulas seu quadratula continent, vt sequitur.

Ratio dispositionis secundi quadrati.

In hoc eo ordine, qui sequitur, numeros tuos dispone secundum quatuor Classes, quas paulò antè obseruari monuimus. Prima Classis numerorum 1, 2, 3, 4, ordine naturali in superioribus quadratulis *b c d a* extremis ponantur, vt vides. Secunda Classis numerorum 5, 6, 7, 8, ordine ponantur in transuersali quadratorum series, quæ continentur intra spacium *f, h*, eo tamen pacto, vt 6 & 7 duo media quadratula. 8 & 5 verò duo extrema occupent, duobus in *o* & *p* vacuis. Tertia Classis numerorum 9, 10, 11, 12, in altero transuersali spacio *g k* disponantur, eo prorsus modo, quo in spacio *f l* numeri secundæ Classis. Quarta denique Classis numerorum 13, 14, 15, 18, in reliquis inferioribus extremis quadratulis *d b i c* ordine disponantur vt vides.

Habes itaque rationem dispositionis; nihil porrò restat, nisi vt quomodo numeri extra quadratum *a b c d*, intra idem, in cellas totidem vacuas & correspondentes opportunè transferri possint, dicamus; quod dispari ratione à præcedenti fit: in præcedenti enim terminos numerorum oppositos in opposita vacua loca transtulimus; quod hic non fit, sed termini in alterne opposita loca transferendi sunt, vt intentum habeas; hoc pacto 3 v. g. non in vacuum quadratulum *y* rectà oppositum, sed in alterne oppositum, quod littera *r* signaumus, poni debent; ita 2 non in *r*, sed in *y* decussatim poni debent; & contrà 15 & 14, hoc in *m*, illud in *n*, alterne opposita spacia pariter transferenda sunt. Haud absimili ratione 5 & 9, 5 quidem in *t* & 9 in *o* similiter alterne oppositæ vacua spacia; 5 contra 8 & 12, hoc in *p*, illud in *q* alterne opposita vacua spacia transferenda sunt. Quibus quidem ita peractis, habebis quadratum Iouis eâ numerorum dispositione digestum, vt singuli quatuor ordines quomodocunque sumpti semper 34 conficiant, quæ ducta in latus quadrati 4 summam omnium numerorum dant 134. Figuræ dispositio sequitur.

Cu-

Cuius quadratum *a b c d* numeros eo ordine dispositos habet, vt singuli quatuor numerorum series additæ semper eundem numerum, vti dictum est, conficiant; quod non tantùm de ordinibus rectis, transuersis, diagonalibus intelligendum est, sed & singulorum quadratulorum numeri quatuor simùl iuncti eundem numerum restituunt; cuius rationem vt videamus, paulò altiùs ordiendum est.

Lemma.

SI duo cuiuscunque progressionis naturalis numeri, qui æqualibus interuallis ab extremis vtrimque distant, simul addantur, erit aggregatum singulorum additorum aggregato, quod ex duobus terminis extremis, minimo & maximo conficitur, æquale. Disponantur numeri sedecim eo ordine & progressione naturali, quo suprà fecimus.



Ex quibus si duos quoslibet ab extremis terminis æquedistantes in vnum iunxeris, habebis ex singulorum aggregatis 17 aggregato duorum extremorum 1 & 16, id est, 17 æquale; quod mediis terminis 8 & 9 additum, summam conficit numerorum in singulis ordinibus quadrati rectis, transuersis, & diagonalibus contentorum. Cùm enim maiores termini à 16 versus medios terminos 8 & 9 continuè vnâ vnitate decrescant, minores verò termini, qui maiores ex opposito respiciunt, vnâ vnitate continuò vsque ad medios terminos 8 & 9 crescant; necessariò fit, vt hi numeri iuxta proportionale incrementum decrementumque perpetuam æqualitatem custodiant. v. g. 1 & 16, extremi progressionis termini additi conficiunt 17: sed & hunc eundem numerum & 2 iuncta 15, & 3 iuncta 14, & 4 iuncta 13, & 5 iuncta 12, & 6 iuncta 11, & 7 iuncta 10, & 8 denique iuncta 9, conficiunt; cùm quantùm minores terminiab vnitate crescunt, tantùm minores oppositi numeri à 16 decrescant; 2 enim auctâ vnitate cum 15 numero vnitate minori quàm 16, eundem numerum conficiunt,

ficiunt, quem 1 ad 16, iunctum, scilicet 17. idem de omnibus alijs intelligendum est.

Mirabilis proprietas numerorum in hoc quadrato. In quo numeri quomodolibet sumpti eandem semper summam conficiunt.

Atque hinc nascitur admiranda illa proprietas, quâ numeri in singulis ordinibus tetradicis dicti quadrati, contenti, additique, quomodolibet sumpti, semper eundem numerum, videlicet 34 conficiunt. Quoniam enim omnes numeri in progressione naturali 16 terminorum ab extremis æquidistantes 17, vti probatum est, conficiunt; cùmque 8 & 9, medij totius progressionis termini, pariter 17 additi conficiant; 17 ad 17 iuncti constituunt necessariò 34. Hinc si 1, 8, 9, 16, quatuor terminos in vnum iunxeris, extremos videlicet cum medijs 8 & 9, habebis iterum 34. Si verò 2, 3, 14, 15, duos videlicet ab extremis cum duobus medijs iunxeris, iterum habebis 34. Si verò 3, 8, 9, 14, tertios ab extremis cum duobus medijs iunxeris, habebis denuò 34. & sic de cæteris; semper enim ex duorum numerorum ab extremis æquè distantium ad duos medios additione idem numerus 34 resultabit. Mirum itaque non est, si dicti numeri intra quadratum artificioſe, eâ videlicet industriâ, quâ dictum est, disponantur, in singulis ordinibus tetradicis rectis, transuersis, diagonalibus, & in singulis quadratis quatuor vnà iunctis quomodocunque sumptis, semper eundem numerum emergere, cùm totum fundamentum huius dispositionis lateat sub progressione naturali numerorum 16 in qua tot combinationes institui poterunt quatuor numerorum eundem 34 conficientium, quot combinationes reperiuntur in quadrato eundem numerum conficientes.

§ III.

Quadratis tertij constructio Mathematica, quod & Sigillum Martis dicitur.

TErtium quadratum imparium numerorum ex quinario in se ducto consurgit; cuius constructio non differt à primi quadrati constructione. Verum rem paucis explicemus.

Fiat quadrangulum Rhomboide, in cuius quinque quadratulorum diagonæ dispositorum ordinibus naturali ordine describantur 25 numeri, eo pacto, quo in sequenti figura factum esse vides, manebuntque intra quadratum *a b c d* tot areolæ vacuæ, quot numeros extra quadratum separatos vides; quos hâc industriâ intra vacuas areolas singulis correspondentes transferes. Cùm in imparibus quadratis singulos numerorum terminos oppositè se respicientes intra opposita in eadem columna loca vacua transferre suprà præcepimus, iuxta præcepti huius tenorem negotium summâ facilitate conficies. Sic itaque procede: in columna *g b, f* in oppositum vacuum intra eandem columnam locum, videlicet in areolam supra 19 transferenda est; 25 verò in eadem columna *g b* infimus numerus, in oppositum intra eandem columnam locum infra 7 collocabitur.



bitur. In columna *r n*, 6 in areolam vacuam supra 24 immediatè; 24 verò in oppositum in eadem columna locum infra 6 locabitur. In columna *k i*, 2 in locum vacuum supra 20, & 20 in locum vacuum infra 2 transferetur. In columna transuersa *l q*, 4 in locum vacuum oppositum post 16, & 16 in locum vacuum ante 4 collocetur. In columna transuersa *v p*, 5 in locum vacuum post 12, & 21 in locum vacuum ante 9 deponatur. In columna denique transuersa *x o*, 10 in locum vacuum post 22, & 22 in locum vacuum ante 10 locetur. Habebisque totum negotium peractum; cuius demonstratio eadem est, quam in primi quadrati descriptione dedimus. Si enim ordine naturali progressio ab 1 ad 25 continuetur, vt sequitur:

a c b

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

In hac progressione imparium numerorum medius terminus est 13; qui per latus quadrati, id est, per 5 multiplicatus dat 65, numerorum in singulis columnis in quadrato existentibus, siue rectis, siue transuersis, simul additorum summam, ita vt ex medij termini cum latere quadrati multiplicatione statim, quantam singularum columnarum numeri additi summam conficiant, ostendatur, ac proinde sicuti in progressione medium semper locum, ita & in quadrati media cellula eundem occupet. Si iam in progressione dicta quinque numeros, qui dictum numerum simul additi faciant, inquisiueris, idque toties, quoties poteris, & combinatio permit-

mittit, intentum sine dubio habebis; cùm, quoties numerus iste 65 intra quadrati columnas reperitur, toties & idem in dicta progressione, ex qua eductus fuit, reperiatur. Sic si 7, 25, 13, 1, 19 simul junxeris, habebis 65. Si 24, 12, 5, 18, 6, in vnam summam collegeris, idem qui priùs numerus 65 emerget; & sic de cæteris omnibus; quæ in 5 latus quadrati ducta, dabunt omnium summam 325; nihil igitur est in quadrato, quod non in dicta progressione contineatur. In sola itaque artificiosa illa numerorum digestione secretum latet; quod quomodo pateat, iam dictum est.

§ IV.

De constructione Mathematica quadrati quarti Sigilli Solis.

Dispositio numerorum in hoc quadrato difficillima.

SIcuti numerus in hoc quadrato ex singulis sex ordinibus quaquauersus collectus, oppidò mysteriosus est; ita numerorum dispositio in hoc quadrato, vt dictus numerus resultet, summum cum difficultate laborem adiunctum habet; quem tamen, quantum ingenij imbecillitas permittet, nos mitigaturos confidimus.

Cùm itaque quadratus Solis 36 constituatur ex 6 in seipsum ductis; pro dispositione numerorum in quadrato sic operare. Scribantur 36 numeri ordine naturali ab 1 incipiendo, quos in sex ordines diuides, vt hic vides.



Hoc peracto describas diagramma in formam Rhomboidis, vt in præcedentibus factum est, & hic apparet; in cuius cellulis numeros dictæ progressionis hac industria collocabis. Accipe primam progressionis sex numerorum partem *A* signatam, eamque iuxta numeros ab 1 vsq; ad 6 pone in superiori parte Rhomboidis intra cellulas extremas, vt hic vides. Accipe deinde sextam partem progressionis signatam litera *F*, qui sunt numeri 31, 32, 33, 34, 35, 36, quos in oppositis Rhomboidis locis, hoc est, in inferiori parte diagrammatis in vltimis sex cellulis inseres, vt paulò post videbis. Deinde in loculamentis dextris *p b i q*, hosce quatuor numeros pones, 7, 13, 19, 25, qui sunt ordinum in progressione *B C D E* primi, vt progressio docet signata literis *g n t b*: ex oppositis vero loculis ✠ *m n r* hosce numeros pones, 12, 18, 24, 30, qui sunt 6 ordinum *B C D E* vltimi, signati literis *m s x t*; habebisque totum ambitum suis signatum numeris, postea in quadratum *a b c d* transferendis. Reliquos numeros progressionis hac industria mediis quadrati cellulis inscribes. Intra columnam



Diagramma in formam Rhomboidis.

lumnam transuersam ✠ *a*, à 7 incipiendo, & omissâ vnâ areolâ, deinceps ex progressione ponantur ordine quatuor numeri signati literis *l d e b*, qui sunt 11, 27, 28, 8. In columna transuersa *b m*, à 13 incipiendo, omissisque duabus areolis, deinceps ordine ponantur numeri progressionis signati literis *o p q c*, qui sunt 14, 16, 15, 23. In transuersa columna *i n*, à 19 incipiendo, omissisque duabus areolis ponantur ordine numeri progressionis signati *γ y x r*, id est, ordine retrogrado numeri 20, 22, 21, 17, vt vides. Denique in columna transuersa *q r*, à 25 incipiendo, omissa vna areola, scribantur deinceps numeri signati literis *ff k i e*, qui sunt numeri 29, 10, 9, 26. Hisce peractis, manebunt intra quadratum *a b c d* sexdecim spacia vacua, quæ totidem numeris in ambitu Rhomboidis circumscriptis replebis hoc artificio. In superiori Rhomboidis parte 5 & 2 intra columnas suas oppositæ vacuarum cellularum loca occupabunt, vt vides: 4 verò vacuum locum habebit oppositum alternè, id est, in columna *g x* vltimum intra quadratum: 3 verò in columna *f γ* tertium vacuum spacium occupabit. In latere sinistro Rhomboidis, 7 oppositum in transuersa columna ✠ *a* vacuum possidebit: 13 in columna transuersa *i n* tertium à 19: 19 contrà in columna *b m* tertium ab 18 locum habebit: 25 verò iterum in transuersa columna *q r* oppositum tenebit locum. In infima parte Rhomboidis 32 ponetur in columnæ *δ β* secundo à 5 spacio: 33 in tertio columnæ *γ f* à 34 spacio: 34 in vltimo intra quadratum columnæ *x g* vacuo spacio; 35 demùm in vltimo columnæ *f γ* à 2 spacio. In dextro latere Rhomboidis quatuor numeri hoc pacto transferentur: 30 transfertur in secundù à 7 columnæ transuersæ ✠ *a* spacium: 24 in tertiù à 13 columnæ transuersæ *m b* spacium: 18 in tertium columnæ transuersæ *n i* à 24 locum: 12 verò in secundù à 25 columnæ transuersæ *r q* vacuum locum transferantur. Et sic numerorum omnium in quadrato digestionem habebis, in qua numeri singulorum ordinum additi conficiunt 111, mysteriosissimum numerum, & trium Monadum, siue solij archetypi, genialis, & siderei indicem. Summa verò omnium erit 666, alterum mysticum

Ratio dispositionis numerorum.

numerum idearum in tribus dictis Mundis disposition is rationem exhibens. Figura quadrati siue Sigilli Solis sequitur.

Sigillum siue quadratum Solis.

Summa singulorum sex numerorum seriatim quomodolibet sumptorum est 111.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	17	13
25	29	10	9	26	12
36	5	33	4	2	31

Summam verò omnium 666 *habebis, si* 111 *per* 6 *latus quadrati multiplicaueris.*

Atque hanc mirificam dispositionem ex sola progressione numerorum ab 1 vsque ad 36 continuata extraximus; quâ verò methodo combinatiua opus sit ad tantæ harmoniæ inuentionem, cùm huius loci non sit, in combinatoria arte, si Deus voluerit, suo tempore ostendetur.

§ V.

Constructio quadrati seu Sigilli Veneris Mathematica.

QVadratus qui ex 7 in se ductis emergit, videlicet 49, Veneri dicatus est, cuius dispositionem in nullo à primi & tertij quadrati dispositione diuerso modo expedies. Fiat primò, vt in præcedentibus, diagramma Rhomboide, in quo 49 numeros in septem Classes digestos eo ordine, vt in sequenti figura patet, ordinabis.

Figura prima.



Si-

Sigillum Veneris, siue quadratum 49.

Figura secunda.

Omnes seriei numerorum simul iunctorum dant 175.

22	47	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	19	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28

Numerus 175 *per latus quadrati, scil.* 7 *multiplicatus, dat* 1225, *summam omnium numerorum.*

In hac prima figura quadratum est, intra quod omnes numeri in quatuor cornibus Rhomboidis extra quadratum collocati, transferri debent, vt vacua loca, quæ numeris extra quadratum in cornibus constitutis æquantur, repleas; quod quidem minimè, vt in cæteris imparium quadratorum dispositionibus, difficile est. Sic ergo procede. In singulis cornibus sex numeri spectantur: in superiori cornu extra quadratum constituuntur hi numeri 1, 2, 3, 8, 9, 15; quos intra vacuas quadrati areolas ita transferes. ab vnitate intra columnam *e f*, numera deorsum octo cellulas, & intra eam pone vnitatem; in columna *g b*, deorsum à 2 numera alias octo cellulas, & intra eam pones 2; in columna *l k* deorsum alias octo areolas numera, & intra eam pone 3; iterum in columna *lm*, octo areolas numera deorsum, & intra octauam pone 8; sic in columna *n a* numera, pariter octo areolas deorsum, & ibi repone 15. Numeros in dextro cornu *b d t*, eadem prorsùs ratione, quâ in præcedenti, transferes intra vacuas cellulas intra quadratum constitutas, sed secundùm transuersum & sinistrum areolarum situm. Itaq; à 5 in columna transuersa *p q* numera octo, & intra octauam pone numerum 5; in columna *r f* à 6 numera octo areolas, & ibi depone 6. In columna *t v* octo iterum à 7 transuersim numera, & ibi pone 7; in columna *x y* à 14, octo numera areolas, & intra octauam pone 14; in columna *z tt* similiter à 21 computa octo areolas, & ibi repone 21; & à 13 transuersim octo numera, & ibidem repone 13. Deinde procede in infimum cornu Rhomboidis, & à numeris singulis octo numerando in proprijs columnis sursum procede, & ibidem numeros, à quibus numerare cœpisti, colloces; sic 35 in octaua ab hoc numero cellula in columna *k i* ponetur; item 41, & 47 in octauis cellulis, vt vides, locentur; item 42, & 48 in columnis *b g*, & *lm*, vt & 49 in columna *f e*. In cornu vero sinistro Rhomboidis numeri 29. 37. 36. 44. 43. singuli ordine in transuersarum columnarum octauas areolas transferantur, vt in præcedentibus factum fuit, & habebis dispositionem peractam, vt vides in figura secunda, quorum omnium demonstratio patet ex ijs, quæ in prima & secunda quadrati constructione adduximus.

§ VI.

Constructio Sigilli Mercurij, ex quadrato 64.

OCto in se ducta constituunt 64 hoc præsens quadratum, cuius sigillum sequenti industriâ conficies. Et quamuis præ omnibus reliquis huius constructio intricata, difficilis, & laboriosa sit, facilè tamen laborem mitigatum iri confido, si iuxta præceptorum nostrorum amussim curiosus artifex processerit. Sic igitur operare. Describatur primò figura Rhomboidis, vt suprà, intra quam numeros hoc pacto inscribes.

Sigillum Mercurij ex quadrato 64.



Progressionem numeri quadratici ab 1 vsque ad 64 continuatam in octo Classes seu ordines, vt vides, distribues.

I Ordo.	II Ordo.	III Ordo.	IV Ordo.	V Ordo.	VI Ordo.	VII Ordo.	VIII Ordo.
1	9	17	25	33	41	49	57
2	10	18	26	34	42	50	58
3	11	19	27	35	43	51	59
4	12	20	28	36	44	52	60
5	13	21	29	37	45	53	61
6	14	22	30	38	46	54	62
7	15	23	31	39	47	55	63
8	16	24	32	40	48	56	64
A	*B*	*C*	*D*	*E*	*F*	*G*	*H*

Or-

Ordines I & VIII, siue *A* & *H* primò inscribes Rhomboidi hâc industriâ. Ponantur in ambitu superiori Rhomboidis, in cellulis *b i g f e h k* numeri primi ordinis vt vides; & in correspondente inferiori Rhomboidis ambitu in cellulis *d γ δ ξ λ θ β c* ordine retrogrado scribantur octaui ordinis numeri, vt vides. Secundi ordinis numeros sic locis quosque suis adaptabis. in cellula *m* primò ponatur 9; deinde vna cellula omissa, in tertia 10, in quarta 11; postea in columna transuersa *x y*, in quinta & sexta ab *x* cellula ponantur 12, 13; postea regressus ad columnam transuersam *l m*, in cellulis ab *m* septima, octaua, & decima repone reliquos secundi ordinis numeros 14, 15, 16. Tertij ordinis numeros ita pones in columna transuersa *o n*. In prima cellula ponantur 17; deinde, omissis duabus cellulis, in quarta 18, & in quinta 19; postea in columna transuersa *t v*, in sexta & septima à *t* cellula repones 20 & 21 deinceps; deinde regressus ad derelictam columnam *a n*, in octaua, nona, & duodecima cellula repone reliquos tertij ordinis numeros 22, 23, 24. Quarti ordinis numeros sic dispones. in prima areola *q* ponantur 25; deinde in columna transuersa *r s*, in cellulis ab *r* quinta & sexta depone 26, 27; & in columna *p q* in septima & octaua à *q* areola collocentur 28, 29; & in columna *r s* in areola ab *r* nona & decima 30, 31; postea in prima columnæ *p q* areola ponantur 32. Quinti ordinis numeros hoc pacto distribues. in columna *r s* in vltima areola ab *r* incipiendo, ponito 33; postea in columna *p q*, in quinta & sexta à *p* cellula, 34, 35; & in columnæ *r s* cellula ab *s* septima & octaua ponantur 36, 37; & in columnæ *p q* nona & decima à *p* cellulis 38, 39; & in prima cellula columnæ *r s* ab *r* incipiendo, reponantur 40. Sexti ordinis numeros ita coordinabis. In columnæ transuersæ *t v* prima cellula ab *v* pone 41; & in quarta ab *v* 42, in quinta 43; postea in columnæ *n o* cellula ab *n* sexta & septima 44 & 45; & in columnæ *t v* octaua & nona ab *v* pone 46, 47; & in duodecima columnæ eiusdem 48. Septimi ordinis numeros ita distribues. ponantur in columnæ *x y* prope *y* 49; & ab hac in transuersa serie in cellula tertia & quarta pone 50, 51; in columnæ verò *l m* cellula ab *l* quinta & sexta pone 52 & 53; & in columna *x y* ab *y* septima & octaua pone 54, 55; & in decima eiusdem seriei 56; & habebis omnium numerorum dispositionem ritè peractam. Quoniam verò extra quadratum *a b c d* constituti viginti quatuor numeri in viginti quatuor vacua spacia distribuenda sunt; quomodo id fieri debeat, videamus.

In superiori itaque Rhomboidis cornu sex numeri sunt, 2. 3. 4. 5. 6. 7, quos ita distribues. 2 ponantur in columnæ transuersæ *c d* secunda à *c* areola; 7 pariter in secunda à *d* areola; 3 ponatur in tertia à *c* areola, & 6 in tertia à *d* areola; 4 ponatur in columnæ rectæ *ξ ζ* areola ab *f* quarta, vt & 5 in quarta ab *e* columnæ rectæ *e λ*.

Cornu lateris dexteri sex numeros 9. 17. 25. 33. 41. 49. ita distribues. 9 ponantur in prima cellula transuersæ columnæ *x y*; & 49 in secunda columnæ transuersæ *l m* areola; 17 ponatur in transuersæ columnæ *t v* areola tertia; 41 pariter in tertia columnæ transuersæ *n o*, areola; 25 po-

natus in quarta areola columnæ transuersæ *p q*, vt & 33 in columnæ *r s*, vt vides.

Porrò numeros in cornu inferiori Rhomboidis sic dispone. 48 & 49 in secundo & tertio transuersæ columnæ *a b* spacio ponantur; 62 & 63 in duabus columnæ sexto & septimo; 60 & 61 in oppositæ transuersæ columnæ *c d* areolis quarta & quinta locabis.

Cum numeris in sinistro cornu constituendis sic procede. 24 ponatur in area tertia columnæ *e f* vbi incipiendo; 32 in quarto spacio columnæ *p q*; 40 paritèr in quarto columnæ *r s*; 48 in decima columnæ *n o*; 56 in nono columnæ *l m*. atque hoc pacto habebis dispositum quadratum Sigilli Mercurij, quorum singulæ series quomodocunque sumptæ, semper dabunt 369, quæ si per 3, latus quadrati, multiplices, prodibit summa omnium numerorum 3321. Qui hanc dispositionem rectè confecerit, inueniet in omnibus mirabilem quandam, non confusam & casualem, sed summa proportione procedentem rationem, quam libenter hoc loco declararem, nisi artem combinatoriam singulas referuassem, vbi intra hæc dispositionis vtà ex imis Arithmeticæ & Geometriæ penetralibus ex professo demonstrabuntur.

§ VII.

Constructio Sigilli Lunæ, Mathematica, siue quadrati 81.



Con-

CONstructio Sigilli Lunæ fit ex 9 in 9 ductis, cuius summa 81, quadratum suppetit, cuius pro Sigillo Lunæ fabricam quærimus. Sic itaque operare. Fiat diagramma Rhomboidis figura, in quo 9 enneadicos ordines disponas per areolas ἰσογώνιος dispositas, vti ex antedictis apparet. Quo peracto nihil facilius erit, quàm singulos in quatuor cornibus descriptos numeros singulis suis correspondentibus vacuis spacijs interserere. Modum vti nullam prorsus difficultatem habet, ita paucis tantùm indicabo. Cùm singula cornua septem numeros habeant, quæ sunt capita columnarum partim rectarum, partim transuersarum; supremi & infimi cornu numeri eisdem columnas obtinent, quorum superiores caput columnarum, inferiores basin earundem obtinent; ita columna *D H* in capite 1 in basi 81 præfert; Numeri verò in cornu dextero & sinistro easdem columnas transuersales obtinent: Vnde transuersim instituenda est numerorum in quadratum *a b c d* translatio. Quibus declaratis, numeros suprem cornu *a D b* nullo negotio quadrato inferueris; si à prima vniuscuiusque columnæ deorsum decem areolas numeraueris; decima enim areola necessariò vacua illa erit, in quam numerus, quem frons columnæ præfert, translocandus est; v. g. si ab 1 intra columnam *D H* deorsum decem areolas numeraueris, decima erit illa areola, intra quam 1 ponendum erit; pari pacto cum cæteris numeris procedes. Numeri verò inferioris cornu pariter sursum computando decimam quamque intra appropriatas columnas areolam habebunt, numero, quem basis columnæ appropriatæ præfert, parata. Pari pacto numeri in cornu sinistro *a G c* in appropriatis columnis transuersis, decimam semper areolam inuenient, translocando numero, quem qualibet columnæ sinistræ pars præfert, capacem. Numeri quoque in dextro cornu *b E d* singuli intra suas columnas transuersas decimam cellulam præparatam inuenient, numero, quem dextra columnæ pars præfert, recipiendo. v. g. 73 locabitur in decima areola transuersæ columnæ *G E*, & 9 intra eandem columnam sinistrorsum, in qua ponatur, inuenient. Atque hoc pacto totum quadratum nullo prorsus negotio suis numeris repletum habebis, in quo numeri singularum columnarum, siue rectarum, siue transuersarum, siue diagonalium, additi semper 369 producent, quæ per 9 latus quadrati multiplicata, dant summam omnium numerorum 3321.

§ VIII.

De quadratis cubicis.

QVàm admiranda vis sub numeris lateat, id solùm peritiæ Arithmeticæ expertem latere posse existimo. Diximus in præcedentibus de Sigillis septem planetarum, quæ ex septem quadratis 9, 16, 25, 36, 49, 64, 81, quorum radices sequuntur. Vis latens in numeris.

1	5	♃	♂	☉	♀	☿	☽
□	9	16	25	36	49	64	81
8	3	4	5	6	7	8	9

Modò dicendum supereſt de cubicis quadratis, præſertim cùm nec Veteres, nec Moderni, arcanam huius, (quod ſciam) progreſſionis rationem ſubolfecerint: quod ſi ſciſſent, haud dubiè ſicuti ſeptem quadratos, ſeptem ſiderei Mundi corporibus, eorumque Genijs, ita hoſce cubicos quadratos ſeptem elementaris Mundi Claſſibus Genijſque præſidentibus dedicaſſent; ſed Oedipi officium & in hoc hucuſque fortaſſis incognito artificio eruendo exequamur.

Quid ſit cubicum quadratum.

Cubicum quadratum nihil aliud eſt, quàm progreſſionis Geometricæ ab vnitate ſub dupla proportione continuata numerorum ſeries tot terminorum, quot quadratus quiſpiam numerus vnitates habet. v. g. ſi quiſpiam deſideret conſtituere quadratum cubicum, quod quadrato 9 ex 3 in ſe ductis producto correſpondeat, ſic operetur. Ponantur ſub Geometrica progreſſione ab vnitate 9 termini, vt ſequitur.

Diſpoſitio numerorum.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	
T 1	2	4	8	16	32	64	128	256	V

Exemplum in numero impari.

Hos terminos eadem prorſus ratione quadrato *a b c d* inſeres, quam ſuprà paragrapho primo in quadrato nouenarij Saturni docuimus. Sed exemplum demus. Deſcribatur diagramma Rhomboidis, vt vides.

In qua datam Geometricam progreſſionem *T V* ordine collocabis, vt fig. ſignat: Deinde hoſce numeros eadem lege intra vacuas quadrati *a b c d* cellulas tranſpones, quà in quadrato 9 factum eſt: videlicet 1 intra oppoſitam cellulam quartam à prima 256 ſurſum verſus in oppoſitam quartam cellulam, 4 verò in quartam ſiniſtrorſum, & 64 in quartam cellulam dextrorſum progrediendo tranſpones, vt vides, habebiſque quadratum cubicum, in quo ſinguli ordines tranſuerſi, recti, diagonales, eundem numerum dabunt; hâc tamen differentiâ, quod vti numeri in quadratis præcedentibus additi eundem numerum efficiunt; ita ij hîc non addendi, ſed in ſe inuicem multiplicandi ſunt, vt eundem numerum habeas; hoc enim pacto ſingulorum ordinum numeri in ſe multiplicati, dabunt 4096, vt ſequitur.

8 256

8	256	2	8	4	128	2	8
4	16	64	256	16	1	64	16
128	1	32	2	64	32	256	32
4096	4096	4096	4096	4096	4096	4096	4096

Multiplicationis methodum oſtendamus in primo ordine: 8 multiplicabis per 4, & productum 32 multiplicabis per 128, & habebis 4096. haud ſecùs in alijs procedendum eſſe putes.

Quadratum cubicum.

8	256	2
4	16	64
128	1	32

Exemplum in numero pari.

Dedimus exemplum in numero impari, iam in pari quoque ſubiungemus exemplum. Si itaque quiſpiam in quadrato ex 4 in ſe ducto, hoc eſt ſexdecim cellularum, negotium attentare voluerit, is hoc pacto procedet. Numeri 16 ſub continuatæ Geometricæ progreſſionis duplæ proportionis ordine ponantur, vt vides.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
1	2	4	8	16	32	64	128	256	512	1024	2048

13	14	15	16
4096	8192	16384	32768.

Hoſce numeros eodem pacto inſcribes, quo ſuprà in ſecundo paragrapho factum eſt in confectione quadrati Iouis 16; hâc tamen differentiâ, quòd ſicuti ibi per ſexdecim numeros progreſſione naturali diſpoſitos progreſſus es, ita hoc loco numeros ſexdecim diſponas eo ordine, quem præcedens Geometrica progreſſio ſeruat.



Numerorum extra quadratum exiſtentium in quadratum *a b c d* tranſlationem, eo prorſus modo, quo in quadrati confectione fecimus, perages, & inuenies quòd ſinguli numerorum laterales ordines non additi, ſed vt in præcedente factum eſt, multiplicati in ſe inuicem, præſtent eundem prorſus numerum.

Mens Authoris ingeniosè vtinam magis ingenijs artifices hanc materiam.

Cætera quadrata cubica, ob ingentem numerorum molem, alijs maiori otio prædictis nonnullam quoque inuentionis materiam relicturi ex progreſſionibus emergentem conſultò omiſimus, nobis interim abſtruſi nego-

negotij portas aperuisse, alijsque viam monstrasse ad reliqua & innumera alia similia pari ausu & dexteritate repetenda sufficiat.

Atque hæc sunt, quæ de septem planetariorum Sigillorum constructione dicenda putauimus; plura sane & innumera alia de arcana numerorum dispositione producere poteramus, verùm nè præfixum nobis scopùm transilire videremur, ea omnia cum fusissimis demonstrationibus, alijs Operibus oportuniùs reseruare voluimus. Portò restat, vt iam, quænam, Veteres sub huiusmodi numerorum abdita digestione mysteria intulerint, videamus.

CAPVT VI.

De vsu, effectibus, mysterijsque, seu potiùs superstitionibus, quæ sub dictis Sigillis latere Veteres opinabantur, vnà cum eorum confutatione.

Sententia Antiquorum pactionum omnia quæ in Mundo sunt, esse producta iuxta numeros in mente Dei latentes.

COmmunis Veterum Philosophorum sensus fuit, species rerum se habere vt numeros, & iuxta numeros in mente Opificis latentes, Mundum, & omnia quæ in Mundo sunt, producta fuisse. Quemadmodum enim sub certis numerorum terminis mirę quædam proprietates potestatesque latent, quamuis confusæ & indefinitæ; ita mirabilem eos incredibilemque connexionem ad inuicem habere certum est, quas solus ille nouit, qui numerorum naturam probè nouit, quique per artificiosam dispositionem, translocationem, digestionem, atque combinationem eorum connectendorum singularem peritiam nactus fuerit. Pari pacto in rerũ natura innumeræ rerum species occurrunt quæ tametsi confusæ & indefinitæ videantur, omnes tamen mirâ quâdam concatenatione in vnam conspirant harmoniam, vt is solus reperiet, qui iuxta dictorũ numerorũ ideam dispositionem, rerum species aptè & peritè concinnare, & per combinationes analogas, has ad illas aliasq; adaptare nouerit. In hisce rebus mundialibus ritè concinnandis præ cęteris mirâ quâdam industriâ Ægyptios præditos fuisse, totum hoc opus passim ostendit, cùm singulos rerum naturalium gradus tùm ad Cœlestis, tùm ad Genialis Mundi gradus tam aptè assóciare nouerint, vt data qualibet sublunaris Mundi specie, statim & astrum, & Intelligentiam correspondentem assignârint; quibus inuestigatis fieri non posse sibi persuadebant, quin admirandos & prodigiosos in-

Vis numerorum sibi correspondentium iuxta Ægyptios.

rerum congrua applicatione effectus producerent. Putabant enim singulos numeros sibi correspondentes habere Genios in mundana œconomia, quos cùm in phalanges ineffabili quodam artificio coordinatos intuerentur, eos numeros ipsis naturaliter insitos, & in quos mirâ quâdam vehementiâ propenderent, simili artificio disponere studebant; quibus quidem nihil ad eos, veluti genuinis, eorumque custodiæ commissis rebus, attrahendos efficacius, nihil potentius esse sibi persuadebant. Verùm cùm nulla recoditorum naturæ mysteriorum tractatio, si veræ fidei lumen desit, sine næuo & dæmoniaci commercij commistione, rectè transigi pos-

Inuestigatio mysteriorum naturæ sine fidei lumine est mera superbia.

possit; hinc factum est, vt ij in enormium quoque superstitionum præcipitia deducti, animæ corporisque felicitatem, quam tam sollicitè quærebant, tam studiosè ambibant, abhumani generis hoste miserandum in modum illusi deiectique, perdiderint; atque in eandem abyssum omnes posteri, qui eorum vestigia sectantes, talibus illiciste vti sunt, lapsi sunt, potissimùm Arabes, qui præ omnibus hanc artem ab Ægyptijs hæreditatam, inter maxima mysteria collocatam ad cęteras Mundi nationes propagare contenderunt. Sed quid sibi per huiusmodi superstitiosas machinationes policeantur, videamus. Et quamuis hæc omnia in Cabala Saracenica iam fusè descripserimus; quia tamen multa ibi omisimus, hic ea denuò exponere visum fuit.

Arabes Ægyptiorum superstitiones ad posteros transmittunt.

Dictis itaque septem planetarum arithmaglcis Sigillis, septem præparant metallorum laminas dictis planetis appropriatas, in quibus congruo tempore & hora vbi dictas figuras inciderint, omnia se facere posse eorum ope stolidè sibi persuadent. Sed videamus phanatica deliramenta.

Sigillum Saturni.

Deliramenta Arabum de Sigillo Saturni.

Dicunt Arabes in Cabala Saracenica allegati, Sigillum hoc Saturni si quis dominante Saturno in plumbea lamina inciderit, opem ferre parturientibus, potentem hominem ac tutum ab hostibus reddere, atque integrationum præstare, vt à Principibus aliquid postulans nunquam repulsam patiatur; si verò incisio facta fuerit Saturno impotente, mortalium ædificijs, arborum plantationibus, omnibusque machinis impedimentum erit, de altissimo dignitatis gradu ad fortunam abiectam detrahere, rixasque & turbas, cum libitum fuerit, ita parare & nutrire, vt vel inimicos exercitus scindere & fugare possit. Hæc Abenpharagi. Ecce quomodo nihil sine Astrologica vanitate & iolanja in hisce nugamentis conficiatur. Abenmorgun Arabs alijs verbis vsum eius describit in tract. de Sigillis septem planetarum, vbi hæc habet in Arabico idiomate in Latinum translata: *Hæc figura fit die & hora Saturni; Saturno in domibus Libræ vel Aquarii constituto, scribatur in pergameno vel cupro, & fumetur cum alumine ex alla succida, & parturienti ad collum ligetur, sine parturiet felicissime. Si verò incidatur in plumbi lamina Saturno retrogrado & Luna decrescente, ex. poterit illam figuram in ædificio nouiter cepto; tunc illud ædificium nunquam perficietur, & vbicunque hæc figura ponitur in die & hora Saturni, ibi infelicissimi spiritus Saturni omnes rixas & perturbationes mouebunt. Saturnus habet 45 in numeris, & ponuntur tria per tria, tum in omnibus locis proueniet 15, oportet tamen omnia ad manum & situm esse, & oportet adscribere diei & horæ nomen, & Veri Angeli, planetæ, & characterem.* Sed quid tot obseruantiæ, tot stolidæ machinationes ad rem faciant, dispicere non possum. Manifestum igitur hic pactum latet cum eo, qui cùm totius nequitiæ Author sit, facile ad suæ voluntatis faciendos illusos huiusmodi machinatores, rebus petitis annuere solet. Figura sequitur.

Abenpharagi.

Abenmorgun.

Sed

Sed explicemus figuram. Ad Sigillum maioribus mysterijs insignien-dum, intra circulum trigonum depingunt æquilaterum, ad radicem quadrati ternariam indicandam. In segmentis, figuræ spectantur exoticæ. Characteres in primo segmento A B significant signum ♑, quæ est domus Saturni, suntque characteres ex magica Gymnosophistarum schola prosecti, vt suo loco docebitur. In secundo segmento E D C collocati characteres significant ♑ Capricorni signum. In tertio segmento F G H positi characteres indicant ♒ Aquarij signum. Intra trigonum ponuntur quatuor principalia spirituum Saturninorum nomina, *Beel, Cassiel, Michaël, Barchiel, Datquiel*; quorum naturam dicunt esse maleuolam & odiosam; reliqua nomina *Pechnocban* indicant diem Sabbati, *Iehoüin* horam 1. Saturni. Vides mysteria stolida, quibus naturalia numerorum mysteria obuelare conantur Magi, vt & nugamenta maiorem venerationem apud rerum imperitos nancisca̅tur. Si quis itaque huius farinæ Sigillum a quopiam portari viderit, is charitate Christiana monere eum tenebitur, de latente sub eo Sataniæ machinationis fraude ad animæ perniciem instituta; quare velis remisque fugiendum, imò mox igni tradendum. quod & de futuris Sigillis sentire debent omnes timoratæ conscientiæ homines. Sed procedamus ad secundi Sigilli vsum.

Sigillum Iouis.

Sigillum secundum Iouis est, in quo quot puncta, tot superstitiones sunt; de quo sic loquuntur supra citati Authores Arabes. *Iuppiter est fortuna, & Dominus sexti Cœli; vtimur illo ad bonum. Vide ergo quando est in aqua domuum suarum, aut in exaltatione sua, aut trinus, aut facie directus, & in ascendendo crescens lumine Lunæ crescente: tunc scribe tabellam tuæ; quam scriptam suffumiga eam ligno aloes & mastyche, & porta: lamina verò sit argentea, & suffumigabis eam aloe & ambra; & dum fit suffumigatio, dic adiurationem sequentem, & fiat die & hora Iouis.* Adiurationem, vtpote indignis rebus refertam, nè teneris mentibus scandalo simus, libens omitto. Putant autem

Superstitio Sigilli Iouis.

autem hoc amuletum portatum lucris & mercibus optatum exitum adferre, diuitias amplificare, hominum gratiam & amorem, præsertim mulierum hominibus conciliare, pacem ereptam ex sententia restituere, concordiam augere, placabiles inimicos efficere, honores, dignitates, & consilia confirmare. Hisce nugis se recreant illusa mortalium pectora.

Sed explicemus figuram, cui præsens Sigillum inclusum cernitur, quadrato circulo inscripto; in cuius segmentis characteres gymnosophistici indicant signa Zodiaci siue domus Iouis: in primo segmento positi characteres indicant signum ♐; in secundo ♐ Sagittarij; in tertio ♓ Piscium; in quarto habentur illa duo nomina, quæ indicant diem & horam Iouis, in qua amuletum conficiendum est; intra quadrati Sigillum ambientis segmenta ponuntur quatuor Angelorum Iouiorum nomina, quæ sunt *Satquiel, Raphiel, Pahamtotibel, Assefybel*, quos dicunt ad gaudium, hilaritatem, familiaritatem, & omnem benequolentiam propendere; quæ omnia nomina coruptissima sunt, & partim ex Hebræo, partim ex Arabico a maleferiatis hominibus, nec non supina ignorantia fœdatis extracta sunt. Et vt maiorem hoc Sigillum vim obtineat, in tergo amuleti apponunt aliud characteristicum, vt in figura apparet; de quo sic Abeumorgum: *Atque hoc signum magnum secretum inuuit, ex interpretantur eam hic verbis; Portator felix, benignus, honorandus, iustus, clemens, castus, pius, pax.* Sed relictis aliis innumeris vanitatibus, ad tertium Sigillum properemus.

Sigillum Martis.

Sigillum tertium Martis, eiusque vsum fabulosum ac superstitiosissimum sic describunt Arabes. Si quis figuram Martis ascendentis in ferrea lamina, vel in ense ipso inciderit, aiunt, quemlibet in pugna robustum, fortemque, & terribilem Aduersarij, ac victorem in præliq; in iudicijs præterea & petitionibus voti compotem reddi. Si verò descen-

Vsus fabulosus Sigilli Martis.

dente Marte iuueris, cubri lamina incidatur, reseruata, habe nouæ edificia remorari, & quos libuerit ex summo honorum, diuitiarum, ac dignitatum gradu præcipitare, discordias, seditiones, & odia insatiabiliter, & hominibus & bellum creare, aperq; columbas quo ni pisces fugare, venantium, belligerantiumque rem frustrare, eam brutis quam ytriusque sexus humanis insœcundos & steriles reddere, hostes obuios & terrore afficere, & ad honorem sibi deferendum compellere, & excenta alia effectuum monstra prodere. O hominum tot ac tantis insanijs se intricantium cœcitatem! si enim hasce vires obtineret Martis lamina, væ Monarchis, væ inimicitijs disidentibus, væ inuidiam iustinentibus, væ iustitiam rigorosam exercentibus. Certe contra hosce machinatores, nec Reges, nec Principes, nec Respublicas, aut vllum humani generis statum ampliùs securum fore, atque adeo Mundum iam dudum defecisse, certum foret.

Figuram Sigilli Martis sic adornant: In circulo describunt pentagonum, ad latus quadrati Martis, quod 5 est, inscribendum; & intra pentagonum, quadratum Martis, ynumeris suis digestum. In segmentis characteres signorum continentur, sub quibus lamina incidenda. Primi segmenti characteres indicant in Capricornum; secundi in Scorpionem; tertij, tertium in Scorpionem; quarti & quinti ♈ Arietis signum notant: in angulis vero pentagoni nomina Angelorum Martialium, quæ sunt *Panasfor, Ymarchiel, Samphel, Annabel*; nomina ex pacto conflata. Character in medio *Panasfor* & *Iebion* Martis est; *Iebion* primam diem & horam Martis indicat.

Sigillum Solis.

Sigillum Solis apparandi modus & vsus. Abenepharagi.

Solis Sigillum hoc apparabatur, artificio ab Arabibus, & verba cito Abenepharagi:) *Accipe 50. drachmas auri puri, & fac ex eo laminam rotundam, in qua insculpes tabulam Sigilli die 19. horæ Solis existentis in sua exaltatione, vel in propria gradu Arietis, 19. decimo nono gradu Arietis, scilicet ad finem mensis*

Nisan, quo facto, suffumigabis eam cum aloe, & da tabii ipsam cum aqua rosacea, in qua sint dissoluta musteus 19. camphoræ; deinde inuolues eam in panno serico croceo, 19. portes tecum. Reddet te bene fortunatum in omnibus rebus, & timebunt te omnes homines, & impetrabis à Regibus & Principibus quicquid voluerit profecto, vel per nuncium aliquem ad illos missum, 19. recuperabis amissa, & Deus ponet benedictionem in te, 19. in omnibus rebus tuis. Et in figura Solis, 19. in Sigillo eius quod à tergo scribi debet, est magnum secretum, 19. vocatur creator, lux, perfectus, potens, gloriosus, vita, virtus refulgens, magnus, & virtute lucens. Angeli autem Solis sunt, Anael & Raphael. Figura sequitur.

Hoc Sigillum Solis ita confiiunt: In circulo describunt primo hexagonum, & intra hexagonum (quod lateris seu radicis quadrati Solis index est) quadratum numericum; in segmentis verò circuli ponunt characteres signorum sub quibus operatio instituenda est; in primo, secundo, & tertio segmento characteres indicant ♈; in quarto, quinto, & sexto segmento characteres ♌ Leonis ponuntur: intra verò angulos ponuntur nomina Angelorum Solarium *Euphahel, Tharaibel, Hegeugitgete, Raphael*; quos purant ad omnem humanitatem, mutuumque amorem esse propensissimos: nomina Iebion indicant diem & horam Solis, quâ conficienda est lamina. Atque hæ sunt vanitates in hoc Sigillo obseruandæ, igni quàm luci Solari aptiores.

Sigillum Veneris.

Ratio confabendi Sigillum Veneris.

Veneris Sigillum ita conficiunt, teste citato Authore Arabe, (verba eius cito:) *Die 6. horæ Veneris accipe tres drachmas optimi argenti, vel aris albi, Venere existente in ♓, vel ♉, vel ♎ Libra dominos proprios, 19. fac sine aliquo malo aspectu, vel incursu, directa & augmentata in lumine; 19. fac laminam, in qua insculpes figuram Veneris... quo facto, suffumigabis eam cum ligno aloes, 19. ambra, 19. muschio; & inuolue eam in panno serico albo, & porta secum.*

cum. Et præmissa adiuratione (sine qua nihil efficias) omnium amicitiam sibi se conciliare posse, discordias collere, seditiones dirimere, sterilitatem auferre, maleficia soluere, greges & armenta fœcunda reddere, à bili atra homines ad vitæ hilaritatem reuocare, stolidè se posse existimant. Descendente verò Venere contrarios aiunt hanc effectus præstare. Vidimus nugas, iam Sigilli rationem consideremus.



Intra circulum primò heptagonum describunt, & intra heptagonum figuram quadrati Veneris; intra segmenta circuli characteres gymnosophisticos describunt, signi Zodiaci indices, quibus operatio oportunè insticienda; in primo, secundo, tertio, & quarto segmento ponuntur characteres Magici, signi ♎ Libræ indices; character in quinto ♓ Pisces indicat; in sexto, & septimo ponunt ♉ Taurum, signum exaltationis Veneris. intra heptagonum verò nomina Angelorum Venereorum collocant, qui sunt *Requiel, Saquiel, Arabel, Hamabel, Kalatin*; quos stolidè asserunt, ad gratas coniunctiones, voluptates, & amores propensissimos. Nomen *Iebion* indicat primum diem & horam primam Veneris, sub qua fanatica praxis suspicanda. A tergo verò Sigillum ponunt, quod suprà citatus Author dicit magnum arcanum, non nisi phantasticis Philosophis notum: eius significationem ait esse idem, ac Saror dulcis, pronocator coniunctionis, lætitiæ, amoris, & veræ dilectionis; si Dis placet credere.

Sigillum Mercurij.

Modus fabricandi Sigilli Mercurij.

Sigillum Mercurij ita confectant. Accipiunt quinque drachmas optimi & purissimi argenti, siue electri, die & hora Mercurij, ipso existente forti fortunato, & conficiunt laminam, fumigantque ipsam cum ligno aloës, charyophyllis, & mastyche: deinde insculpunt quadratum numericum Mercurij, & portant secum; aiunrque per eam quæcunque petierint, se obtenturos. Hanc ponunt in loco alicuius prædij, & putant om-

omnia illa bona multiplicatum iri. Eo si eam figurent in annulo, vel vitrea ampulla, die & hora Mercurij, primis septem lunationibus, & in quadrato Lunæ, & conseruent figuras positas lotas aquâ mundâ, & portata per triduum, quo non comedant nisi panem, cum melle, & vuis passis; & denuo dictam figuram insculpant in Agate grisea, & cum ligno aloës suffumigent; aiunt portantem ipsam omnibus gratiosum fieri, diuitias augere, memoriæ perditæ vim recuperare, mentis aciem illustrare, plenam diuinandi scientiam acquirere; verbo, innumera alia deliramenta circa vires huius amuleti proferunt, quæ æternis tenebris supprimere, quàm ea luci dare præstaret. Sed explicemus figuram eius.



Primò inscribunt in circulo octogonum lateris, seu radicis quadrati Mercurij numeribi, quod intra octogonum describunt: deindè octogono circumponunt characteres magicos, qui significant operationem in ♊ Geminis & ♍ Virgine: quæ sunt donus Mercurij, instituendam: postea intra octogonum quatuor Angelorum Mercurij alium hominem quocunque naturam benignam, ingeniosam, libenter alijs condescendentem pictum, vt vides, ponunt. *Iebion* primum diem & horam operis inchoandi indicat: huic à tergo aliud adiungunt magnarum, vt ipsi sibi imaginantur, virtutum, quorum characterum sensus hic est: Euocator, vox rationalis, & sapientis, acutus, & cuncta prophetizans.

Sigillum Lunæ.

Ratio conficiendi Sigillum Lunæ, & consequentia deliramenta.

Sigillum Lunæ sic conficiunt. (verba Arabum sunt.) *Accipe pergamenum Virgineum die ♀ hora Lunæ in augmento excellentis fortunæ, liberæ ab infortunijs; scribe hanc tabellam cum musco ♀ croco dissolutis cum aquæ rosaceæ, ♀ suffumiga cum semine cucumeris vel cucurbitæ, ♀ camphora; ♀ adiuratione peractâ plicatum pergamenum pone intra tubum argenteum, ♀ porta tecum: valet ad impetrandas res nobiles ♀ pretiosas; in itineribus quoque nullum mali-*

gno-

guorum occursum curabit. Verùm vide quæ de hisce pluribus dedimus in Cabala Saracenica, vbi & Arabica verba citauimus. Figuram hoc pacto describunt.



In circulo ponunt enneagonum, indicem lateris quadrati Lunæ; quod & intra enneagonum ponitur; in ambitu enneagoni magicos ponunt characteres, qui indicant signa Zodiaci, vel domos Lunæ, in qua, vt valorem suum fanaticum matutinumque obtineat, existat, necesse est. Intra enneagoni latera ponunt Angelorum Lunarium nomina, vt vides; & *Iebion*, quæ vox semper indicat diem & horam Lunæ, quâ operatio perficienda. A tergo ponunt aliud Sigillum magnum, vt arbitrantur, virtutis, cuius characteres hæc verba referunt: *Dominatorem, benignum, defensorem, & custodiæ*. Verùm vt Lector curiosus, quid exotici huiusmodi characteres velint, quid significent, facilius cognoscere possit, hic integram eorum nomenclaturam & interpretationem, ut anxius Lector in sequentibus (occurrent enim ij sæpe sæpius) hæsitet, apponere visum est. Hi characteres & Orientalibus & Occidentalibus communes sunt, ex segmentis circuli linearumque ductibus arcane formati, partimq; ex hieroglyphicis Ægyptiorum, partim ex gymnosophistarum Schola prodierunt, vt suo tempore & loco suis ostendemus: quibus naturam & proprietatem Planetarum, & duodecim signorum Zodiaci exprimebant, ac formale cum damone pactum, quod à primi eorundem inuentoris intentione dependet, includunt, suntque sequentes.

Cha-

Characteres duodecim Signorum.

Aries		Libra	
Taurus		Scorpio	
Gemini		Sagittarius	
Cancer		Capricornus	
Leo		Aquarius	
Virgo		Pisces	

Sequitur nomina eorundem Signi.

Aries	*Sataaran*	Libra	*Grafgarben*
Taurus	*Baedal*	Scorpio	*Rutbel*
Gemini	*Sagyra*	Sagittarius	*Vhmori*
Cancer	*Rabdar*	Capricornus	*Sagdalon*
Leo	*Sagbam*	Aquarius	*Aecher*
Virgo	*Iabadara*	Pisces	*Rasamara*

Nomina septem dierum.

Sathi	*Pegnachon*
Solis	*Hegeasgeget*
Lunæ	*Sebodrachon*
Martis	*Panasfior*
Mercurij	*Bermatae*
Iouis	*Bietemi*
Veneris	*Kakuerin*

Sequuntur nomina horarum dici, & prima incipit cum Ortu Solis.

Prima	*Febrol*	Septima	*Iocalos*
Secunda	*Geherin*	Octaua	*Iasom*
Tertia	*Ecbiul*	Nona	*Baromi*
Quarta	*Odgin*	Decima	*Rabon*
Quinta	*Elabel*	Vndecima	*Iebrin*
Sexta	*Calbar*	Duodecima	*Rachalon*

Hæc sunt nomina horarum noctis, quarum prima incipit cum Occasu Solis.

Prima	*Hanen*	Quarta	*Allabayr*
Secunda	*Labcgerin*	Quinta	*Camayfar*
Tertia	*Cabor*	Sexta	*Zaren*

Se-



Atque hæc sunt quæ de septem Planetarum Sigillis, occasione septem quadratorum numericorum, dicendo putaui; quæ haud dubiè Ægyptiorum dogmata olent, quæque Arabes Ægypto vicini tanquam sacrosancta, sua in phrontisteria receperunt, ab his Europæi, ita vt vix ex ijs, qui Astrologiam characteristicam profitentur, sint qui ea non sectentur. Inter cæteros verò ea ab inferis resuscitata, summo studio coluit Paracelsus impostor, qui fuse ea in suis archidoxis describit, vt proinde attonitus hæream, quâ ratione tandem fieri potuerit, vt homo philosophus animum suum tam insanis, indignis, stolidis, & nullam in natura fundamentum habentibus commentis addicere potuerit, ac voluerit. Verùm sic fit, dum rectæ fidei tramite relicto, petegrina & perniciosa dogmata sectantur, quibus imbibitis, nihil faciliùs est quàm in apertos Diaboli laqueos cum animæ iactura incidere. Hinc omnes curiosioris doctrinæ cupidos in huiusmodi vsurpandis cautos esse velim. Cùm enim pactum apertum, quemadmodum dixi, cum dæmone inuoluant, minimè ea licita esse sibi persuadeant, verùm à sancta Matre Ecclesia, tanquam ex Dæmonum officina profecta, iam dudum proscripta & eliminata fuisse sciant; cum tantarum virium, quas dicta ampleta obtinere retulimus, nulla causa naturalis, aut efficientia physica assignari possit: ac proinde effectus, si quidem nonnulli ex eorum applicatione consequuntur, aliunde non prouenire, nisi ex attractu, per pactum initum cum Dæmone, indubitanter credant. Neque causam horum effectuum supernaturalem esse puras, cùm Deus Opt. Max. vti & Angeli ad ea, quæ malum præcisè inuoluunt, cuiusmodi sunt passiones peruersæ, in honoribus & diuitijs comparandis ambitiosum studium, in amore mulierum conciliando vxcors

Astrologi quanti faciât cum Paracelso septem Sigilla.

In quibus semper latet crebr pactum cum Dæmone.

Nam Deus non concurrit ad ea quæ malum præcisè involuit.

cors pruritus, similibusque luxuriæ & libidinis irritamentis procurandis anxia cura; omnia denique, quæ ad tranquillitatem, pacemque publicam perturbandam, & ad innumera proximo mala inferenda assumuntur, concurrere nulla ratione possint. Vnde satis mirari non possum, aliquos qui Christiani & nomine & religione haberi volunt, stolidissimam hanc Mahumedanorum characterolatriam, vti Diabolicis fundamentis nixam, ita innumeris superstitionibus expositam, tam anxiè sectari, tam studiosè inquirere, tanti denique facere, vt eam sacris Christianorum amuletis multis parasangis anteponere non erubescant. Ex quo capite meritò in huiusmodi vsurpantes, tanquam in Idololatras, Magos, impios, indignos qui communi aura fruantur, igne animaduerteret solet Sancta Mater Ecclesia. Nec sufficit oculum hic natura, vim nescio quo prætextu obtrudere, cùm nulla Magica operatio, quantumuis horrenda & impia, assignari possit, quæ non vsus suum sacro occultioris naturæ velamine amiciat, tantò vtique periculosiori, quantò maiorem crucium, sacrorumque nominum suppellectilem exhibet. Cùm itaque complura huius sarinæ Sigilla vndique ad me tanquam ad interpretem nullo non tempore transmittantur, visum fuit, ea hoc loco peculiari indagine examinata, luci publicæ exponere, vt qui inciderint in huiusmodi impia machinamenta, ex cuius officina prodierint, cognoscerent, atque remis velisque tanquam apertam animæ corporisque imminentis naufragij Scyllam & charybdin fugerent. Non diffiteor quidem, sub recensitis numerorum dispositionibus admiranda proprietates latere, quæ tamen non tam ad quidpiam efficiendum, quàm ad mirabilem illum rerum naturalium ordinem, progressum, dispositionemque veluti occultâ quâdam analogiâ & similitudine, quam dictis numeris exhibent, ostendendum, à priscis assumptæ fuerunt. Est ars combinatiua rerum magnum in Vniuersi naturæ arcanum, ad quod quisquis pertigerit, is verè Angelicæ mentis particeps, meritò beatus censeri debet. Angelica siquidem substantiæ, vti perfectissimam huius artis combinatiuæ notitiam habent; ita mirandos quoque effectus eius ope illæ præstare, notius est, quàm dici debeat: dum enim actiua passiuis per rerum qualitatumque huiusmodi in diuersis entibus dispersarum continuam combinationem, applicant; quid aliud faciunt, nisi quòd numeros confusos in mirũ quendam atq; harmoniosum ordinem distribuant, ex quorum compositionibus, admirabiles deinde effectus producantur? Ad quam quidem perfectionem humani caducitas intellectus pertingere nequit, nisi per occultas quasdam similitudinum vmbras longâ rerum experientiâ notas; & vt meliùs dicam, singulari diuini influxus munere. Consistit autem hæc scientia in perfecta rerum omnium naturalium cognitione, qualitatum, proprietatumq; singularum notitia, in quantum Angeli intrinsecè, certò, & infallibiliter, cognoscunt, quæ sit singulorum ad inuicem proportio, connexio, & sympathia, quæ nam eorundem ad alia & alia dissensus, inimicitia, fuga, & ἀντιπάθεια; quibus iuxta numerorum formalium leges, aptè in vnum consociatis, miros effectus, imò prodigia nasci quis non videt? Non ex-

cipimus ab hac scientia Dæmones, cùm ij, quæ ad naturalem intellectus operationē pertinent, integrè omnia & perfectissimè possideant. Hinc Intelligentiæ huius scientiq; ope fretę, multa operantur, quę intellectui nostro mere occulta videntur, tametsi ea extra naturæ limites minimè sint constituta. Sicuti arcanioris Arithmeticæ impetitus, dum miras hoc loco numerorum propositas proprietates videt, tam insolentes effectus nullâ ratione peruadere potest. Solus ille, quem Deus hoc dono beatum esse voluit, clarè omnia prospicit, demonstrat, dispersos numeros in vnum mirâ dexteritate iungit, & ad horum exemplar, veluti ad quoddam Ariadnæ filum, in abdita arcanorum naturæ penetralia per latentium similitudinum vmbras introducitur. Verùm cùm de hoc miro arcano ex professo in Arte nostra combinatoria, si Deus vitam dederit, agere constituerimus, superuacaneum esse ratus sum ijs hoc loco diutiùs inhærere.

SECTIO III

De Geometria Hieroglyphica.

ADMODVM REVERENDO PATRI IN CHRISTO,

PATRI

IOANNI GANS SOC. IESV

Sacræ Theologiæ Doctori, Ecclesiastæ celeberrimo, & Sac. Cæs. Maiestatis à Confessionibus.

THEON τὸ κυλλοποιοῦν Platonis asserit. Est Geometria diuinæ mentis opus, quo omnia quæ Vniuersi ambitu continentur, numero exposuit, mensurâ definiuit, pondere librauit. DEI æmulus Diuini Verbi Præco, numero exponit omnia, dum vitæ eloquio ad diuinæ mentis similitudinem efformat homines; dum iisdem bene sanctèq; viuendi documenta præscribit, mensurâ definit; pondere denique librat, dum eos ad temperantiæ & iustitiæ semitas traducit. Cum itaque non sacrorum duntaxat eloquiorum, sed & totius Matheseos, Geometriæ potissimum arcanorum consultus sis; meritò hoc Tibi de Geometria hieroglyphica argumentum dicandum statui. Quod si Tuum dixerim, rectè dixerim: Tu enim, vt possem, succurristi; ne languerem, corroborasti; & vt id tandem prodiret, ea quâ apud Magnum Cæsarem pollet authoritate, ardenter sollicitasti. Sit itaque hoc meæ in Te voluntatis, gratiq; animi, veluti Cedro perennius monumentum. Vale.

SECTIO II.

PRÆFATIO.

Οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω, *Nemo Geometriæ ignarus ingrediatur*, Portis Gymnasij Platonici inscribebatur; qua Epigraphe quid sibi voluerit Plato; explicemus.

Scientia Geometrica ad cognitionem rerum insensibilium ducit.

PRISCORUM sicuti eorum Philosophi, sanioris naturæ duces, dum miras quasdam sub Geometrica quantitate proprietates annotantes, nescio quem naturæ in rerum productione ordinem intuerentur, hoc unicum sitegisse videntur, vt earum notitia freti, in sublimium rerum cognitionem deuenirent. Et cum omnia sensibus exposita, suis punctis, lineis, superficiebus, corporibus constare viderent, fieri non posse sibi persuadebant, quin Opifex omnium hisce præsides & exemplari quodam in primo Mundi conditu vsus fuisset. Fit ex motu puncti linea, ex linea in latum mota superficies, ex superficie in altum mota corpus. Quid hæc aliud denotant, nisi primæ & supramundanæ monadis in Mundum hunc sensibilem euolutionem? Aspexit hoc sanctus ille Plato, quando clamauit, ὁ θεὸς ἀεὶ ἀγεωμετρεῖ; miratus est Trismegistus, dum Deum Circulum, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam, pronunciauit; suspexit Pythagoras, dum Deum nunc Arithmeticum, nunc Musicum, nunc Geometrum asseruit. Secuti sunt hosce omnes posteri Philosophi doctrinæ eorum sectatores, qui totam veritatis dodrinam non in alia, quam in magnitudine, & multitudine comprehendi constanter asseruerunt. Hinc summus ille dictorum Philosophorum in Mathematicis amplexandis ardor & interitum studium, vt neminem magnum quandoque in Philosophia futurum putarent, qui rerum difficilium inquisitionem aliâ, præter quam Mathematicâ via aggressus fuisset. Et sane ita est: cum enim omnia, teste Paulo Apostolo, inuisibilia per ea quæ facta sunt, conspiciantur; necessario fatendum est, omnia illa quæ sensui obiiciuntur, visibilium rerum veluti quasdam imagines, adumbrationes, & caracteres quasdam reflexiones esse, quæ lucis primogeniæ, ex qua omnia, simulacrum nobis ob oculos ponant, & explicent. Cum verò ex sensibilium spectrorum phantasmatis prima sumamus inquisitionis nostræ fundamenta; via quo ad incerta, non nisi per præsumpta & certa esse possit; imagines, ex quarum transumptiua proportione incognita nobis & inuestigamus, dubiæ nemini esse debent, vti sunt plera, sensibilia, quæ in continua quadam inconstantia & mutabilitate, propter potentialem materiæ inscissam ipsis abundantem, agitantur. Hinc ijs potissimum sensibilibus, quæ ab omni turbante à materia, & natura sua firma sunt, & certitudinem habent euidentissimam, cuiusmodi Geometrica, singulari studio adhæserunt, & ad hæc veluti ad Lydium quendam lapidem, contemplationum suarum energiam explorare conati sunt. Et tales fuisse Ægyptios, sat superq; ex Geometricis figuris compacti, quos passim adducemus, hierogrammatismi demonstrabunt; hi enim vti primi literarum, Mathematumq; inuentores, ita & eorum freti notitiâ, maxima quæuis superiorum entium mysteria & sacramenta, vt paulò post videbitur, indicabant.

Trina dimensio significat supremæ Monadis in Mundum hunc euolutionem.

Philosophorū veterum in Mathematicis addiscendis ardor.

CA-

CAPVT I.

De Circulo, seu Sphæra hieroglyphica, vt est Imago Dei ex Monade in rerum omnium ambitus se euoluentis.

ARISTOTELES, cùm mirabilium & prodigiosorum effectuum causam, quæ circa vectem & libram cum magna omnium admiratione in mechanicis passim occurrunt, profundius scrutaretur, nullam aliam tandem inuenit, nisi stupendarum rerum maximè obstupescendum circulum. Nec immeritò: ex admiranda enim causa admirandos effectus procedere, rationi quàm maximè consentaneum est. Est autem circulus figura plana, vnâ tantùm lineâ contenta, quæ circumferentia nuncupatur, ad quam ab vno puncto, quod centrum vocant, omnes rectæ lineæ prodeuntes sunt æquales. In hac itaque figura maximè contrariorum existentia occurrit admiranda. Fit enim omnis circulus ex commoto & manente; vno quidem circini pede fixo stante, altero in peripheriam circumacto. Præterea maximè mirum est, lineam illam, quæ circuli orbem complectitur, Græcis σχοῖνον dictam, cùm omnis expers latitudinis sit, contrariorum quoque veluti admittere quandam conuenientiam, concauum scilicet, & conuxum; quæ quidem eo modo sunt contraria, quo etiam magnum & paruum; horum enim medium est æquale, illorum verò rectum: omne quippe quod magnum est, vt fiat paruum, vel quod paruum, vt fiat magnum, necesse est, vt perueniat ad æquale, priusquam ad extremum alterutrum perueneris: ita linea curua, antequam fiat concaua, debet fieri quasi recta; & conuexa, vt transeat ad conuexam & circularem, debet similiter prius esse quodammodo recta.

Miranda Circuli ex Aristotele in mechanicis quæst.

Circuli definitio.

Circuli proprietas mirabilis.

Veteres Circulo quoddam diuinum inesse putabant.

Trismegistus.

§. I.

Circulus apud Ægyptios in magna suis admiratione, & honore.

HAs mirabiles circuli qualitates ac virtutes Ægyptij minimè ignorasse videntur. Nam cùm rerum omnium in Mundi huius ambitu contentarum cyclicas quasdam veluti elucescentes *ενεργειας* intuerentur, supremum quoque illius Architecti, nescio quid sphæricum, tùm in seipso, tùm in operibus suis, quæ non nisi ad circuli exemplar facta, teste Plutarcho, sunt, affectantis spirales ideas cum summa admiratione contemplarentur; circulo diuinum quippiam inesse arbitrati sunt: adeo quidem, vt quandocunq; magnum quidpiam, mirabile, excellens, in quo nonnulla diuinitatis vestigia apparerent, indicare vellent, id apposito circulo seu sphæra demonstrarent. Inde Hermes ille verè Trismegistus diuinam naturam definiens, tanquam medium assumpsit circulum. Interrogatus enim, quid esset DEVS? Respondit, *Deus circulus est, seu sphæra intelligibilis, cuius centrum est vbique, circumferentia nusquam.* Cùm enim

Deus

Deus non sit corpus, neo etiam esse possit, eò quòd summè simplex sit, quia omne perfectissimum oportet esse simplicissimum; omnis compositionis expers, eò quòd posterius componentibus sit omne compositum; ideo ad differentiam sphæræ corporalis, dicit esse sphæram intelligibilem. Vnde per centrum, quod est quid minimum, & simplicissimum, circumferentiæ comparatum, diuinam simplicitatem intellige; sed per circumferentiam, quæ est maxima, immensitatem diuinam accipe. Est ergo prædictæ descriptionis sensus: Deus est circulus, seu sphæra; id est, principio carens & fine, multò magis quàm circulus siue sphæra materialis; vt sic notetur eius æternitas; intelligibilis, vt notetur eius immaterialitas; cuius centrum, id est, indiuisibilis essentia vbique tota est; sed circumferentia eius, id est, immensitas nusquam est, quia à loco comprehendi non potest. Deum quoque centro circuli comparamus, circa quod omnia sunt, & à quo vniuersa ordine certo in Orbem procedunt, donec integra rerum vniuersitas absoluatur. Vt enim centrum nec magnitudo est, nec circulus, nec orbis, sed omnium & circulorum, & orbium principium; pari mensura & Deus nihil eorum est, quæ sunt in Mundo, nec Mundus totus, sed totius tamen Mundi principium. Ad hoc ergo centrum omnis creaturarum summitas terminatur, perinde atque in circulo omnes portiones per formam pyramidis à circumferentia in centrum finiuntur. Atque ex hac Trismegisti doctrina accepit Pythagoras noster coremoniam illam, quam postea tradidit, nempe esse Deum circumactu corporis colendum *ορχησει σφαιρικῃ ἰδίῳ*. Quod etiam Numæ Pompilij institutum fuisse, Author est Pierius Val. lib. 39. præcipiebat enim, vt priusquàm aliquis Deum coleret, verteret se in Orbem, factoque circulo cultum Deo exhiberet, quia illum venerabantur, qui per circulum, figuram perfectam, erat significandus. Plinius apud Pierium, *In adorando*, inquit, *dextram ad ortum referimus, totumq; corpus circumagimus*:

Deus circulus eſt, & quomodo hoc intelligendum.

Deus centro circuli comparatur.

Pythagoræ dictum, Deũ circumactu corporis colendum, qui intelligendi.

Pierius Val.

Plinius.

Sed eò, vnde digressi sumus, redeamus. Circulum itaque Ægyptij inter cœteras Geometricas figuras in maxima semper veneratione habebant, tùm ob dictas causas, tùm quia hanc Vniuersi molem circulari figurâ insignitam videbant. Hanc enim ex omnibus cœlo maximè competere, neminem latet; quod quemadmodum capacissimum, simplicissimum, & perfectissimum esse oportebat; sic in eius conditu capacissimam, simplicissimam, & perfectissimam figuram sapientissimus Architectus elegit. Perfectissimum enim est, cùm sua omnia possideat, nec fieri possit, vt iacturam vel minimam patiatur. Simplicissimum, quoniam, vt sentiunt Platonici, non est, ex quo fiat, aut in quod resoluatur, alioquin generationem & corruptionem incurreret. Capacissimum, quoniam nihil extra seipsum relinquit, sed vniuersitatis complectitur. At huiusmodi sphæram esse, indubio est, quòd eandem ad cætera solida, quam ad sua plana circulus, habet comparationem. Primò quidem circuli figura est omnium sloperimetrarum capacissima; adhæc perfectissima, quòd nullum incrementum decrementumque suscipiat; quin & simplicissima, quòd vnâ duntaxat lineâ contineatur. Sic & sphæra figura est solida, vnâ superficie contenta, ad quam ab vno puncto centrali omnes rectæ lineæ ductæ sunt æquales. Ergo & sphæra capacissima est, quia pro termino circulum habet; est perfectissima, cùm non, sicut corpus angulosum, crescat vspiam, nec decrescat; quin & simplicissima, nam vnicâ superficie concluditur. Accedit ad hanc causam alia tantæ venerationis ratio, quòd per lineam rectam, circulumque prima, simplicissimaque fuit rerum tùm non existentium, tùm in naturæ latentium inuolucris, in lucem productio, repræsentatioque: sed circulus neque rectè, neque artificiosè sine puncto fieri potest; puncti itaque, monadisque ratione res & esse cœperunt primò, & quæ peripheria affectæ, quantæcunque fuerint, centralis puncti nullo modo carere possunt ministerio. His itaque demonstratis, restat, vt cur Ægyptij circulum & sphæram capitibus statuarum, vt ex plerisque Obeliscorum simulachris videre est, imposuerint, dicamus. Vix enim occurrit hieroglyphicum simulachrum, vbi non occurrat sphæricum aut circulare quidpiam; quæ tamen pro conditione adiectorum diuersas significationes habent. Globus, seu circulus capitibus simulachrorum impositus, semper aliquid diuinum, æternum, infinitum, figurat; seorsim verò positus vel Deum, vel Mundum, vel Cœlum indicat, vt in Obelisco Pamphilio fusè ostensum est, in Hierogrammatismo; sphæræ seu circuli, & in III. Tomo copiosè ostendetur. Verùm vt hæc omnia luculentiùs patefiant, paulò altiùs ordiri visum est, repetendo nonnulla ex Obelisco Pamphilio.

Consueuit antiquitas res hominum opinione religiosas & augustas studiosè venerari. Inter has maximè nobilis est circulus seu orbis quidam capiti aliquando circumscriptus, venerationis index, & Maiestatis quæ humanam exceederet. Hic passim Imperatoribus, quos Veteres supra fastigium mortalitatis elatos suspiciebant, Prouincijs Orbis Romani, Vrbibus primarijs, animalibus etiam Deorum circumpositus notatur. Et quod ad Augustos pertinet, extant numismata æneæ Antonini Pij & Constantij, quorum meminit Laurentius Pignorius vir antiquitatis peritissimus in mensæ Isiacæ expositione. *Hunc orbem*, ait, *Ægyptij in summo capite simulachrorum suorum locabant; quod & hic, & alibi licet notare: ab illis Romanos sumpsisse licet suspicari, & variasse habitum decoris ratione, quòd capiti, cui diuinum aliquid ineſſe putabant, eo situ corona apteretur; qui tamen ornatus in sequentium Principum moderatione, & tacito omnium consensu, Deo, & Sanctis eius, vt pleraque, in totum cessit, & antiquum diadematis nomen in hodiernum diem retinuit.* Hactenus Pignorius, cui fauent ea, quæ Pierius fol. 4. lib. 29. dicit. *Vnus circulus descriptus aut simpliciter, aut alteri cuipiam picturæ signo circumductus, nunc semper, nunc perpetuum & æternum, nunc omnia, quippe θεὸς, significabat Ægyptijs, nempe quòd in ea figura neque principium, neque finem inuenire sit; quod æternitatis est proprium.* Et paulò post: *Cuius etiam principij finis, nusquam comparentis ratione habitâ, Ægyptij Deum ex hieroglyphico circuli intelligebant.* Porphyrius apud Eusebium c. 3. de præp. Pilam ab Ægyptijs, Dijs attributam testatur, hisce verbis: *Pila, & rotunda omnia Mundo, præcipuè Soli & Lunæ attribuuntur; in circuli figuram aræ, templa*

Alia ratio cur Circulus in ſuſ honore apud Ægyptios.

Car Ægyptij capitibus Deorum circulares coronas ſeu orbes imponerent.

Laurentius Pignorius.

Pierius. Circulus quid notet apud varias nationes.

Porphyrius.

Brissonius.

plagâ figurabant. Persæ quoque, Brissonio teste, *Cùm Iouem Cœli Dominum dicerent, sacrificiâ illi facere putabant, vbi celsissimam speculam conscendissent, totumq; Cœli circulum nuncupassent*. Transijt idem mos ad Turcas: hinc ab alta quadam turri matutinales illæ conclamationes; *La Alla elle Alla &c.* quorum sensus est, Deum esse semper, futurumque semper: nec quicquam addunt aliud, nisi quòd suum etiam salutent Machometem. Saraceni quoque, & pleræque aliæ nationes, Deum circulum appellabant, atq; hinc sempiternum exprimi concludebant. Mogores quoq; Regem suum, quem veluti diuinis honoribus venerantur, depingunt radioso capite fulgentem.

Iuppiter Cæli Circulus.

Deus Circulus.

Ex hac Ægyptiorum consuetudine, Græcorum, & Romanorum consuetudo profluxisse videtur, Deos suos radioso circulo ornandi. Quæ omnia, infinita medalia & numi, quos apud Fuluium Vrsinum, Parutam, aliosque Antiquarios vides, monstrant. Nam Dijs omnibus radiorum coronam, seu fulgens quoddam lumen appingi quandoque solitum, suse à me in Apparatu Hieroglyphico dictum est; idque propriâ quâdam appellatione Nimbum vocabant, vt pluribus locis testatur Seruius. Neque verò quis putet, cæteris quidem Numinibus solidum tantummodò lumen & quasi continuum affingi consueuisse, Soli verò in radios dispertitum: nam & ijs hominibus, quibus diuinitas tribuebatur, dabantur radij in modum circuli. Lucianus de Dea Syria, Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνας φορέει. Et in Mysanthropo Iouem describit: Κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. Æthiopes quoque hanc consuetudinem habuisse testatur Heliodorus, qui lib. 9. Æthiop. hist. eleganter has radiorum circumpositiones describit: Πλέγματι, inquit, γὰρ τινι κυκλοτερεῖ τὴν κεφαλὴν περιθέντες, καὶ τούτῳ βέλη ἐγκαταπήξαντες, τὸ μὲν ἐπὶ τὰς πτέρυγας πρὸς τὴν κεφαλὴν περιθέντες, τὰς δὲ ἀκίδας ὡς ἀκτῖνας, εἰς τὸ ἔξω προβέβληνται. *Circulari inuolucro quodam caput ambientes, illudq; sagittis in orbem configentes, alatas quide partes ad caput conuertunt, cuspides verò ad instar radiorum extrorsum protendunt.* Quibus quidem nihil aliud indicare voluerunt, nisi ad Ægyptiorum mentem, diuinitatis latentis indicia. Hinc vix vllum simulachrum hominis, volucris, quadrupedis, & insecti, aut ex his compositum inter hieroglyphicas inscriptiones reperias, cui non hic circulus apponatur; latentis diuinitatis manifestum indicium: ac proinde proprium Ægyptiorum inuentum, vt in decursu Operis dicetur. His itaque iam propositis, circuli hieroglyphici arcana propiùs intueamur.

Quid radiosus Circulus circa capita Sanctorum. Fuluius Vrsinus. Paruta.

Nimbus quid Seruius.

Lucianus.

Heliodorus.

Diadema ex sagittis compactum.

§ II.

Quomodo Aegyptij per Circuli considerationem in diuinitatis maxima arcana deuenerint.

AEgyptij, curiosi quà diuinarum, quà naturalium rerum exploratores, ad circuli ideam omnia in Mundo condita primi acutè admodum & ingeniosè notarunt. Siue enim annuum tempus, siue elementa-

rium

rium motionum circuitus, siue Cœli, stellarumque orbitas, siue denique animam Mundi, ac supremum Numen considerabant, semper circularibus motionibus eorundem operationes mensurari comperiebant. Quin tamen supremum Numen omnia mouens necessariò immobile, infinitum, æternum esse, necesse est; quomodo paulatim omnia in Deo, & Deum in omnibus vnum esse, per Circuli proprietates innuerint, indicemus: innuit enim hoc Pherecides Ægyptiorum discipulus, qui in hymno Iouis sic de Deo canit:

Ægyptij notarunt omnia circulos affectare.

Ὁ Θεὸς δ' ἐστὶ κύκλος, τετράγωνος, καὶ δὲ τρίγωνος,
Κεῖνος δ' ὁ γραμμὴ, κέντρον, καὶ πάντα πρὸ πάντων.

Deus enim & circulus est, & quadratum, & triangulum,
Et linea, & centrum, & omnia omnium.

Pherecides vocat Deum Circulum, lineam, triangulum, quadratum, centrum, & omnia.

Quæritur igitur, quomodo Deus & circulus, quomodo & quadratum, & triangulum, quomodo linea, & punctum sit; & quomodo res adeo disparatæ & contrariæ, in Deo vnum esse, aut in diuinæ naturæ simplicitatem vlla humani intellectus comprehensione cadere possint? Respondeo, Veteres omnia illa ex circuli abstractiuè considerati natura didicisse: non enim putandum est, eos circulum sub physicis proprietatibus, sed secundùm analogiam quandam circuli Mathematici ad circulum illum, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam, considerasse. Nam cùm omnia quantitate quouis modo affecta, constent terminis; ea finita vt concipiamus, necesse est. Quòd si ea ad infinitæ essentiæ rationes sustollere voluerimus, fieri non poterit vt ea imaginemur, nisi in quantum infinitis rationibus, potestatibusque affecta sunt, vt rectè Cusanus docet. Hoc autem vt perspicuum fiat, sequentes tres propositiones explicandas duxi.

Quo sensu verum sit, Deum esse & Circulum, quadratum, triangulum, punctum & lineam.

Circulus abstractè consideratus, & ad rationem infiniti eleuatus, est & linea, & triangulum, & quadratum, & punctum.

PROPOSITIO I.

Si Circuli semper maiores & maiores, quorum singuli lineam rectam in eodem puncto tangant, ducantur in infinitum; erit maximus & vltimus circulorum, quo maior esse non potest, necessariò infinitus, & idem linea recta infinita.



DVcta linea recta ST, ad eius medium punctum V ducantur ex diuersis centris circuli $avo, bun, cum, dul, euk, fus, gu, \&$ bu. Certum est, quantò circuli minorem angulum cum ST linea ad V constituerint, tantò futuros maiores; quantò maiorem, tantò minores, vt colligitur ex demonstratis à Clau. in elementis Euclidis lib. 3. propos. 16. quòd si iam circulus describeretur tam magnus, vt non amplius angulum contactus constitueret, sed cum ipsa linea recta ST coincideret; dico hunc circulum necessariò futurum infinitum, & quo maior dari non possit. Quoniam enim centra dictorum circulorum à puncto V tantò remotiora sunt, quantò circuli obtusiores, & lineæ rectæ ST proximiores; erit necessariò centrum, mox vbi circulus cum recta linea inciderit, ab V puncto in finitè remotum: cùm verò semidiameter infinita necessariò supponat circumferentiam infinitam; sequitur circulum cum linea ST coincidentem, necessariò infinitum fore; quod erat probandum; tametsi nullâ temporis quantitate operando ad hoc negotium pertingere humana industria queat.

Corollarium.

Deus modo explicato adæquate comprehendit.

HInc patet, quomodo non solùm Veteres, verùm & moderni Theologi in Deo contradictoria, dum eum subinde ens & non ens, lumen & tenebras, intellectum & non intellectum, &c. 8. Dionysium secuti, dixerunt, posuisse visi sunt: siquidem circulus maximus, quo maior dari non potest, hoc modo consideratus, circulus & non circulus est, cuius æquè & rectus est, circumferentia infinita simul, & linea infinita est; necessariò itaque, quæ videntur, contradictoria inuolait; quæ omnia Deo soli congruunt. Quæ quidem omnia fusiùs declarabuntur, vbi priùs alia huc respicientia exposuerimus.

PROPOSITIO II.

SI in circulo finito linea contro adhæa à quopiam puncto circumferentiæ ad oppositum percurrat, augebitur continuo in infinitum angulus, quem dicta linea cum diametro ad centrum describit; ita vt diametri, cum qua linea currens incidit, angulus prorsùs infinitus sit; in circulo verò infinito non quanto, & circumferentiam, & semidiametrum, & angulum prorsùs idem esse necessarium est.

Describatur circulus $agee$, cuius diameter sit ac; ducatur ex centro b linea, quæ circumferentiam percurrat, & in punctis $d e f g$, angulos abd, abe, abf, abg, faciat. Dico tantò angulos futuros obtusiores & maiores, quantò à puncto a decursus lineæ bd fuerit remotior; ac proinde vbi cum diametro ac coincident, ibi angulum infi-

nitum fieri. Quoniam enim angulus infinitus est, quo maior dari non potest, & antequam linea gyrans incidit in diametrum, semper maiores & maiores anguli in infinitum percontinuam sectionem dari possunt; consequens est, diametrum ac recto infinite angulo vim obtinere, cum omnes possibiles & intra semicirculum imaginabiles angulos implicet; quòd erat primum. Sit iam ag dimidius infinitus; quo maior dari non possit; Dico diametrum & circumferentiam & angulum in vnum coincidere, atque adeo omnia infinitæ esse: tametsi enim diameter sit nostro concipiendi modo (quo finitis & terminatis rebus tantùm concipiendis assueti sumus) linea recta, & circumferentia sit linea curua, & angulus sit duarum linearum ad se inuicem inclinantium quantitas; nihilominùs hæc in non quantis & infinitis omninò esse necesse est: nam cùm circumferentia in infinitis summa rectitudo sit; necessariò sequitur, & circumferentiam, & diametrum esse prorsùs idem. Iterum si b remanente immobili, ag circumducatur, quousque pertingat ad locum oppositum eg; semicirculus necessariò emergens & si remanente ac diametro immobili, circa ipsam circumducatur semiciculus; nascetur sphæra; & ipsa est vltimum de potentia lineæ, totaliter existens in actu, quoniam sphæra non est in potentia ad aliquam figuram vlteriorem. Si itaque in potentia lineæ finitæ sunt istæ figuræ, & lineæ infinita est omnia actu; ad quæ finita est in potentia; sequitur, circulum infinitum esse triangulum, & sphæram, & diametrum, & angulum, & omnia pariter vnum; quod erat secundum. Et vti hæc omnia in quantis differunt, vtpote quæ ad se inuicem nullam habeant proportionem; ita imaginatiua, quæ genus sensibilium non transcendit, minimè quoque ista concipere potest, sed hoc solus intellectus abstrahentis opus est, vt ex sequentibus patebit.

PROPOSITIO III.

In infinitis linea recta triangulus, & triangulus circularis est.

NOtum est ex Geometricis, omne triangulum quantum habere tres angulos æquales duobus rectis; & ideo quantò vnus angulus fuerit maior, tantò duo reliqui erunt minores. Et tametsi angulus vnusquisque possit augeri vsque ad duos rectos exclusiuè; ponamus tamen angulum obtusum in tantum augeri, vt duos rectos comprehendat triangulo permanente; consequens tuno est, vnum angulum simplicem tres angulos complicare, & tres vnum. Patet quoque, hoc pacto consideratum triangulum, imeram lineam esse. Quoniam enim singula duo latera trianguli quanti simul iuncta, tanto tertio sunt longiora, quanto angulus, quem efficiunt, est duobus rectis minor, vt angulus bac, quia duobus rectis multò est minor, hinc lineæ ba & ac simul iunctæ multò longiores sunt bc; ergo quantò angulus ille maior

fue-

fuerit. vt b d e, tanto superficies minor erit. Quare si per positionem angulus valeret duos rectos, totus triangulus necessario in lineam resolueretur simplicem. Vide hanc positionem quæ in quantis impossibilis est, patet in non quantis locum solummodo habere, adeoque lineam infinitam necessario triangulum esse.

Quod autem hæc linea & triangulus, & vna circulus sit, ostendamus. Sit itaque triangulus ex suppositione a b c, infinitus; percurratque b a linea à puncto b recessa ad punctum b; necessario inde producetur circulus maximus infinitus, cuius portio est b; & quoniam illa portio est arcus infinitus, illa ex prædemonstratis necessario erit linea recta, vt est b e; & quoniam omnis pars circumferentiæ infinitæ est infinita, erit ergo portio illa b h vnum minor tota circumferentia infinita, sequè adeo portio illa cum infinito circumferentiæ illius ambitu æquabitur. Necessario quoque consequetur, triangulum a b c circulum esse maximum seu infinitum: & quia eius circumferentia, vt in præcedentibus expositum fuit, est linea recta, linea quoque recta erit b h arcus seu portio circuli infiniti, & circumferentia non erit maior b h linea infinita; cum infinitum infinito maius esse non possit; nec sunt duæ lineæ, quia vt duo infinita sint, fieri non potest: quare linea infinita, quæ est triangulus, ea simul & circulus est. Atque hoc est, quod supra Pherecides dicebat, Deum esse circulum, & lineam, & triangulum, & omnia omnium; quod quomodo Deo applicandum, iam videamus.

§. III.

Quomodo Deum omnia in omnibus, & omnia in ipso esse ex dictis colligi possit.

Ex hoc itaque, quòd infinita linea omnia actu, quæ finita linea in potentia, complicat, colligimus, quomodo maximum simpliciter sit actu omnia illa, quæ in potentia sunt simplicitatis absolutæ. Quicquid enim possibile est, hoc ipsum est maximum absolutè & simpliciter, non vt ex possibili est, sed vt maximè est; sicuti ex linea infinita triangulus educitur, & tamen infinita linea non est triangulus, in quantum ex finita lineæ constituitur, sed actu est triangulus infinitus, quia idem est cum linea, cùm ipsa possibilitas absoluta aliud in maximo non sit, quàm ipsum maximum actu, sicuti linea infinita est actu circulus. Sed aliter se res habet in non maximo; nam ibi potentia non est actus, sicuti finita linea non est triangulus. Cùm itaque in maximo illo omnia complicentur actu, necessariò inde resultant contradictoria & oppositiones, vt quòd in Deo

Maximum simpliciter est actu omnia quæ in potentia sunt.

In maximo simpliciter resultant contradictoria.

Deo maximum & minimum coincidant. Nam vt recè magnus ille Dionysius in mystica sua theologia asserit: *Deus* (qui est hoc ipsum maximum) *non aliud quidem est, ex aliud non est: neque alicubi est, & alicubi non: manet sicuti is omnia est, ita nihil omnium: est autem super omnem positionem perfectus, & singularis causa omnium, & supra ablationem omnium est ex excellentia illius, quæ simpliciter absolutus est ab omnibus, ex vltra omnia est.* Hinc Hebræorum Theologi, vt in Cabala expositum fuit, Deum Ens, & non Ens dicunt, Dionysio consentientes. Hinc Ægyptii per lucem & tenebras seu caliginem Deum æquè definiebant.

Dionys. Areop.

Quemadmodum igitur infinita circuitus, infinita rectitudo est; sic Deo est omnia in omnibus. Dei essentia, peripheria simul & rectitudo est, nullis terminis conclusa; omnium quippe essentiarum essentia est simplicissima. Et sicuti omnes rerum essentiæ, quæ vnquam fuerunt, erunt, aut sunt, actu semper & ab æterno sunt in ipsa essentia; ita omnes essentiæ sunt ipsa essentia; & sicuti omnium essentia, ita tam quælibet, quàm omnes. Ad quod Parmenides haud dubiè alluit, dum dixit, *quodlibet in quolibet*; tametsi lumine fidei destitutus, ex tam alto mysterio sese extricare non potuerit. Sicuti denique linea infinita omnium adæquatissima mensura est; ita omnium essentiarum essentia maxima, in qua maximum & minimum ad æquate conjiciuntur, ita vt illa non sit maior minimo, nec minor maximo. Cùm enim vnus pes in linea infinita non sit maior duobus, imò quælibet infiniti pars sit infinita; necessarium est, vnum pedem cum pluribus coincidere. Sicuti præterea linea finita est divisibilis, ita infinita linea indivisibilis est, cùm infinitum nullas partes admittat, in quas secari possit, neque in ea maximum cum minimo incidit. Sed cùm linea finita in infinitum divisibilis sit, nec assignari possit pars adeo minima, quâ minor dari non possit; impossibile est, eam in non lineam dividi; hæc enim proprietas tantùm cadit in lineam infinitam, vnde & hæc est ratio lineæ finitæ. Pari pacto maximum omnium, omnium est ratio; ratio autem, teste Aristotele, est mensura. Sicuti igitur linea infinita ratio est lineæ finitæ perpetua & immutabilis, ita & ratio omnium rerum, qui est Deus benedictus, sempiterna est, & nulli mutationi instabilitatique obnoxia.

Linea infinita est omnium adæquatissima figura.

Aristotel.

Atque hinc patet, cur Veteres rationem rerum æternam senserint; est enim, teste Platone apud Chalcidium in Phædone, vnum rerum exemplar & idea absoluta, quæ in multitudinem diffusa pluta pariat exemplaria. Cùm itaque infinita linea ratio sit omnium linearum finitarum; consequens est, illam ita esse in quibusdam, vt in nullis, & quamlibet finitam in illa haud secus, vt Deus in omnibus, & in nullo, omnia tamen in ipso.

Deus in omnibus & omnia in ipso.

Hoc pacto progredieris ad reliquas infinitæ lineæ proprietates, quam non ita vnam esse dicimus, vt non sit trina pariter. Diximus enim suprà, maximam lineam esse triangulum: & quia linea est simplicissima, erit & trinum, quod in eo consideratur, simplicissimum: & cùm totus triangulus sit linea, erit & omnis angulus in eo linea. Est ergo linea infinita trina. Cùm autem impossibile sit, vt plura sint infinita; trinitatem hanc,

vni-

vnitatem esse necesse est. Neque in hoc triangulo, quemadmodum in quantitate finita, angulus vnus maior reliquis, nec duo maiores tertio; sed erant maximi, & infiniti, & vnus in alio, & omnes tres vnum maximum. Sicuti igitur linea maxima non magis est linea quàm triangulus, circulus, aut sphæra, sed reuera illa omnia est absque compositione; ita pariter maximum simpliciter si consideretur vt linea, per eam apte intelligi potest essentia; si vt triangulus, ipsa trinitas est; si verò vt circulus, vnitas dici potest; vt denique sphæra recte actualis dici potest existentia. Est ergo maximum essentia, trinitas, vnitas actu existens; nec aliud est essentia, quàm trinitas; nec aliud trinitas, quàm vnitas; nec aliud actualitas, quàm vnitas, trinitas, & essentia. Atque ex hoc paradoxo facile liquet, quomodo Sanctissima Trias in omnia concipienda sit. Nam vt recte D. Augustinus ait: *Deus incipit numerare in diuinis trinitatem iam existentem*, qui autem trinitatem distinguit ab essentia seu vnitate, is errorem hæreticum manifestum. Sicuti enim simplicissima linea est triangulus, ita triangulus est vnitas finearis; neque anguli per vnum, duo, tria, vbi quidlibet in quolibet est, nu mero ri conuenit, eum distinctio & indistinctio antecedenter in principio suo simplicissimo vnum sint, sed vnitrinum, seu trinum diuinæ rei, sine vnitas, sine trinitas, & hæc est veritas. Neque hic quaternarius, quinarius &c. locum habent, repugnaret enim hoc simplicitati & perfectioni omnium maximi. Cùm enim omnis figura polygona pro simplicissimo elemento habeat triangulum, inde adeo hæc omnium polygonarum minima, qui minor dari non possit, minimumque cum maximo coincidat, adeoque illa eo modo se habeat ad reliquas figuras, sicuti vnitas ad numeros; sic, vt sicuti omnis numerus resolutus in vnitatem, ita polygonæ in triangulum. maximus igitur triangulus, cum quo minimus coincidit, omnes figuras polygonas complectitur. Quadrangula verò figura non est minima, vt patet, sed vna linea superat triangularem: hinc implicat contradictionem, quadrangulum maximum esse: cùm enim triangulares figuras semper excedat, earum ad æquatissimam figuram concipi nulla ratione potest. Cum itaque suprà ostenderimus, lineam infinitam & triangulum, & circulum, & sphæram vna complicare, non quadratum, non polygonum, aliamue ex similibus hasce figuras; consequens est, vt hasce solas elementares figuras ad inuicè infinitas & improportionabiles, omnes cæteras, quæ animo concipi possunt, figuras complicare dicamus, vt si quis concipere velit omnium quantitatum mensurabilium mensuras, is primò pro longitudine necesse est vt habeat lineam infinitam, pro latitudine seu superficie, triangulum maximum simplicicer, & pro profunditate siue corporum soliditate sphæram; atque præter has quatuor, nullis alijs ad omnium mensurabilium multitudinem quidpiam pertingere potest. Cùm verò plura maxima seu infinita esse non possint, hinc ipsum vnicum maximum, omnium quantorum simplicissima & absolutissima mensura est. Atque hoc est triangulum illud summum, æternum, & incommutabile, omnium triniter subsistentium metrum adæquatissimum, cuiusmodi sunt operationes, actiones in potentia,

Quomodo Trinitas sit complicatiua.

Maximus triangulus, & quo minor dari non potest, omnes figuras polygonas complectitur.

tia, obiecto, actu triniter subsistentes; similiter visiones, intellectiones, volitiones, similitudines, dissimilitudines, pulchritudines, proportiones, correlationes, appetitus naturales, & cætera omnia, quorum essendi vnitas consistit in pluralitate, cuiusmodi sunt esse, & operatio naturæ consistens in correlatione agentis & patientis.

§ IV.

Circulus demonstrat, quomodo in Deo omnia identificentur; & sphæra actualem eius existentiam in omnibus.

CVm ex dictis constet, triangulum esse circulum, & trinitatem esse vnitatem; erit hæc vnitas haud dubie infinita, quemadmodum circulus infinitus est: cùm verò plura infinita esse non possint, erit vnitas in qua triangulum & circulus identificatur, omni vnitate omni intellectu in infinitum comprehensibili, vnior; eritque tanta eius identitas, vt omnes etiam relatiuas oppositiones antecedat; ibi enim aliud & diuersum identitati non opponuntur: quare cùm sit infinita vnitas, consequenter omnia quæ ei quouis modo conuenire possunt, sunt ipsum absque diuersitate & alteritate; ita vt non aliud sit bonitas eius, & aliud sapientia eius, non aliud misericordia, aliud iustitia, sed in vnitate hac infinita vnum prorsùs & idem sunt; cùm omnis à nobis apprehensa diuersitas in ipso sit identitas. ita in durationis diuinæ vnitate præteritum & futurum non differt, & futurum non est aliud à præsenti, sed vna sunt duratio & æternitas, in qua principium est finis, & finis principium. Quæ omnia in circulo illo infinito pulchrè elucescunt: quoniam enim huiusmodi circulus est maximus, erit & diameter eius maxima; & quoniam plura maxima esse non possunt, erit in tantum circulus ille vnus, in quantum diameter eius ipsa est circumferentia; cùm verò diameter infinita infinitum habeat medium, medium verò centrum sit, necessariò sequitur diametrum, circumferentiam, & centrum idem esse. Atque hic est circulus ille Hermeticus, de quo sæpiùs in toto Opere disseruimus, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam. Maximum itaque perfectissimè est intra omne simplex & indiuisibile, quia centrum est infinitum & vbique; item extra omnia, omnia ambit, quia circumferentia est infinita; pariter omnia penetrat, quia diameter est infinita; est & principium omnium, quia centrum; finis omnium, quia circumferentia; medium omnium, quia diameter. Est præterea causa efficiens, quia centrum; formalis, quia diameter; finalis, quia circumferentia. Dat iterum esse omnibus, quia centrum; gubernat omnia, quia diameter; conseruat omnia, quia circumferentia. Vides igitur quomodo maximum cum nullo sit idem, neque diuersum; & quomodo omnia in ipso, ex ipso, & per ipsum; quia centrum, diameter & circumferentia. Patet quoque, quomodo omnia Dei attributa in Deo in perfecta vnitate identificentur: item quomodo Deus omnium etiam con-

In vnitate infinita omnia attributa Dei non sunt diuersa.

Quàm sit Circulus Hermeticus.

Maximum est omnia.

contradictionum sit complicatio. Colligitur denique quomodo omnia, siue futura, siue non futura, siue possibilia, siue impossibilia, in diuinæ prouidentiæ abysso lateant; quæ enim scit, non ea ratione temporum differentia, quia non cognoscit futura vt futura, nec præterita vt præterita, sed vt æterna; & mutabilia immutabiliter. Atq; hoc est fatum illud, quod tantopere nullos non Philosophorum torsit; omnia siquidem ad ipsam prouidentiam relata, necessitatem habere dicuntur; & meritò, quia omnia in Deo sunt Deus, quæ est necessitas absoluta: v. g. cras itinerari possum, vel non itinerari; quodcunque fecero, prouidentiam non euadam, cum illa contraria complicet; vnde quicquid fecero, secundum Dei prouidentiam fecero. Porrò sicuti in sphæra infinità, ex præcedentibus, centrum, circumferentia, & soliditas vnum sunt; ita in maximo simpliciter omnia vnum sunt; est enim centrum seu principium, medium, & finis omnium: & sicuti sphæra est actus trianguli, & circuli; ita maximum omnium actus est; quare omnis actualis existentia ab ipso habet quicquid actualitatis existit, & omnis existentia pro tanto existit actu, in quantum ex ipso infinito actu est: & sine Maximum est forma formarum, & forma essendi, siue maxima actualis entitas; quod nec latuit Parmenidem, qui Deum definiens ait *Deum esse, cui esse quodlibet, quod est, ea esse omnia id quod est.* Sicuti deinde sphæra maxima est omnium figurarum perfectio, ita maximum est omnium perfectissimorum perfectissimum, in quo curuitas est rectitudo, compositio simplicitas, & diuersitas identitas, & alteritas vnitas; in quo imperfectio est infinita perfectio, & possibilitas infinitus actus, omnium in Vniuerso existentium vnica & simplicissima mensura (neque enim in eo totum maius parte est, sicuti sphæra infinita, linea infinita maior non est) omnium circulationum, motuum, totius Vniuersi absolutissima ratio, mensura & metrum; vnde non immeritò a Trismegisto Deus vniuersitas rerum definitur: & cum sic entitas omnium esse, & omnis motus ad esse; ergo quies motus est ipse qui est finis motus; omnia igitur ab ipso & ad ipsum rendunt. Quæ quidem omnia diuinæ essentiæ arcana Ægypti apposite exhibuerant per globum alatum serpente secum, sceptrumque rectilineum tribus nodis insigne, vt in tabula Bembina videre est, & hic patet. Per globum, infinitum, æternum, immensum; per alas, motum quo omnia penetrat; per serpentem, vitam omnium; per sceptrum rectilineum, omnia in illo, curuum, rectum, magnum, parvum &c. vnum esse; per tres nodos, vnitatem, æqualitatem, & connexionem; item principium, medium, & finem omnium innuebant.

Fatum quid sit, & quodnam sit.

In maximo simpliciter omnia sunt vnum.

Trismegistus.

Hieroglyphica figura ex. hibens diuinæ essentiæ arcana.

CA-

CAPVT II.

De Circulo, deque cæterisque angularibus figuris, & quomodo ea ad sensibilis Mundi arcana indicanda adhibuerint Ægyptij.

IN præcedentibus circulum & triangulum vt infinita, & vt diuinitatis immensæ symbola consideraiimus; modò eadem vt finita contemplemur, & quomodo ijs sensibilis Mundi arcana expresserint, indicemus.

Si quispiam circulum depingere voluerit, is primò centrum designat, deinde circiai apeturà lineam seu semidiametrum constituit, denique ex recta curuam describit lineam, qui circulus est. In ideali circulo idem contingere inuenies. Nam ineffabilis ille circulus, & omnium nominibus nominabilis, ita se habet, vt centrum contineat ex quo linea, ex vtroque autem circumferentia existit. Sed quoniam circulus huiusmodi infinitus est, centrum, linea, & circumferentia ipsa vt sine æqualia, vti suprà diximus, necesse est. Vnde cum infinitas illa nihil aliud sit, quàm æternitas, & summa æqualitas, certum est, punctum non prius esse posse, quàm lineam, & lineam prius quàm circumferentiam, sed ab æterno simul & centrum, & linea, & circumferentia fuerunt; ita vt linea, punctum, & circumferentia, puncti & lineæ sit explicatio; atque adeo punctum hoc in æternitate se habeat per modum generantis, seu explicantis de virtute sua complicante genitam consubstantialem lineam; & centrum cum linea se habeat per modum ab æterno explicantis ac natum seu circumferentiam, ita vt paternum principium in diuinis se habeat per modum centri, linea per modum principij a principio, & dicitas æqualitas, & circumferentia per modum vnionis seu nexus. Quòd si verò noueris quomodo circulus supra lineam rectam infinitam, quæ æternitas est, reuolutus eam non tangat in puncto, apprehendes quomodo in vno *Nunc* seu instanti æternitatis omnes temporum reuolutiones, siue magnæ, siue paruæ sint, subsistant, & quomodo æternitas est ipsa subsistentia temporis, metrum quoque & mensura omnis durationis. Videbis quoque falsum esse, reuolutiones sphærarum fuisse ab æterno, cum infinitas periodicarum reuolutionum numero minimè competere possit: si enim numetare possemus decem reuolutiones præteritas, centum, & mille, imò omnes; si quis dixerit, non omnes numerabiles esse, sed præcessisse infinitas, dixeritque vnam futuram reuolutionem sequenti anno, necessariò sequitur eas esse infinitas vt vnum; quid quàm absurdum sit, quis non videt. Præterea Creator duo fecisse videtur, scilicet propè nihil, & punctum: inter enim punctum & nihil, non est medium: adeo enim propè nihil est punctum, vt si punctum puncto addideris, non plus resultet, quàm si nihil nihilo iunxeris. Deinde fecit vnum, & punctum cum vno coniunxit, vt sit vnum punctum; atque in hoc vno puncto totius Vniuersi latet complicatio. Vniuersum igitur sic eductum concipitur de illo vno puncto, sicuti de vno puncto educeretur vna linea, vt de illa conficiatur trigonus, aut tetragonus.

Circuli idealis infiniti est circulo Mathematico analogia.

nus. Vltimum autem, idque perfectissimum, simplicissimum, atque Creatori simillimum, circulus est. Atque in triangulo quidem, qui fit ex tribus angulis, coincidit in forma trigoni vnitas & trinitas; vnitas scilicet essentiæ, & trinitas angulorum: in circulo verò vnitas & infinitas coincidunt; vnitas videlicet essentiæ, & infinitas angulorum: est enim circulus nihil aliud, nisi polygonum ex infinitis lateribus constans, omnium formabilium ex linea angulorum actus. Patet igitur, quomodo Creator rerum omnium Deus, ex vno puncto quod creauit, totum Vniuersum produxerit, per euolutionem puncti videlicet in angulos, & denique in circumferentiam.

Hinc cùm Ægyptij in Deo tanquam in Archetypo rerum omnium circularem proprietatem notassent, eundem circulum meritò in sensibilis Mundi symbolum selegerunt; vt sic ideatum ideæ suæ vndiquaque perfectè responderet. Etenim intuentes rerum omnium vestigia, actionesque circulares; Mundum, & quæ in Mundo sunt, circulos dixerunt sensibiles; Intelligentias verò incorporeas, circulos inuisibiles; quæ lib. 5 Eucl. argutè more solito explicat Proclus. *Cunctæ res Mathematicæ*, inquit, *primùm in ipsa anima sunt, & ante numeros, numeri qui per se mouentur, & ante apparentes figuras, figuræ vitales, & ante ea quæ concinnata sunt, harmonicæ rationes, & ante corpora quæ circulando mouentur, inuisibiles circuli producti sunt.* Cùm enim stellarum radios, terræ veluti centro innixos, vertigine circulos describere cognoscerent; proprium id diuinæ facultatis opus existimantes, cùm symbolis suis aut diuinitatem, aut Mundum, aut Cœlos indigitare volebant, circulo id, vel sphœrà, vel ijs symbolo quopiam ex rebus inferioribus assumpto haud absimili exprimebant. Vnde & natum puto, quòd delubra, aræ, & instrumenta, quibus sacra administrabant, omnia circulari apparatu efformarentur; cœrimoniæ quoque, gestus, motusque in circulum fierent; de quibus cùm passim toto hoc Opere, & in Obelisco Pamphilio differamus, breuiter tantùm hic ea indicare voluimus.

Proclus in 5. l. Eucl.

De circulo itaque ad reliquas figuras angulares progrediamur. Cùm Veteres notarent, vt in Obelisco Pamphilio etiam diximus, ex centri seu puncti fluxu imaginario nasci lineam, cuius vnus terminus immotus, alter circumductus curuam describeret lineam, quem circulum dicebant; ex hac contemplatione paulò altiùs progressi, nescio quid angulare quoque in ipso circulo imaginati sunt: nam angulus in eo constituitur, influxus pyramidalis symbolum; deinde alia quæuis linea diametrum in centro secans, constituit decussim ⊕; quæ si ad angulos rectos fieret, crucem perfectam constituebat, symbolum influxus in quatuor Mundi plagas; si ad acutos, propriè χίασμα efficiebat, siue decussim, pyramidalis Numinum influxus symbolum. Prius probat Iustinus Martyr, qui Mundum à Deo conditum, ἐχίασεν αὐτὸν, inquit, ἐν τῷ παντί. *Decussauit in toto*; alludens ad crucis mysterium, quemadmodum in Apologia II. tribus circiter ante finem folijs ostendit, [Greek text illegible] ἐν τῷ παντί.

Χίασμα quid? & sequibus ratio.

Sic dedit & agnouit Plato, non certò sciens, illud typum esse crucis, sed decussis rationem solùm cognoscens, videlicet illam à primo Deo virtutem, decussatim factam esse in Vniuerso. Mysterium ænei serpentis, de Christo explicauerat, quò Platonicum hoc trahit. Addit in Notis ad Iustinum ipsa Sylburgius Platonis verba: [Greek text illegible] *Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffindens, mediæque accommodans, mediam quasi decussauit.* Quod χίασμα siue decussis mysterium haud dubiè ab Ægyptijs hauserat, qui decussim quoque in numerum literarum, ob eximia mysteria sub ea latentia, haud illibenter assumpserunt, vt diximus in Obelisco Pamphilio. Ex quo quidem deinde charactere innumeri alij originem inuenerunt, & inter cætera crux ansata (cuius mysteria in eodem Obelisco declarauimus) & aliæ, exque variæ decussis species, quæ in Obeliscis passim occurrunt, quasque suo loco expositurі sumus, emerserunt. Nam primò per Λ ex Ibidis incessu inuenta, influxum Numinis in inferiores hylæos Mundos; per V verò rostrum Ibidis apertum, reditum Numinis ex inferioribus ad superiora denotabant; quibus quidem in vnum coniunctis verticibus, X emergebat, decussis illa celebris & mysteriosa, quâ processum Spiritus Mundi ἄνω καὶ κάτω aptè innuebant; quo & denarium numerum, symbolum vniuersitatis rerum, clarissimè Horus docet his verbis: [Greek text illegible] *Recta linea simul cum altera supernè inflexa, decem lineas planas significant.* Vide Obeliscum Pamphilium pagina 386. vbi hunc Hori locum etiam adduximus.

Plato.

Horus l. 2. c. 30.

Porrò hanc decussim, siue angularem figuram, sub duplicis quoque pyramidis expressæ figura exprimebant Ægyptij hoc pacto N; quo signo pariter processum illum Numinis ἄνω καὶ κάτω signabant; quam & in numerum literarum referebant, vti fol. 126. Obel. Pamphil. ostensum fuit. Prior pyramis A B C denotat illapsum supremæ Monadis in multitudinem; B C D verò pyramis altera, eiusdem Monadis ex inferiori, seu materiali Mundo in lucis Mundum reditum: vel quod idem est, influxum Numinis actiuum per pyramidem A B C, quæ fit ex puncto B, in multitudinem, seu latitudinem A & C propagatum; influxum verò passiuum, seu actiui influxus receptionem in inferiori, per pyramidem inuersam B C D indicabant. Vide quæ fol. 175 Obelisci Pamphilij fusiùs de hac re egimus. Cùm verò Ægyptiorum genius eò ferretur, vt iuxta analogiam quandam archetypo congruam, reliquarum sensibilium rerum in generatione corruptioneque elucescentium processum referrent; per hanc figuram aptè sanè spermaticæ virtutis progressionem, quâ omnia, quæ in hylæis Mundis continentur, & quæ per quaternarium, septenarium, & denarij decussim indicantur, exhibuerunt. Sed mysterium paucis explico, idque vegetabilium exemplo. Arbor cùm ex semine progrediatur, atque ex arbore iterum semen fit, hoc quidem posteriùs, alterum priùs; finis quoque in numero cum principio non coincidat, coincidat autem finis effluxus cum principio refluxus; rectè septenarius exoritur, atque exin-

Mysteria sub litera N.

b d
N
a c

Hieroglyphicum generationis & corruptionis rerum.

K de denarius. Nam si A est vt semen, D vt arbor, G vt aliud semen, K vero vt alia arbor; tunc A per B C in D progreditur, D vero in G per E F progreditur, & duodenarius septenarius, G verò in K per H I ascendit, & sic denarius completur. Individuali itaque, vt Scholæ loquuntur, contractio speciei in A semine insepsia corruptibilis, in specie verò incorruptibilis, ni virtute speciei contractæ in ipsa existente se conseruare studens, in speciem se resoluens, individuationem seminis exuit, vt per speciei medium ex se similes, dicere queas, quaternarij igitur progressione in arborem ascendit; quodam sine eius medio se in specifica similitudine multiplicare non potest. Intendit itaque A producere G; & quoniam id huc ascensu in D perficere nequit, ascendit in D, vt sic adiuuentus potiatur. D verò arbor existens, non nisi in simili arbore se conseruare posse cum sciens, K intendens. Quatenus sine G attingere nequit, quare in G descendit, vnicus medio, K attingere possit. Copulatur itaque in A duplex appetitus, naturalis, qui in G, & accidentalis, qui in K terminatur; in D verò pariter duplex copulatur appetitus, naturalis, qui in K finem capit, accidentalis, qui in G terminatur: ideo quaternarius appetitum mouet, vnus apparitu simulante alterum, vt sit continuò quædam generationis & corruptionis successio. Verum hunc quem nos Scholastico more proposuimus discursum, Ægyptij allegorico sic explicant. Osiris humidum, Isis terra est, cui miscetur Osiris, ex quibus Horus spiritus omnia alens & fœcundans, ex semine nascitur. Isis ab inferis Horum resuscitat, dum semen terræ commissum in plantam, arborem, solita, floret, fructus protuberat: adustiua verò Typhonis vi & siccitate Horæ insidiante, quod Autumnali tempore fit, Horus interimitur à Typhone, id est, fructus decidens nouam fumentem præstat, quæ condita terræ, denuò ab Iside Anubidis, id est, Mercuriali Agricultoris industria instauratur.

Arbor rationalis quæ?

Hâc similitudine non tantùm de generationis ac corruptionis rerum vicissitudine in semine vegetabili se exercente, sed & de sensibili, imò & de rationali, atque intellectuali symbolicè ratiocinabantur. Nam de semine admirationis, arbor exoritur rationalis, quæ fructus parit admirationi similes; per elicitam siquidem admirationem, similem erigit rationis arborem. Inde seminali demonstrationis principio, intellectualis procedit arbor, ex se principia semialia exerens, per quæ intellectualis æternum arbor exurgit. Ex quibus omnibus, filius sortan, quàm par erat, enarratis patet, quàm subtili ratiocinio rerum generabilium vicissitudinem sub vilissima etiam hac trigramma litera indigitauerint; & quomodo spiritus ille mundanus in seminibus rerum Vniuersi latens, paulatim ascendat, descendatque, vt iterum ascendat, omnibus & singulis genitabilia principia instillando, vt sic Mundus in esse suo conservetur; quod sine hac vicissitudine minimè contingeret.

§ I.



Quomodo & Mundus ex trigono archetypo profluxisse intelligatur ab Ægyptijs.

HOc vt intelligatur, sciendum, per triangulum hoc archetypum nihil aliud intelligi, quàm triforme Numen triunum, quod Ægyptij per tria nomina, *Hemphta*, siue Osiris, *Isis*, siue *Phta*, & *Amun* exprimunt; quibus tres Hebræorum Middoth in arbore Sephiroth perfectè respondent. Quod igitur Hebræi Coronam seu primum principium dicunt, Ægyptij dicunt *Hemphta* seu *Emephtt*, primum intellectum opificem, quem & in secunda cauarum sensilium serie per Osirim seu Solem præfigurant. Iterum sicuti Hebræi nouam Sapientiam dicunt Mundi creatricem, ita Ægyptij Sapientiam intellectus primi vocant *Phta*, quo nomine Isidis Consiliarium Mercurium, quia & ipsam Isidem vocant; quæ est plena Osiridis prima intellectus imago & exemplar; quam ideo Orpheus non inconuenienter Palladem dixit, & ob dictam causam ex cerebro Iouis natam finxerunt Antiqui. *Amun* verò respondens Hebræorum אמן seu Intelligentiæ, est vtriusque vis actiua ab extra, qua producitur Mundus Horus. Vnde varia ista rerum hieroglyphicarum, quibus Horum Hieroglyphicarum passim exprimebant, supellex: Baculus scilicet auxiliaris, id est, Vpupæ insignius capite, lituus quoque, & gnomon, a tergore verò triangulum, cui circulus annexus est; quæ nihil aliud indicant, quàm Mundum à Deo per Sapientiam suam productum, admirabili rerum varietate, per Vpupæ caput significata, summa harmonia per lituum, caminno denique ordine per gnomonem indicato, eluceſcere. Horum itaque ab *Hemphta* per *Phta* & *Amun* productum, Plato studiosus Ægyptiorum discipulus sat, dum Mundum hunc sensibilem ex archetypo illo trigono profluxisse asserit, demonstrat, quod & triangulus ille cum globo affixo inter cætera Hori symbola luculenter indicant, & admodum pulchrè eleganterque sequenti schemate exprimitur.

Pallas è Iouis cerebro nata.

Notæ triangulo in hac figura annexæ dum esse globum.

Atque ex his apparet, & omnibus manifestum sit, Sacrosanctam & ter benedictam Triadem, fidei Christianæ mysterium vti maximum, sic sublimissimum, nullo non tempore etiam sub obscuris fabularum figmentis adumbratum esse.

Quòd porrò Osiris nihil aliud sit, quàm primus intellectus, Sol ille æter-

æternus, ac primus rerum omnium productor, qui per Isidem coniugem Sapientiam suam Horum, Mundum videlicet, produxerit, Hieromantæ varijs hieroglyphicorum schematis indicant; quemadmodum Columnæ multis in locis erectæ, quas tum Barachias Abonephii, tum Diodorus Siculus referunt, ostendunt. Vbi præter hieroglyphicas inscriptiones, Osiris siue Bacchus apparet, throno insidens variegato, accipitrina facie formidabilis, aliisque symbolis operationes eius declarantibus, quorum explicationem vide in sequentibus. Horus verò pingitur puer, vt ostenderetur, Mundum in tempore veluti infantulum à Dei Sapientia productum; cum cornu copiæ verò exprimitur, vt indicaretur varietas, abundantia, & plenitudo rerum in Mundo creaturum; in cubo stat, ad Mundi indicandam stabilitatem solidita temque; Trigonus cum globo, cubo inscriptus, significat Horum è trigono archetypo profluxisse; baculus Vpupæ capite insignitus, indicat Mundum rerum varietate fulciri veluti, & sustentari; linitus, harmoniam Vniuersi; gnomon ordinem, & admirabilem rerum dispositionem designat. Horus denique labra premens, digitoque silentia suadens, ineffabilitatem mysteriorum indicat. Figuras hic citatas vide fol. 151. 152. I. Tomi Oedipi.

Interpretatio symbolorum Hori.

§ II.

De Triangulo, Quadrato, cæterisque angularibus figuris hieroglyphicè exhibitis.

SCiendum, Sacerdotes Ægyptios, vt alibi quoque probatum fuit, non tantùm arcana sua mysteria sub ingeniosa sacrorum animalium architectura, sed etiam sub varijs figuris Geometricis exhibuisse. Erant enim vti Geometriæ inuentores, ita eiusdem præ cæteris mortalibus peritissimi, & arcanorum eiusdem probè conscij, vnde & ΠΥΡΑΜΙΔΟΜΑΝΤΕΙΣ *Ardenadaptæ* dicebantur; ita quidem, vt huiusmodi scientiæ, quæ apud reliquas nationes summo in honore & pretio haberentur, paucosque earum peritos sortirentur, ex in Ægypto pene vulgares essent, vt inuit Clemens lib. 1. Stromat. quem citauimus in Obelisco Pamphilio pag. 412. quem locum vide. Ægyptij igitur Sacerdotes Geometricis ita imbuti, vti animum ad altiora Philosophiæ Sacramenta parabant; ita Geometri-

Clemens.

cas figuras, & numeralem scientiam ad perfectè philosophandum assumere solebant, quemadmodum ingeniosè in omnibus fere hieroglyphicis mis partim per numeros, partim per Geometricas figuras præstitum videmus. Rerum siquidem arcanarum rationes penitius rimantes, cùm comperirent, Deum & numeros, & Geometricas figuras, vti triangulos, quadrata, circulos, harmonicasque proportiones in suis operationibus affectare; easdem sanè meliori & comprehensibiliori modo quàm per dictas formas exhibere se non posse censuerunt. Quos secuti Pythagoras & Plato, sapientum Magistrorum sapientes discipuli, maxima quæuis mysteria sub ijsdem formis expressérunt.

Pythagoras. Plato.

Ægyptij itaque vti per lineas, angulos, & figuras genesin rerum, argutè indigitabant; ita iuxta genesin quoque figurarum corporumque ex punctis, lineis, & superficiebus resultantium, spiritus Mundani processum notabant; qui ex vnitatis suæ puncto seu centro in circulos euolutus, in ijs nescio quid angulare primò in Mundo efformat inferiori; hinc verò remeans, dum omnia Mundi corpora permeat, innumeras quidem figuras rectilineas intrà, suprà verò iuxta naturarum conditionem suas decircinat periclases. Atque hæc ita esse, pulchrè docet Plato in Alcinoo o. 11. & 12. vbi ait, Mundum corporeum ex Elementis compositum, in quo processus rerum fit per lineas rectas, per quadrangulum fuisse indigitatum à priscis: quæ Scholiastes eius ita explicat. In Elementorum motu duplex linearum situs considerandus est, iuxta situm Elementorum duplicem: Terræ & Aquæ opposita latera in hieroglyphico quadrangulo, basim scilicet, & oppositum ei latus obtinent; quem situm semper planum vel vt Mathematici loquuntur, terræ, siue Horizonti parallelum, vnum-

Plato. Quidquid.



quæque supra alterum sortiuntur: aër verò & ignis, quia sursum vergunt, hinc latera in hieroglyphico quadrangulo ... prioribus lineis insistentia, aëris & ignis sursum vergentis naturam apprimè declarant; atque adeo quatuor Elementorum qualitates per quatuor quadranguli latera aptè exprimuntur. Cùm verò Sol Zodiacum perambulans, maximè elementarium siue mixtorum corporum mistellam inciter, & adgenerationes rerum disponat; hinc per tria quadrata haud incongruè annum indigitarunt, qui teste Diodoro Ægyptijs in tres partes, scilicet in Ver, Æstatem, & Hyemem diuidebatur; quæ partes per tria quadrangula, vti & per quatuor latera, quatuor Menses, aut quatuor signa Zodiaci, quibus singuli anni trientes constabant, denotabantur: per hæc enim decamoria Sol, diuinus ille Osiris, Agathodæmon Ægypti, transiens, Elementa ad rerum omnium productionem excitat. Atque huic nostræ interpretationi haud



ablu-

Quomodo annum notarint Aegyptij.

abludit Horus his verbis: Ἐτος ὁ ἐνιαυτὸς χρόνος γένεσις, τὸ τοῦτο ἀριθμούμενον ἔτος. *Instantem annum significantes, quartam ἀρούρας* siue *aruæ partem scribunt*; (est autem ἄρουρα siue aruum terræ mensura centum complectens cubitos:) *atque hoc ideo, quòd à Solis ortu ad alterum quarta diei pars sit interiecta.* Cùm enim Solis annus 365 diebus absoluatur; Aegyptij quarto quoque anno supernacuum diem, quem ἐπαγόμενον vocant, computantes intercalabant; quatuor siquidem diei quadrantes diem perficiunt. Vide quæ curiosissimè de hoc hieroglyphico in Prodromo, & deinde in nostra Astronomia hieroglyphica fusè tradimus. Videsigitur quomodo Agathodæmon ille supramundanus triformis ex triade illa Mundorum intellectualium incorruptibili, æterna, per circulos indicata, moueatur in triadem tetradicam, siue quaternariam Mundorum trium elementarium; ex simplici videlicet & immutabili, in angulosam, corruptionibus obnoxiam, variamque hylæ mistionis faciem, quam aptè quadrangula figura refert, feratur. Quæ vt paulò altiùs dilucidentur,

Laertius. Malchus Porphyr. Trianguli & gallicinium.

Sciendum est, Aegyptios ad Dei signandas virtutes, Geometricis vt plurimùm figuris (quod Platonem & Pythagoram eos secutos fecisse Laertius & Malchus in vitis eorum ostendunt) vsos esse. Inter cæteras autem triangulum maximè obseruarunt; & in ipso tres iterùm affectiones. Vel enim triangulus constabat tribus æqualibus lateribus, & dicitur Isopleuron; vel duobus tantùm, & dicitur Isosceles; vel tribus lateribus inæqualibus, & dicitur Scalenus. Per Isopleuron diuinitatis triformis in Mundum corporeum processum, vnde, teste Platone, corporei Mundi præsidibus Diis dicebatur; per Isosceles, processum eiusdem in Sidereum; per Scalenum, trium angulorum inæqualium, quorum prior rectus, alter tertij duplus est, Mundum alterationis, hoc est, elementarem: per circulum verò solitarium Dei trinum naturam, vt postea dicetur, aptè denotabant. Quomodo verò hunc ordinem & seriem generationis rerum omnium ostenderent, Alcinous Platonicus fusè & pulchrè deducit his verbis: *Cùm autem duo sint, ex quibus Mundus est constitutus, corpus & animus, quorum illud quidem aspectabile & tractabile, hic neque aspectabilis est, neque tractabilis; vtriusque verò & constitutio est diuersa. Corpus enim ipsum ex igne, terra, aqua, & aëre coagmentatum est; siquidem hæc quatuor, quæ sanè nullum ordinem elementorum prius habebant, Mundi Opifex formauit pyramide, atque cubo, Octaedro, & Icosaedro, & præter hæc omnia dodecaedro. Materia enim quatenus pyramidis figuram susceperit, ignis existit, quòd hæc omnium maximè secando & diuidendo sit accommodata, puncta ipsius triangulis constet, atque idcirco sit tenuissima: quatenus autem Octaedra facta est, simili aëris qualitatem accepit: sicut & aquæ, quatenus Icosaedro formata est ornata: cubi verò figuram terræ attribuit, vt omnium maximè solidæ atque firmæ. At dodecaedrum ad ipsum Vniuersum accommodauit. Magis autem, quam hæc omnia, ad principia accedit natura planorum; siquidem plana solidis sunt priora. Planæ verò naturæ duo quidem progenitores trianguli: pulcherrimi, vnus Scalenus, alter Isosceles. Atque Scalenum cum vnum angulum habet rectum, alterum continentem duas tertias vnius recti, reliquum verò earundem partium tertiam; hunc quidem prorsùm dico. Hic autem*

autem Scalenus triangulus pyramidis, & Octaedri, atque Icosaedri Elementum est; cùm pyramis ex triangulis quatuor, omnia latera æqualia habentibus constituatur, quorum quilibet in sex triangulos Scalenos, quales modò dicti sunt, distribuatur. Octaedrum verò ex octo, qui similiter singuli in sex Scalenos diuidantur; sicut & Icosaedrum ex viginti. Alter verò (dico autem Isosceles) aptus est ad constituendum cubum, quoniam huius species quatuor trianguli coniuncti, quadratum absoluunt; sicut sex quadrata cubum. Dodecaedro autem ad Vniuersum Deus vsus est; quia in cœlo signa duodecim conspiciuntur in Zodiaco, quorum vnumquodque in partes triginta secatur: quemadmodum in Dodecaedro ex duodecim pentagonis composito, horum quolibet in quinque triangulos diuiso sex trianguli insunt; sicque in toto Dodecaedro trianguli trecenti sexaginta reperiuntur, quot & ipsius Zodiaci sectiones sunt. His igitur figuris, materia à Deo expressa mouebatur: primùm quidem rudibus vestigijs sine ordine, deinde ab eodem in ordinem adducta, secundùm rationem, quam in illa coagmentatione omnia inter se obtinent. Neque tamen hæc loco discreta manent, sed in perpetua agitatione sunt, eandemque materiæ afferunt; quoniam Mundi ambitu constricta pelluntur, & alternis pulsibus ipsa feruntur; ea quidem quæ tenuiorum sunt partium, in regionem crassiorum. Quare nihil omninò inane relinquitur & corpore vacuum: at & in illis inæqualitas permanens concussionem affert, siquidem materia ab ijs agitatur, & hæc ab illa.

Quomodo verò Plato ex mente Aegyptiorum quatuor regulares figuras composuerit ex Scalenis, cuius vnus angulus rectus, alter duas tertias vnius recti, reliquus verò eiusdem tertiam partem habeat, id est, cuius vnus angulus 90, alter 60, tertius 30 graduum sit; cùm huiusque Commentatores eius latuerit, nostrarum partium esse rati sumus, id geometrico ratiocinio hoc loco demonstrare. Primò itaque describebant triangulum æquilaterum A B C, ex cuius angulis ABC totidem perpendiculares A D, C F, & B E ducebant, diuidebaturque triangulus æquilaterus in sex triangulos Scalenos, omnes æquales, & similes, vti numeri ostendunt, quorum singuli vnum angulum rectum, & reliquos duos, partim 60, partim 30 graduum constituunt: & ij quidem, qui puncto medio S insistunt, 60; qui terminant in punctis A B C triangulum, 30; qui denique medijs lateribus in punctis F D E consistunt, 90 graduum sunt. Lateraque sortiuntur sub ea proportione, quam numeri 3, 4, 5, habent, quorum mysterium postea explicabitur. Huiusmodi itaque triangulum dicebant nunc geneticum, nunc γαμικὸν, siue nuptialem figuram, quòd principium esset generationis rerum omnium sublunarium, hoc pacto. Per basin B A notabant principium rerum passiuum, humidum videlicet, siue Isim; per normalem C B ipsi A B insistentem innuebant principium rerum actiuum, calidum videlicet, siue Osirin, masculam vim; per A C verò hypothenusam, ex vtroque compositum, siue Horum.

Triangulum geneticum, quod

Iam videamus, quomodo huiusmodi triangulis, Isoscele scilicet &

Cubus, terræ symbolum, quomodo constituatur ex triangulis.

Scaleno, tanquam primis principijs quatuor figuræ regulares, & consequenter quatuor Elementa, quorum ea symbola sunt, producantur. Terræ symbolum, cubum, ita conficiebant: Isoscelem *abc* quadruplicabant, & proueniebat quadratum, *abed*; hoc ductum in 6, cubum constituebat *abedifg*; ita vt Isosceles, Proclo teste, esset terræ primum principium, quadratum verò proximum. Porrò ignis symbolum, pyramidem

Tetraedron, ignis symbolum, quomodo constituatur ex triangulis.

seu Tetraedron, ita conficiebant. Cùm Tetraedron quatuor constet triangulis æquilateris, quorum vnusquisque iterum, vti paulò ante ostensum fuit, ex sex Scalenis constituitur; 4 ducta in 6 producebant 24 Scalenos genetieos (ita enim imposterum appellabimus huiusmodi triangulum) pyramis itaque tetrapleura hoc pacto non ignem tantùm, sed & totum Vniuersum, in quod ignea vis se occultè diffundebat, notabat; hoc autem pacto in corpus id deducebant. Triangulum Isopleurum A C D subdiuidentes bifariam, duos efficiebant Scalenos B A C, B A D; quo quidem notabant processum Numinis ex Mundo archetypo in Mundum alterationibus mutationibusque expositum: hos Scalenos bifariam iterum secantes, producebant Isosceles B F A, B E A, processus Numinis per influxum sidereum indices: hos Isosceles iterum bifariam secabant per lineam F E, & producebant quatuor triangulos Isopleuros A F E, F E B, E B D, F C B; quibus complicatis effornabant primum omnium solidorum corporum Tetraedron, triade abeunte in tetradem, id est, trianguli oriebatur figura quatuor planorum, siue pyramis trilatera; & ex tribus angulis nascebantur anguli duodecim, adeo vt in vnica hac figura haberent omnem totius Mundi tam siderei, quàm elementaris seriem. Trigonus enim triade suâ rerum exprimebat generationem, vt postea ostendetur; quaternarius laterum, Elementa; tria & quatuor coniuncta dabant septenarium siderei Mundi, septem planetarum circulis conspicui; duodecim anguli, Aplanes, siue Zodiaci duodecim denotabant dimensiones; figura erat acuta & pyramidalis, quâ innuebant ignem siue calorem, generationis rerum principium actiuum, quod Elementa, planetas, Aplanem, verbo omnia permearet. Iterum cùm Octaedron ex octo Isopleuris siue æqualium laterum triangulis constitueretur, quorum vnusquisque iterum ex sex Scalenis generiticis conficeretur, 8 ducta in 6 dabant 48 Scalenos, quibus constituitur Octaedron aëris symbolum. Denique cùm Icosaedron 20 triangulis æquilateris constet, vnusquisque autem eorum sex Scalenis; hi ducti in 20, dabunt 120 Scalenos, ex quibus tanquam principijs Icosaedron constituitur, ac proinde in aquæ symbolum fuit assumptum.

Mystica philosophia in Tetraedro.

Octaedron, aëris symbolum quomodo fiat.

Icosaedron, aquæ symbolum quomodo fiat.

Habemus itaque in Tetraedra pyramide 24, in Octaedro 48, in Icosaedro denique 120 Scalenos geneticos; ex quorum comparatione Plato ab Ægyptijs & Pythagoræ doctus in notitiam venit proportionis Elementorum, quam vnumquodque ad alterum obtinet. Nam quia ignis, aër, & aqua pro primo principio Scalenum habent, terra verò Isoscelem, colligit, hæc omnia in se inuicem neq; quam dissolui atque permutari posse, terram, itidem, cum reliquis tribus; tria verò aërem, aquam, & ignem, ob commune singulis principium geneticum, in se inuicem actu dissolui & permutari. Significatis quoque iquæ in numeris triangulorum, ex quibus tanquam ex primis principijs tria elementa constant, proportio exiſtit inter 24, 48, & 120, eandem esse in densitate & raritate substantiæ inter ignem, aërem, & aquam, proportionem; vt scilicet ignis aëre sit duplo rarior, aqua verò quatruplo. & se habent sicuti Scaleni Tetraedri 24, ad Octaedri Scalenos 48, & Icosaedri Scalenos 120. Cubus verò terræ symbolum, vti ex heterogenco videlicet Isoscele triangulo componitur, ita quoque cum reliquis tribus Elementis ex hoc ipso permutari non posse indicauit; subesse tamen cubo terræ symbolo harmoniam quandam totius harmoniæ Mundanæ moderatricem, ex partibus eius cognouit, videlicet ex sex planis, duodecim lineis, octo angulis solidis, viginti quatuor planis, ex quibus cubus constat, id est, proportiones harmonicas 6 ad 12 duplam, diapason; 6 ad 9 sesquialteram, diapente; 12 ad 8 sesquitertiam, diatessaron; 8 ad 24 triplam, diapason diapente; 12 ad 24 denique quadruplam, disdiapason.

Cubus terræ symbolum Vniuersi harmoniam continet.

Sed præter has quatuor solidas figuras regulares, quintam etiam constitui posse videbant ex pentagonis, quorum tria in vnum compacta, solidum angulum conficerent, atque ita figuram complerent duodecim basium, siue dodecaedram, vt corpora, quæ naturâ constant, omnino responderent Mathematicis, quæ Pythagorici Ægyptios secuti, naturalium ideo rerum prima dicebant principia. Atque hoc dodecaedron Vniuerso adscribebant, non vt nonnulli putant, quintæ essentiæ superlunari. sed quinto magno corpori Vniuersi, ex quatuor primis corporibus simplicibus composito. Hoc pacto igitur cùm duodecim pentagonos Isopleuros, quorum vnusquisque in quinque Isoscelia diuidebatur, ita in vnum coaptari posse viderent, vt nihil vacui remaneret inter commissuras laterum, ac præterea apos in centro circuli coniunctos duodecim pyramides pentagonas constituere; mysterium Vniuersi subolfacientes, per duodecim latera dodecaedri primo duodecim sedes Zodiaci, quem ipsi totius Vniuersi terminum dicebant, referebant; hæ enim sedes quasi stellarum radioso influxu in centro terræ coniuncti, totidem pyramides constituebant pentaedras, duodecim penetralium, per quæ Numina in inferiorem Mundum influerent, symbolum, de quorum mystica ratione cùm in Obeliſco Pamphilio iam egerimus, eum Lector consulere poterit. Quemadmodum itaque hæ duodecim pyramides pentaedræ verticibus suis in centro terræ connexæ, ita aptè coniunguntur, vt nullum vacuum intermedium relinquant; ita Mundi vita per Numina, quæ dodecaedris Zodiaci præsident, ita per omnia diffunditur, vt nihil sit, quod non eam participet. Iterum quemadmodum cubus terræ symbolum ex Isoscelibus componitur, ita & pentagoni dodecaedri; quo quidem mysterio, nescio quem occultum, consensum notabant, Zodiaci masculi cum Terra fœmina, è quorum coi-

Dodecaedron quomodo fiat.

Dodecaedron Vniuersum nocat.

tu omnia nasci dicebantur. Nam sicuti ex bisectione Isosceles & pentagonorum in dodecaedro nascuntur Scaleni, ita ex terra seu principio passiuo, atque ex motu planetarum sub 12 Firmamenti (quæ sunt veluti principium quoddam actiuum) signis influxuque in terram facto, nascuntur Scaleni genetici, hoc est, omnia in Mundo sensibili enatum diuersa genera.

Triangulum æquilaterum Deum vt creantem hoc pac.

Triangulum Scalenum, quid notet.

Vides igitur, quomodo ex primis & simplicissimis lineis & figuris ad corporum genesin, totiusque corporeæ naturæ arcanum procedebant. Sicuti autem per circulum centro, radio, circumferentia trinum, trinam diuinitatem, ita per triangulum æquilaterum trinam diuinitatem in operibus creationis sese exhibentem, vti dictum est, notabant. Et circulus quidem nihil ex se gignit, vtpote complementum, & polygonorum omnium maximum infinitis lateribus constans, abditè solitariam vnitatem trinam signat; trigonus verò principium totius generationis, omnium reliquorum siue figurarum polygonarum, siue corporum, vt paulò antè ostensum fuit, genitor est. Hunc proximè sequitur Isosceles, terræ & firmamenti symbolum; quod sequitur, Scalenum rectangulum, ad summa geneticæ naturæ mysteria indicanda. Constat rectangulum Scalenum, vti suprà dictum est, tribus lateribus inæqualibus, totidemque angulis, recto vno, & duobus acutis; per rectum, constantem & immutabilem naturæ in operando legem; per duos reliquos, vnum maiorem, subduplum, motum augmentationis, per tertium subsesquialterum diminutionis diuisionisque rationem indicabant. Per lineam præterea inferiorem, quæ basin trianguli constituit, significabant, teste Plutarcho, principium passiuum rerum, maximè terram siue Isidem; per normalem ei rectà insistentem, principium rerum actiuum, formam Osiritn siue Solem; per hypotenusam denique siue subtensam, vtramque lineam coniungentem, compositum, Horum, filium ex vtroque natum acutè indicabant, vt paulò antè etiam diximus.

Sed videamus modò arcanum Totius sub citati Scaleni figura reconditum. Latera huius se habentad inuicem, sicuti 3, 4 & 5, vt in figura patet, vbi vides sub triangulo Isopleuro ternarium numerum, quaternarium sub Isosceles, quinarium verò sub Scaleno contineri. Potrò 3, 4 & 5 simul iuncta faciunt duodecim, dodecaedron naturę. Vnde sicuti numeri in



numeris, lineæ in lineis, figuræ in figuris implicitè continentur, ita omnia in omnibus esse, occultè hisce præfigurabant. Præterea latus AB 3 in se ductum, conficit 9; latus BC 4 in se ductum constituit 16; quæ simul iuncta constituunt tantum, quantum latus AC 5 in se ductum, videlicet 25, arcanum ingens in Mathematicis, & inuentionum infinitarum seriæ, ab Aegyptijs primùm inuentum, à Pythagora verò sub suo nomine propalatum; quo mundanorum corporum, adeoque totius Vniuersi genesin, per geneticos triangulos, subtili sanè ratiocinio, indicabant.

CAPVT III.

De pyramidis mysterijs hieroglyphicis.

PYramis est figura solida, cuius ab vno planorum educta latera ad vnum summitatis vertícem consluunt, eíque id in solidis, quod triangulum in planis; vtraque figura & planorum & solidorum prima, ita vt sicuti omnes animo concipibiles figuræ planæ ad vnum triangulum, ita solidorum ad vnam pyramidem reuocentur, & in eam resoluantur. Et licet multæ possint esse pyramidum species, vt triangulæ, quadrangulæ, pentagonæ, &c. Aegyptij tamen potissimùm ad mysteria sua indicanda, quadrilateram pyramidem assumpsisse videntur. Quam duplicem statuunt, integram, & detruncatam; illam vti animabus corporibus alligatis, ita hanc toti Vniuerso applicabant, vocabantque Obeliscum seu digitum Solis, neque recto laterum tramite in punctum abibat, sed paulò antè apicem in pyramidem desinebat; quâ quidem mystica fabricâ quid voluerint, hoc loco ex professo indicare vtium est; & primò quidem de pyramide propriè dicta, deinde de Obelisci mysterijs tractabimus, delibantes nonnulla ex Obelisco Pamphilio.

Apud Aegyptios omnia mysterijs plena.

Cùm, teste Clemente lib. 6. Stromat. nihil apud Aegyptios actum, siue mysterio non refertum, adeo quidem, vt vel ipsæ domus, templa, instrumenta, habitus, quos vel in Deorum cultu, vel in sacrificijs peragendis solenni pompâ portabant, imò ipsi, quos faciebant nutus & gestus, mysticum quoddam essent rerum altissimarum per huiusmodi significatarum *Vsiorum*; certè nequaquam temerè, aut sine ratione, aut ornatus tantùm gratia, vt multi perperam sentiunt, in hieroglyphica sua sapientia posteris repræsentanda Obeliscis vsos esse putabimus; sed summo studio, & insigni quâdam mentis inuestigatione eam sibi comparare voluisse figuram, quæ ipsamet mysterijs referta, mystico symbolorum contextui vndequaque responderet, qualem pyramidem quadrilateram esse in sequentibus copiosè monstrabitur; nam quicquid Hierophantæ particularium rerum sub symbolis expressarum descriptione connotabant, hoc totum in exteriori Obelisci, aut paramidis facie, veluti in Synopsi quadam, aut in saxeæ cuiusdam epigraphes rudimento *ἀτυπωτοτύπως* vniuersim repræsentabant; adeo vt in naturæ penetralibus nihil adeo absconditum sit, quod hic non præfiguratum videatur. Atque hæ sunt illæ maximæ columnæ, de

Obelisci 6. figura mysteriosa.

qui-

quibus Iamblichus, in quibus veluti sub Sileno quodam Astrologiæ, Geometriæ, Musicæ, Arithmeticæ, Theologiæ, ac Philosophiæ reconditioris maxima quædam mysteria recondita latent; & ex quibus Pythagoram, Platonem, aliosque inter Græcos Philosophos doctrinam, & veram philosophandi rationem didicisse, in Obelisco Pamphilio ex Iamblicho ostendimus: sed vt, quæ verbis tantopere iactatum, ea ipse sic habere, operæ ipsius monstremus.

Materia prima per Obelisci figuram indicata.

Dicimus primò, per pyramidem seu Obeliscum Ægyptios rerum naturam, & informem illam materiam, quæ innatum quendam ad formas recipiendas appetitum habet, repræsentare voluisse. Sic enim Abenephius sentit; verba eius sunt:

Abenephius.

وصورة المثلث فوقه يعني العنصر

Hoc est: *Per ipsam figuram pyramidum signabant materiam primordialem.*

Arteph.

Cui consentit Artephius Arabs in capite quo probat: *Ex puncto omnia*; & post eum apud Pierium Anonymus quidam citatus pulchrè deduxit. Sicut enim pyramis à summo fastigio velut à puncto incipiens, per lineas, in superficies, & corpus abiens, paulatim in omnes partes dilatatur; sic rerum omnium naturam ab vnico principio & fonte, siquis diuidi nequit, nempe à Deo summo Opifice profecta, varias deinceps formas suscipit, ac in varia genera, atque species diffunditur, omniaque apici illi & puncto, à quo omnia manant & profluunt, coniungit. Quo fanè optimè repræsentari videtur primogenia illa Mundi origo, qua omnes Mundi partes conformatæ, illam, quam nunc videmus, speciem effecerunt. Erat enim olim Mundus informis & cognitis, nondùm discretis rerum notis integritatem suæ formæ adeptus; nam neque tellus centrum suum profundamento rerum omnium stabilierat, neque cœli perpetuus motus certa sede voluebatur, sed omnia sine Solis visu immota, tristique depressa silentio languebant, aliud extabat nihil, quàm informis diffusæ materiæ ignities, antequam principium illud, à quo producta & constituta sunt omnia, salutiferum vitæ motum depromens, Mundum Mundo redderet, cœlumque à terra, & pelagus à Continente distingueret. Quo tempore prima rerum Elementa quatuor, ex quibus ceu radice ac generis principio nihil non gignitur, per pyramidis quadratam basin repræsentata, ordinem sumunt ac formam propriam acceperunt. Aliam pyramidis rationem dat Agazel Arabs lib. 1. de Astrologia iudiciaria, nimirum Astronomicam, in hunc sensum. Traduncem, inquit, in cœlesti illa machina circulum esse, sub quo Sol, & reliqua errantia sidera cursus suos circuitusque conficiant, & in quo omnium animantium vita, rerumque naturalium ortus atque interitus sit positus; adeo vt etiam Aristoteles lib. de ortu & interitu dicat generationis & corruptionis, omnisque mutationis vel

Mundus rudis, indigestaque moles.

Agazel Arabs. 1 Elementa per Obelisci 4 latera indicata.

vel incrementi causam esse accessum & recessum Solis in circulo illo obliquo, quem ideo, quòd ab eo animantium vita dependeat, Astronomi appellarunt Zodiacum. Hunc igitur circulum, cui soli inter cœlestes circulos latitudo tribuitur, in duodecim partes, seu *Duodenarium*, quas mansiones vocant, partiuntur Ægyptij, iisque singulis singulos Angelos seu Dæmones, quos minores Deos appellant, præficiunt, aiuntque cum illis diuini etiam inferiora omnia, adeo vt quicquid sub vno ex illis ad centrum vsque terræ continetur, id omne ei dodecamorio, eique præsidi Angelo subiectum dicatur; & hoc signum seu dodecamorium voluit esse veluti pyramidem quandam, cuius basis in Zodiaco, apex in centro terræ, de quibus sic Iamblichus lib. de myster. Ægypt. *Duidentes*, inquit, *cœlum in partes duas, vel quatuor, vel duodecim, vel triginta sex, vel harum duplas, vel alter quomodocunque; principatus his quoque præficiunt aut pauciores, aut plures. Rursum Ducem vnum his anteponunt, atque ita hic Ægyptiorum tractatus de principijs est veluti per pyramidem, quæ à basi, id est, à multitudine progrediens in vnum, ab vno descendit in multitudinem, ab vno videlicet gubernatam, à Deo vndique indefinita natura, sub quodam termino definito sit imperiosè comprehensa, præcipue verò ab excelsa omnium causa vnitate. Materiam verò produxit Deus materialitatem, videlicet ab essentialitate subderiuata, quam Opifex vnitatem assumens, simplicem, impatibilesque ipsius effecit, ipsam verò postremum accepit ad generabilia & corruptibilia corpora conficienda.*

Zodiaci Deorumque singulis eius partibus præsidentium distributio.

Iamblichus.

Cùm itaque in hisce Zodiaci pyramidibus omnia fiant, accessusque Solis ortum rerum, recessusque ab illis earundem interitum causet; certò minimè incongruè rerum omnium naturam per pyramidem repræsentarunt; imò singulis istis duodecim dodecamoriorum pyramidibus, totidem Horoscopos, Decanos Vsiarchos præfecisse, Author est Mercurius cap. 8. ad Æsculap. quod sic incipit: Καὶ δὴ δώδεκα χρόνοι. & sic deinceps hoc est: *Circa ipsum quamplurei sunt Geniorum cœtus, variisque cœpis constenti; ac familiares, non procul ab immortalibus existentes; hanc autem regionem sortientes humanis Ephoros agunt; quæ autem à Dijs inbentur, exequi perunt, turbinibus, procellis prestitibus, aquis mutationibus, terræ motibus, insuper furia e bellis, impietatem vicissentes.* Et paulò post: *Sol autem est omnis generis conservator & educator.* & cætera quæ sequuntur. quibus verbis nihil aliud insinuat, quàm diuersitatem effectuum ex diuersitate stellarum, in diuersis dodecamorijs existentium commixtione productorum.

Trismegistus.

Atque in sunt duodecim illi Horoscopi Dij, quibus præsse dicit Pantamorphum cum septem Vsiarchis, de quibus multa citato capite Trismegistus; qui quidem nihil aliud sunt, quàm duodecim signa Zodiaci, quos illi duodecim minores Deos: & septem planetæ, quos Vsiarchos seu maiores dicebant Deos & Dæmones. Vnde Artephi loco suprà citato ita loquitur:

Zodiaci 12 signa cum Dijs suis. Pantamorphos quis? Vsiarchi quinque.

Artephi.

وبكل في فلك الشمس وفيه في عشر من الاعوام مجرى الذي عشر البروج الاسرار العناصر

Fuit autem Heliopoli Templum Solis, & in eo duodecim columnæ, significantes duodecim signa Zodiaci, & Elementorum arcana: id est, duodecim Horoscopos

11 Obelisci Heliopoli.

pos Dæmones, veluti duodecim Solis quosdam Consiliarios, ac rerum omnium inferiorum effectores, ac fatorum arbitros dispositoresque. Erat autem hoc vnum inter cætera dogmata Ægyptiorum, vt crederent, omnium rerum in hoc Mundo existentium perfectiones, bonorum item ac malorum corruptiones, latentes rerum consensus & dissensus, item spiritus & materiæ in vnum compositum coeuntium mixturam, non fieri, nisi

Sphæra Amoris.



pyramidali quodam progressu. Adeo quidem, vt ea entia, quæ ab omni corruptionis consortio remotissima sunt, pyramidis suæ basin supra Solis Lunæque vias in Zodiaco supramundano fundantia, apice suo deorsum, versò corporearum rerum orbitam non tangant nisi in puncto. Contrà verò illæ res, quæ terrenæ mistionis inuolucro vestitæ in Mundo elementari cernuntur, pyramidis suæ basin contrario situ in corruptionis centro fundatam habentes, apice sursum versò, immortalium rerum orbitam non nisi in puncto minimo tangant. Hinc illam A B C lucis, hanc D E F tenebrarum pyramidem appellabant, arbitrabanturque pyramidem tantò plùs terrenis rebus immixtam, & tantò maiorem de luciditate sua jacturam facere, quantò plùs inferioribus terrenisque rebus immixta, approximauerit. Alteram verò, quantò plùs à rebus corruptibilibus remota ascenderit, deque terrena & corruptiua qualitate expeditior fuerit, tantò plùs lucis & fulgoris acquisiere, donec in immensitate luminis, velut in mari gutta quædam absorbeatur, vt in supraposita figura patet. Hinc animam lucidæ comparabant pyramidi, corpus tenebrosæ. Nam animam po-

Lucida & tenebrosa pyramis quomodo sumantur.

Rabbi Moses fol. 32.

poréis voluptatibus & cœnosis delicijs immersam, grauem, torpidam, & tenebrosam; eam verò quæ rectæ rationis ductum secuta, ad incorruptibilium & cœlestium rerum contemplationem sese eleuauerit, lucidam, cœlestem, & Angelicam appellabant; à Zoroastre, ni fallor, edocti, qui eandem animam dicebat alatam esse, alas perdere, cùm corporéis cupiditatibus & vitijs acquieuerit; eas recuperare, cùm ijs repudiatis cœlestia petierit. Vnde Sphynges hominis veluti ignæ naturæ sub pyramidis forma adumbrare, vtpote quæ corpori non secus ac basi, vel ignis fometto adhæreat, voluisse videntur; dum magnifica Regum atque Heroum sepulchra sub ingentibus pyramidibus construxerunt, vt testarentur, corpore soluto & corrupto animam superesse, quæ cùm summo Opifici visum esset, hoc est, circulo illo Hermetico 36500 annorum circuitu, aliud corpus subintrans electora sibi esset; ea fere ratione, quâ pyramis, vt Geometris notum est, vertice immoto manente, circumductâ basi, circulum describit, & toto corpore conum; vt circulus annorum illud curriculum significet, conus verò corpus, quod curriculo illo conficitur. Nam Ægyptiorum fuit illa opinio, de rebus in eundem statum 36500 annorum spacio restituendis, & ab illis se accepisse testatur Plato, cùm in Timæo ait, sic factam fuisse à Deo animam: vnam accepisse illum ex Vniuerso portionem, quæ procul dubio vnita puncto illi, quod in pyramidis vertice est, significatur; secundam autem primæ partis duplam; tertiam, secundæ sesquialteram & primæ triplam; quartam secundæ duplam; quintam tertiæ triplam; sextam primæ octuplam; postremò septimam, quæ partibus viginti sex primam excederet. Post hæc dupla & tripla interualla repleuisse. Quibus numeris certè nihil aliud significat, nisi expansionem illam linearum, quæ à puncto ad basin tractæ angulum efficiunt; & per interualla ipsas superficies, quæ lineis clauduntur. Ex quo apparet, illum hæc quoq; ab Ægyptijs accepisse.

Nunc porrò, qua ratione dicta mysteria per mysticos numeros in Obeliscorum figuras contentos expresserint, videamus. Et primò quidem in Obelisco considerandus est apex, deinde basis, postea latera, tandem anguli, tam plani, quàm solidi, & superficies, quæ omnia mysterijs nequaquam carent. Apex Obelisci supremum illud rerum, à quo omnia profluunt, denotabat fastigium, quid porro dyas, quid trias in Obelisco denotauerit, cùm de ijs omnibus tùm in præcedentibus, tùm in Obelisco Pamphilio fusè egerimus, eò Lectorem remittimus; quare breuiter tantùm hoc loco, quæ sparsim hinc inde dicta sunt, repetemus. Et quidem dyadem per duarum quorumuis laterum linearum fluxum, triadem per triangulum, tetradem siue quaternarium numerum in Obelisci exhibebant per quatuor latera; sed diuerso modo. Primo, in pyramidio quaternarium triangularem, deinde in reliquo trunco Obelisci quaternarium quadrilaterum. Per illum occultè innuebant Mundum Angelicum, in quantum ex centro diuinitatis, quæ per apicem Obelisci appositè indicatur, in naturam genialem diuinæ naturæ immediatum signaculum trigo-

Anima alata.

Quid Ægyptij per pyramides indicarent.

Annus magnus Hermeticus quis?

Animæ compositio ex Platone.

Quatuor in Obelisco triangula, & quadrilatera quid significent.

no diuinitatis charactere insignitæ diffunditur; per quatuor latera Mundi quadripartiti præsidium in duodecim Mundi arces distributum. quod apte singuli tres numeri, 4 triangularium superficierum denotant; 3 enim in 4 ducta, conficiunt 12. iterum 3 ad 4 iuncta vti 7 constituunt, ita totius naturalis perfectionis Genialis Mundi Sacramentum indicant. Quatuor verò latera triangularia ad quatuor latera quadrangula iuncta, 8 constituunt, influxus Angelicæ naturæ in Mundum corporeum aptissimum symbolum. Quibus si basis accedat pyramidis, iam enneadem mysticam Angelici & corporei Mundi symbolum, pulchrè indicabant; quem & 9 anguli solidi, qui in Obelisco quolibet considerantur, notabant. His denique si accederet apex pyramidis, iam 10 constituebantur, quo totius naturæ, & trium Mundorum, Archetypi, Angelici, ac corporei Mundi complementum innuebant. quem numerum tetras illa siue quaternarius numerus implicitè continebat; si enim 1, 2, 3, 4 ordine posita sibi inuicem inxeris, prodibit decas illa mystica, siue tetractys, tanto à Pythagoricis silentio celebrata, tantis mysterijs inuoluta. Quæ per duos quinarios pulchrè indicabant, quorum priore influxum diuinæ naturæ in Mundum Angelicum, altero verò creaturarum siue corporei Mundi sinum quadrangula basi sursum, versus centrum continuâ diminutione laterum facta, notatum, aptè insinuabant. Præterea vnitatem formalem in sinu diuinitatis latentem per apicem indicatam cuicunque rerum ordini adiunxeris, semper 10 constitues, rerum omnium complementum, diuinæ per-

Vnitas formalis Dei per apicem indicata.



fectionis typum & exemplar. Si enim 1 ad 9 tripartitam Angelici Mundi triadem adiunxeris, 10 constitues, numerum omnia exhaurientem, typum diuinitatis, omnia complectentem. Si ad 2, in quibus vnitas duplicata residet, 8 iunxeris, habebis Angelicæ, per vnitatem formalem in Mundum inferiorem influxum, videlicet in Mundum sensibilem, per 8 cubicum numerum apte insinuatum. Si iterum 3, id est, Triadem illam totius perfectionis exemplar, 7 perfectionis mundanæ symbolo adieceris, habebis iterum 10. Si quaternarium, siue tetractyn illam tantopere à Pythagora celebratam, 6 siue senario numero operationum mundanarum symbolo adieceris, denuò resultabunt 10. Si denique 5 duplaueris, id est, duos quinarios simul iunxeris, idem denarius numerus emanabit. Videsne igitur quomodo ordines mundanarum constitutionum sibi inuicem adiuncti semper producant 10, id est, vnitas formalis in singulis Classibus implicata, reliquis numeris creatarum rerum symbolis adiunctis, semper 10 constituat; totius Vniuersitatis cum Authore suo aptum hieroglyphicum. Præterea 1 ad 2 iuncta dant iterum triadem; hæc ad triadem iuncta generat tetradem; & hæc rursus tetradi iuncta, pentadem; & sic sin-

singulis numeris ordine naturali continuatis illa adiuncta generat hexadem, heptadem, octadem, enneadem, decadem omnium complementum, vltra quam nullus alius, nisi replicatus numerus datur. Hanc itaque philosophiam mysticam sub numeris opportunè in Obeliscorum figura exhibuerunt Veteres.

CAPVT IV.

De Sphæra hieroglyphica amoris omnia connectentis.

REperitur non rarò inter hieroglyphicas inscriptiones character quem ΦΥΛΟ, *Philo*, id est, amorem vocant Ægyptij, signantque cum hoc



Sphæra Ameris.

modo Θ. Constructusque est è literis hominis ΦΥΛΟ, sphæramque amoris exprimit; cænim Sphæram ABCD eum diametro CD exhibet, qui Omnis Mundi siue triformè Numen incubat; V. incidam, pyramidem PED, siue descensum animæ Mundi ex supernis ad inferos, notat; A contrà nigram pyramidem GHO, siue ascensum, siue ex infernis & inferiorum rerum miscella orationes signat. O denique ambitum sphæræ ABCD, siue cyclicas animæ Mundi per omnia Mundi membra conuersiones arcanè innuit. Poli huius sphæræ sunt AB, circa quos sphæra amoris

vertitur; æquator ΘΗΛΕΩΝ est CD; tota autem sphæra, vt dixi, ex voce ΦΥΛΟ componitur, estque ΜΗΤΡΟΓΕΝΗΣ Ægyptiacæ vocis ΦΥΛΟ. Atque hæc vox ponitur in Bembina tabula in inferiori Scliae in tabella quadam, quam homuncio quidam ΜΗΤΡΟΓΕΝΗΣ sive Scarabæi formam indutus, inter cheles continet, estque mundanæ constitutionis, vniuersarumque Mundi partium ordinis symbolum. Cùm itaque hæc naturæ fabrica plena mysterijs, atque adeo concinna singularum partium ex puncto in infinitam propè peripheriarum amplitudinem emanantium adaptatio sine vinculo consistere non possit, aptè sanè vocem amoris nomine insignitam reposuerunt, vt eo videlicet Mundum sine amore siue vnione partium conseruari nequaquam posse, indigitarent, iuxta illud Orphei:

Μαῖόν σε πάντα τόκον ἀμφὶς ἔχουσιν.

Hæc litera Amoris in Mundo peractum denotat.

Et quoniam totam Mundanæ sphæræ fabricam hoc amore repleri, aptè sanè nomen amoris in ipsa sphæra expressérunt. Amor enim non tantùm versus inferiora demittit radios, quo cuncta viuificet, verùm & virtute naturali seu magica naturarum cognatione sursum attrahit, & in amplexus mutuos plena conuersione compellit. Sic enim fit progressus vel descensus à Deo, seu vt Platonicè loquar, Animâ Mundi per Mundi res vniuersas, vsque ad materiem, quem processum descensumque aptè pyramidalis litera Λ refert; & hinc per naturam denuò reditus, ad naturæ præsidem, videlicet Monadem illam indiuiduam pyramidis mundanæ apicem. Similiter ascensus ad vastissimorum cœlorum peripherias per intermedia Mundi spacia à centro Vniuersi, non absurdè per radiosum seu inuersæ pyramidis literam V indicatus, quid aliud significat, nisi magicam illam amoris superiora inferioribus connectentem catenam, in reciproca singularum partium conspirationem desixam? Vnde non male amorem ita summus Philosophus Areopagita definit, vt quidam sit *Circulus à bono in bonum perpetuò reuolutus*. Nam vt à Deo incipit, & allicit, perfectæ pulchritudinis rationem præsefert; vt autem in Mundum transit, amor potissimùm dicitur; voluptas denique, prout in Authorem remeans pulchro exemplari, pulchram imaginem, pulchrâ reuolutione conuertit. In hoc circuitu per omnia penetrans, sursum eadem secum, deorsumque volui continuò facit; non secùs ac Solis simplex radius per se vniformis in cœlo lucem, splendorem in æthere, in elementis lumen, in mixtis corporibus colorem lucidum creat. Patet itaque quòd amatorius ordo sit causa conuersionis in rebus omnibus ad diuinam pulchritudinem & formam principem, atque (vt verbis Proclivatur) reditus ad sequentia ad illam omnia, eique coniungens, & coniuncta confirmans, & mox inde sequentia replendi, diuinis lumina dotans & perficiens ea vniuersa distribuat. Quod quidem Aegyptijs aliud non fuit quam Anima Mundi, siue Osiris, o Numen, rerum omnium in Mundo causa & origo, quam apertissimè Lucem exprimunt in hieroglyphico Scharabæi, sub forinis posito alati globi serpentibus hinc inde prosiliet, tibi circumsepti, mundano Schemati, superapposita figura. Neque globus hic quicquam aliud, quam Orbem primo Archetypum, deinde Vniuersi designat, vt ad præcedentibus patuisse est.

Quid Amor propriè sit iuxta Dionysium.

Amatorius ordo causa rerum.

Aliis, teste Macrobio, Martiano, & Apuleio, vis subtilis & celer omnia penetrans in Mundo denotabatur; vt vel hinc alatam animam Aegyptios tradidisse mirum non sit, cùm plerique Platonici è Zoroastris doctrina, Aegyptiorumque id passim doceant. Serpentem verò sœcundi Spiritus symbolum esse Porphyrius apud Eusebium l. 2. c. 3. Euangelicæ præpar. abundè docet, adeoque clarè à Virgilo ostenditur, vt ad hoc symbolum, Animæ Mundi omnia penetrantis viuificantisque vnice respexisse videatur, dum canit:

Macrobius. Martianus. Apuleius.

Porphyrius.

Principio Cœlum ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra.
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Virgil. Maro. l. 6. Aeneid.

Meminit huius hieroglyphici Barachias Abenephi Arabs lib. de Veterum Aegyptiorum disciplinis, quem, volente Deo, breui latinitati donatum, publici iuris faciemus. ita autem dicit:

Abenephi.

والدور مع تعلق الحيت هو علامة خلق وروح العالم

Globus, inquit, *alatus, serpentibus circundatus dum pingebatur, symbolum erat animæ seu spiritus Mundi*. Et ex Tabula Bembina id clarum fit, vbi ijs hieroglyphicis Schematis, quæ magna mysteria continere censebantur, plerumque hoc symbolum ad faciliorem animæ Mundi attractum ponebatur. patet hoc ex eo, quod sub Throno pantomorphæ naturæ eiusdem Tabulæ hisce hieroglyphicis expressum ponitur; vbi super alatum globum serpente sceptrigero instructum characteres sacri currentes, circulus, hemisphœrium, atque character ☥ figura posita, hunc sensum faciunt. Coniungitur inferius ei, quod superius, virtute Animæ Mundi omnia viuificantis, cuius imperio omnia subsunt. Hieroglyphica vna cum lectione eorundem sequuntur.

De Obeliscis Pharaonis.



cuius imperio omnia subsunt.

Porrò quomodo Amor animam Mundi moueat, ad omnibus Mundi partibus sese insinuandam, palàm declarat Hierotheus: Ait enim *amorem esse vim quandam Animæ Mundi propriam, rebusque insitam, quæ superiora simul ad inferiorum prouidentiam, inferiora, vt versùs sublimia conuertantur, æqualia denique ad socialem vnitatem sui communionem*. Vnde meò quidem iudicio, Amorem rectissimè statuas vt desiderium quoddam boni pulchrique, vel bonitatis per pulchritudinem ipsam conferendæ vel accipiendæ, videlicet cuius potestas veluti vinus sit magnitudinis dimanatio, cuius

Amoris definitio. Hierotheus.

punctum vel apex sit primus in Deo progressus per Mundum triplicem, tripliciter distributum, finis autem in ipla materie, cuius denique quædam sit infinitudo circa verticem, potentiæ meræ infinitudo circa materiem, connexionis virtus infinita per omnes naturæ intermedios gradus.

Amoris vis in Vniuerso. Diuys. Areop.

Nunc ad amorem redeamus, cuius prior effectus est Vniuersum. Amor enim, teste Dionysio, non permisit Regem omnium sine germine permanere. Idem propagandi studium ab Authore primo in omnes eiusdem imagines dimanauit. Per hunc enim Intelligentiæ cœlos mouent, & sequentibus omnia sua munera largiuntur. per hunc sidera suum lumen in Elementa diffundunt, ignis aëri, aër vim suam communicat aquæ, aqua terræ, elementa simplicia mistis quibusque siue compositis rebus, plantæ & animalia speciei suæ multiplicandæ desiderio largiuntur, iuxta illud Georg. 3.

Omne adeo genus in terris, hominumq́, ferarumque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq́ volucres
In furias ignemq́ ruunt; amor omnibus idem.

Per eiusdem amoris impulsum obediunt vicissim inferiora superioris maximè. Sic terra tractabilis aquæ, & hæc in aërem deinde resoluitur, aër in ignem, ac dein per poros insensibiles digesta in æthera, sublunaris substantiæ portiunculæ firmioris paulatim concretionis, atque coaguli particeps, rapitur altius in cœli occultas fibras, vbi quemadmodum in animantibus fieri solet, elaborata magis magisq; apponitur primùm, inde agglutinata, assimilatur penitùs, & in cœlestem indolem transmutatur. Quis igitur iam non videt, quàm apposite monogrammum illud vocis ΦΙΛΟ Vniuerso adaptetur; certè cum hoc paulò profundiùs scrutarer, tunc ill id Iamblichi verum esse cognoui; *Characteres Ægyptiorum haudquaquam fortuito, aut temere, sed magno ingenio ad naturæ exemplar fabricatos esse.* vti in hoc vel maximè eluceíscit; in quo sub duabus pyramidibus contrario processu implicatis in charactere sphærico Φ, subitò coluri, meridiani, tropici, & æquator, amoris Mundi, id est, Solis semitæ (in Sole enim maximè amor viget mundanus) tota deniq; amoris sphæra eluceíscit; vt vel hinc intelligeretur, Amorem per Vniuersum diffusum omnibus in rebus esse. Cùm verò magna rerum in hoc Mundo sit diuersitas, necessarium est, eum ex contrariis tanquam nasci. neq; enim vlla pars Mundi alteram odit, nisi amore sui, vt pulchrè in explicatione conuiuij Marsilius docet; & rursum eum esse contrariorum maximè effectricem causam; vnde illud Plautinum oppidò elegantes.

Iamblichus.

Marsilius.

Plautinus.

Dius Aſtartha hominum, Deorumq́ vis, vita, salus, rursum eadem q́ est
Pernicies, mors, interitus, mala, tellus calamitas.
Iouis quicunq́ templa colunt, eius iuxta mutua est vis atq́ potestas.

Hinc Orpheus in Argonauticis non sine causa hunc Amorem, vt Mundi genium, & magnum antiquissimum laudat. Cùm enim Chaos ante Mundum poneris, ante Saturnum Iouem, & cæteros Deos; Amorem quoq; in ipsum ipsius Chaos constituit, eundem adeo sic definiens, vt principium, quo res informis ornamentum, seu virtus perfectionemque desiderat.

Atque hæc de Geometria sufficiant.

SE-

SECTIO III.

De Musica Hieroglyphica.

SERENISSIMO S. R. IMPERII PRINCIPI
AC DOMINO, DOMINO

IOANNI FRIDERICO

Duci Brunsuicensi, & Lunæburgensi,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

IN partem Operis mei quod molior, Serenissime Princeps, *vt venias, magis meâ interest, quàm* Tua. Tibi *enim laborandum non est, vt famam aucuperis bene merentis, quippe quam æternum stabiliuisti.* Mihi autem prouidendum imprimis, *ne cuiquam ingratus esse videar. Vt igitur aliquam ex parte & beneficijs in me* Tuis, *prolixè Musæum meum, dum Romæ commorareris, augendo, collatis, & officio meo respondeam; elegantissimam Veterum Ægyptiorum Musices harmoniam opera meâ tenebris erutam, in lucem humanitatis* Tuæ *collocandam esse iudicaui: vt quod Operi ex ingenio meo deest, ex serenitate animi & cultus* Tui *mutuetur. Accipe itaque manus, quo pro magnæ mentis* Tuæ, *virtutumq́ heroicarum harmonia delectaris; vel ex hoc ipso summorum Principum non vltimus habendus, quòd illa nimirum arte capiaris, qua Deus, & supparet Moderatores, omnia numero, pondere, & mensura administrant. Vale Germaniæ & Imperij decus.*

CA-

CAPVT I.

De inuentione & etymologia Musicæ.

Harmonicis proportionibus Deus vsus est in creatione Mundi.

PYTHAGORÆ opinio fuit à posteris Philosophis vnanimi conspiratione recepta, Deum Mundum conditurum, harmonicis proportionibus vsum fuisse. Sacro textu quoque attestante, Deum in numero, pondere, & mensura cuncta produxisse nouimus. Cùm itaque rerum omnium ideæ harmonicis constare numeris comprobentur, ijs supremam omnium ideam minimè carere aut posse, aut debere, necesse est. Hinc Musica humanis diuinitùs inserta pectoribus, statim à primis Mundi incunabulis suum vigorem exeruit; quod quomodo contigerit, hoc loco explicandum duxi, repetentes nonnulla ex nostra Musurgia.

Prima principia Musicæ & origo.

In hoc Mundano rerum theatro, nihil sono magis obuium. Is tamen vti adhuc nupeiita etiam primæuæ iam mortalium genti variam dedit inuentionis suæ occasionem opportunitatemque. Atque imprimis ventorum, vti & quorundam animalium, sibili, quos primi illi mortalium per campos hinc inde dispersi identidem percipiebant, primam quoque occasionem dederunt fabricæ fistularum, quas ad similitudinem naturæ ex auena, arundine, tibijs gruum, alijsque cauis plantarum thyrsis efformabant. Concauorum verò corporum sonitus strepitusque, variam pulsatilium instrumentorum suppellectilem peperit. Cùm enim primæui mortalium, vt plurimùm rusticæ & pastoritiæ vitæ operam darent, ibique sua figerent habitationis tentoria, vbi pinguia occurrebant pascua, & loca aquis irrigua, & consequenter iuncis, arundinibus, papyris, similibusque fistulosæ prolis germinibus abundarent; fieri non potuit, vt gens tota die plerumque otiosa, sine nonnullâ mentis relaxatione consisteret. Verisimile igitur est, hos homines ex dictis fistulosis thyrsis primùm lituos sibi varios formasse, & quidem non minori, quàm hoc tempore pastores, cæterosque, qui rusticam vitam agunt, facere videmus, artificio; & forsan etiam maiori, vtpote qui tum ingenio adhuc erant vegetiori. Cùm præterea ijdem primi mortales fabrilem artem (vtpote sine qua humani generis societas perire) vt plurimùm calleremt; fieri sanè non potuit, quin ex casuali subinde diuersorum corporum collisione inter laborandum varios sonitus ac strepitus excitarent; vnde admodum probabile est, eos hâc occasione in variam pulsatilium instrumentorum notitiam peruenisse, eâ prorsùs ratione, vti nobis hodierno die subinde contingit.

Ex arundinibus prima fistularum rudimenta.

Instrumentorum Musicorum origo.

Musica igitur non à Græcis, aut Ægyptijs, aut Chaldæis, sed à primis ante diluuium hominibus primam habuit suæ inuentionis originem; imò si omnes homines è Mundo præter paucos pueros rerum ignaros, tollerentur, hosce tamen tùm necessitate cogente, tùm casu & experientiâ cum tempore in varias inuentiones humano generi necessarias incidere posse nihil dubitem; inuentiones enim rerum homini insitæ sunt, nec libris

Omnes inuentiones videntur fuisse casuales.

solùm

solùm discuntur, sed & intellectu aliquo insigni, necessitate cogente, vel casu, aut experientia, vel genij suggestione eruuntur. Musicam igitur iam à principio fuisse, præterquam quod sacræ Litteræ id luculenter testentur, ipsa etiam ratio dictat, vt dixi. Certè 4 cap. num. 22 Geneseos Musicorum instrumentorũ inuentio Iubali aperte adscribitur his verbis:

וְשֵׁם אָחִיו יוּבָל הוּא הָיָה אֲבִי כָל תֹּפֵשׂ כִּנּוֹר וְעוּגָב׃

Iubal Author Musicæ.

Et nomen fratris eius Iubal; ipse fuit pater tractantium, siue pulsantium Cytharam & Organum. vbi 70. habent, καὶ ὄνομα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἰωβήλ, οὗτος ἦν ἀρχηγὸς τῶν ψαλλόντων ἐν κιθάρᾳ καὶ ψαλτηρίῳ, *& nomen fratri eius Iobel, hic fuit qui monstrauit Psalterium & Cytharam.* Qualia verò fuerint instrumenta ab ipsis inuenta, habetur in Musurgia nostra capite de Musica Hebræorum. At verò post diluuium Ægyptij primi fuerunt pedissequi Musicæ instauratores. His enim à Cham & Misraimo filij eius institutis Musicam in cantum illustrarunt, vtpote ab Ægyptio verbo *Moys* Musica etymon suum sumpserit, eo quòd ad stagnantes Nili paludes, occasione arundinetæ, papyraceæque sobolis (ex qua lituos suos efformabant) ibidem copiosè repullulascentis, inuenta, ac instaurata sit.

Musica in Ægypto instaurata.

Musica itaque sine dubio, vti ab Ægyptiaca voce מוּסִי, quod aquam notat, deducta fuit, ita inuentionis Musicæ primordia palàm indicare videtur. Quin Mosen ab aquis, vnde extractus erat, nominis sui etymon traxisse, non alio testimonio quàm sacri Textus indiget, verba eius sunt:

Mosis etymon.

וַיִּגְדַּל הַיֶּלֶד וַתְּבִאֵהוּ לְבַת פַּרְעֹה וַיְהִי לָהּ לְבֵן וַתִּקְרָא שְׁמוֹ מֹשֶׁה וַתֹּאמֶר כִּי מִן הַמַּיִם מְשִׁיתִיהוּ׃

Adultum verò factum dedit filia Pharaonis; quem illa adoptauit in locum filij, vocauitq; nomen eius Moyses, quia ex aquis extraxi eum. E quibus verbis clarè patet, hoc nomen Moysi non à parentibus, nec ab aliquo alio ex Hebræorum Gente, sed ab ipsa Pharaonis filia inditum esse; quæ cùm præter vernaculam Aegyptiam aliam familiarem con haberet, certè inuentum puerum eam, Aegyptio nomine Moysem, quasi diceret, ex aquis seruatum, appellasse, in confesso est. Quin & antiquissimi Scriptores, Philo, & Fl. Iosephus clarè ostendunt, quorum ille in vita Moysi ita disserit: Εἶτα διδόασιν ἕτεροι, θυγάτηρ Μοσέλλου τύραννος, ἀφ' ἧς ὁ παῖς ἐτράφη. Τὸ δὲ ὄνομα Μῶς ἐπιδέχεται Αἰγύπτιον. *Post hæc nomen ei datur sumptum ex re ipsis, quòd esset ex aquis sublatus*: nam Ægyptiorum lingua, Moi, aqua dicitur. Hic verò l. 2. de antiq. Iudæorum ita dicit: Καὶ δοὺς τὸ παιδίον τροφεῖ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, θρεπτὸν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐκκομισθέντα, τὸ δ' ὄνομα Μῶς ἐπέθηκεν ἐπὶ τῇ τοῦ ὕδατος ἐπωνυμίᾳ· ἔστι δὲ οὕτω καλεῖσθαι τὸ ὕδωρ Αἰγυπτίοις). *Et quia proiectus fuerat in flumen, ab hoc casu nomen sortitus est. Aquam enim Ægyptij Mũ vocant, hinc verò seruatum. Quare compositâ voce ex vtrisque nomen Moysi fuit inditum.* Hisce astipulatur R. Abenezra, etsi eum Monios (voce, vt ego reor, corrupta) Aegyptiacè dictum tradat. Verba eius sunt:

R. Abenezra.

שם משה מתורגם מלשון מצרי מלשון חקדש ושמו בלשון מצרים מוניוס כן כתוב בספר עברת האורמת מלשון מצרי אל לשון קדמים גם ככה בספרי חכמי יון אולי למרה מבת פרעה לשונה:

Est nomen, inquit, *Moſis tradu&ctum de lingua Ægyptiaca in linguam ſanctam, & nomen eius in lingua Ægyptiaca fuerat Momoſis. Ita ſcriptum eſt in libro de cultu ſeu ſeruitute terræ, tradu&to de lingua Ægyptiaca in linguam Æthiopicam. Et ita quoque legitur in libris Sapientum Græcie, forſan filia Pharaonis dixit noſtram linguam.* Quicquid ſit, hanc vocem, Moſes, Aegyptiacam à voce Copta ⲙⲱⲩⲥⲏ dictam, in Pentateucho Copto Vaticano clarè oſtenditur; in quo vti & in Theſauro noſtro Copto, *Aqua*, ⲙⲱⲩ, vel cum articulo præpoſito ⲡⲓⲙⲱⲩ, dicta paſſim reperitur: vox ſcilicet à ⲙⲱⲓ, ⲙⲱⲉ, ⲙⲱⲩⲛⲉ non diſcrepans. Textum Copto-Arabicum adiungendum hic duxi:

ⲁⲩⲟ ⲁⲣⲉϥⲙⲁⲛⲧⲥⲉⲣⲡⲓ ⲛⲥⲉⲛⲏⲩ ⲉⲡⲓⲣⲁ ⲙⲡⲉⲩⲣⲁⲛ ⲙⲡⲉⲥⲙⲁ ⲛⲧⲉⲥⲥⲟⲛ ⲁⲩⲱ ⲧⲁⲓⲛⲉ ⲛⲧⲉⲥⲥⲟⲛ ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲙⲟⲩ ⲉⲡⲉⲥⲣⲁⲛ ⲙⲱⲩⲥⲏ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲙⲟⲩ ⲉⲡⲉⲥⲣⲁⲛ ⲙⲱⲩⲥⲏ

ولما عبر الغلام انطلقه الى ابنة فرعون وصار لها ولدا ودعت اسمه موفي

Et cùm iam creuiſſet, introduxit eum ad ſe filia Faraonis, & factus eſt ei in filium, & vocauit nomen eius Moſes; dicens, quia de aqua tuli eum. Cui & Clemens Alex. l. 1. Stromat. ſubſcribit hiſce verbis: *Deinde nomen imponit Regina Moyſes, capta etymologia eò, quòd eum ex aqua ſuſtuliſſet; Aquam enim Moy vocant Ægyptij, in qua morituru fuerat expoſitus: Moyſen enim vocant eum, qui ex aqua emerſus reſpirauerit.* Ad quod haud obſcurè alludit Targum Vzielidis his verbis:

ורבא ואיתי תמן ית משה ויהב יתיה לבת פרעה ואתרביי בביתה ורמתיה משה ארום אמרת מן מוי אתרמיתיה׃

Et adultum venire fecit ad ſe filia Pharaonis, & fuit ei dilectus, & cùm iam validus eſſet, vocauit nomen eius Moyſes: quia dixit (Min Moy) hoc eſt, de aqua eduxi eum. ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ igitur Aegyptiacum eſt, non Hebraicum à ⲙⲱⲩ & ⲥⲏⲥ, quod ex aquis ſeruatum dicit, vt benè Ioſephus notat, compoſitum. Atque ex his colligitur, eos qui Muſicam à voce Aegyptiaca ⲙⲱⲩⲥ, quod aquam ſignificare diximus, deriuant, eò quòd Aegyptij primi eam ad aquas inuenerint, haud inconuenienter ſentire. Cùm enim in Aegypto papyrus & arundo ex ſtagnantis Nili lacunis copioſâ propagine pullulaſceret; ex arundine verò prima ſiſtularum & monaulorum inuentio extiterit; occaſione ſiſtularum arundinearum, quæ ſtagnantis aquæ ſoboles paſſim habentur, Muſicâ prima fundamenta ſua iecciſſe, haud inuerisimile eſt. Vnde & ⲙⲱⲥ quoq; quòd artem Copticè ſignificat, à ⲙⲱⲩ, non male diduxero, cùm Ægyptios omnes artes occaſione aquæ & fluminum reperiſſe, alibi ſortaſſis abundè demonſtraturi ſimus.

Muſicorum inſtrumentorum origo.

Mercurius itaque Triſmegiſtus, curioſiſſimus rerum inueſtigator, vt omnibus reconditioribus artibus & ſcientijs, quæ bono communi emolumenti aliquid adferre poterant, ſingulari curâ & ſtudio eruendis incubuit, ita quoque Muſicam tanquam mortalium animis placandis, ſuperniſque contemplationibus præ cæteris aptam, excolendam duxit. Hinc omnium ferè Mythologorum calculo eidem lyræ multiformis inuentio attribuitur. Et tametſi Muſicæ artificioſæ ſingularis amator fuerit, illâ tamen vulgari & plebeâ relictâ, ad illam potiſſimùm, quæ in ſupremarum mentium mirâ diſtributione, rerumque mundanarum concentu conſiſtit, quæque ordinem & connexionem ſingulorum reſpicit, penetrandam, omnem laborem & induſtriam conuertit; harmonicorumque modulorum portionibus veluti magnetica quâdam pyxide itineris duce ad reconditiorum rerum ſcrutinium vſus eſt. de quibus iam tempus eſt, vt diſſeramus.

Mercurius Triſmegiſtus Muſicæ cultor

Lyra Multiformis inuentum eſt Triſmegiſti.

CAPVT II.

Quod Hieroglyphica Muſica nihil aliud fuerit, quàm ſcientia ordinis rerum Vniuerſi.

Pſellus:

RE&tè & ſapienter Pſellus in ſua Muſica ait, Τὴν Μουσικὴν λέγω τὴν πολυμερῆ καὶ ὅλην. *Muſicam Veteres dixerunt continere omne.* Cùm enim oculos, in totius Vniuerſi ambitum attentiùs conijcerent, omnemque rerum ordinem, connexionem, varietatem, diuerſitatemque cognoſcerent; ipſum Muſicam dixère, in quo conſonum diſſono, ima ſummis, ſumma mediis, media imis ſummiſque, mirâ quâdam proportione reſpondeant. Atque de hac Muſica loquitur Triſmegiſtus, cùm dicit in Aſclepio: *Muſicam verò nôſſe nihil aliud eſt, quàm cunctarum rerum ordinem ſcire, quæque ratio diuina ſortita eſt; Ordo enim rerum ſingularum in vnum omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melodiæ diuinæ dulciſſimum veriſſimumque conficit.* Verùm quis ſit hic concentus, & in quo conſtet, hoc loco diſcutere viſum fuit.

Ordo vniuerſi muſica eſt.

Triſmegiſtus.

Quemadmodum igitur Muſica, ſeu harmonia vocalis, in apta interuallorum diſtributione, qua toni ſupremi infimis, mediiſque exacta proportione reſpondent, conſiſtit; ita Tonorum quoque interualla eo pacto à ſe inuicem dependent, vt ſi ordinem eorum diſſipes, totam meritò harmoniam confudiſſe atque turbaſſe videaris. Diſſona quoque conſonis adeo pulchrè applicantur, vt ſi ea ab inuicem ſeparés, omnem harmonicæ ſymphoniæ dulcedinem deſtruas. Huius Muſici arcani haud ignari erant Ægyptij; vnde ordinem rerum & mirum connexum paulò profundiùs trutinantes, ordinem rerum nihil aliud, niſi Muſicam omnibus numeris abſolutiſſimam dixerunt, in qua media imis ſummiſque veluti grauibus & acutis, non ſine quadam interuallorum proportione ſibi conſentiunt. Sunt ſoni neti, ſeu ſuperiores in inferioribus, inferiores ſeu hypati in netis ſeu ſuperioribus, & medij denique in extremis exiſtunt. Qui diapaſon ſiue octauum concinit, continuò baſin ſibi ſubſtratam habet. Sicuti enim denarius numerus eſt vnitas replicata, ita & octaua baſis replicatio iure eſt, cùm iuxta muſicum epiphonema *De octauis idem ſit iudicium.* Rurſus qui baſin perſonat, diapente, diateſſaron, & reliqua harmonica interualla mox obtinet, & contrà, Vt proinde, ipſo Ariſtotele teſte, Muſica res prorſus cœleſtis & diuina ſit, totiuſque mundani opificij rationem

Ariſtoteles.

exhibeat. Quam & Ægyptij hoc epiphonemate indigitarunt animo

ΠΙΟΧΡΑΝΘΕ ΑΝΘΙ ϗ ΠΙΟΧΡΑΝΘΕ ΚΑΘΕΙ ϗ ΠΙΔΕΤΡΕ ΑΝΘΙ ϗ ΠΙΔΕΤΡΕ ΘΕΡΕ ΚΑΘΕΙ ϗ ΚΑΘΑΡΣΙΣ ΚΑΤΕΛΑΒΕ ϗ ΠΕΔΕ ΕΘΑΛΥΣΕΝΕ ϗ

Cœlum superum, cœlum inferum, aſtra ſuperna, aſtra inferna, hæc accipere ſis felix. Inſinuarunt itaque prædicto philoſophico dicto admirabilem illum Mundi concentum, ſuperiorumque cum inferioribus connexum; nam, ſuprà diximus fuſe Ægyptiacæ philoſophiæ magnam partem in huius maioris cum minori Mundo analogiæ dependentiæque ſcrutinio conſtitiſſe. Cùm enim ad explorandas cœleſtium corporum vires, eorumque harmoniam, initum fœdus, & ſympathiam cum rebus naturæ inferioris animum ſedulò conuerterent, quo modo ſibilicet nodoque cuncta deuincta cohærerent & conſentirent; ad hæc quo pacto vis illa motrix & rerum omnium alumna è cœlo in vniuerſum terrarum Orbem deriuaretur à Sole primùm, deindè à Luna, & reliquis cœleſtium luminum Choris; paulò altiùs philoſophantes, omnia in omnibus latere deprehenderunt.

Omnia in omnibus ſunt

Hymn. cosmopoet. Mundi.

Et vt ab homine incipiam, cum dicebant creaturarum omnium præſtantiſſimam, omnes totius Mundi partes in ſe continere. Nil enim eſt in maiori Mundo, quod in homine non reperiatur; quiſilius eſt per omnia, ſimilis parenti, miraculum naturæ maximum extructum, & Nucleus quatuor Elementorum, ſummum Dei ἄγαλμα, & conſummatiſſimum Mundi exemplar, verè omnis creatura, quia eſt omnis Mundus, ſoluſque hoc honore gaudet, quòd cum omnibus ſymbolum habet, cum omnibus operationem, cum omnibus converſationem. Tota enim Mundi machina colleſta & redacta eſt in Microcoſmum, ita vt quod ſuprà eſt, infrà in homine quoque reperiatur. Corpus phyſicum, elementare, viſibile, & tangibile ex terra; ſidereum verò & aſtrale ad normam archetypi conſtructum.

Platinus.

teſtatur hoc Plotinus, cùm dicit, latere in homine rerum omnium ſemina.

Picus Mir. and. Plato.

Picus quoque ei aſſentiens in Heptaplo ſuo ait, Deum in hominem velut operum ſuorum omnium compendium omnia congeſſiſſe. Plato non abſimilia de homine in Timæo retulit: nam ratione Angelum, motus celeritate Cœlum, oculis Solem & Lunam, vegetatione plantam, ſenſu animal, eſſentia lapidem cum præfigurate notiùs eſt, quàm dicere libeat.

In beſtijs ſuperiora inſunt

Nec ſolùm hominem dicebant omnia in ſe continere, ſed vlteriùs per analogiam quandam progreſſi, etiam ipſa animalia plantaſque in ſe ſuperiora continere dicebant; quod verum eſſe, nemo vel mediocriter in puluere philoſophico verſatus negare audebit. Atque vt ordiamur à volucri beſtiola, quam Claudius Athenæus ſcarabæum appellat, alij ſtercoratium, eo vt nil frequentius ita nil mirabiliùs in tota rerũ natura occurrit. Nam Solis & Lunæ Congreſſum & Nouilunium ſecreta naturæ perſcrutantibus hoc modo facile indicat, dum particulam quandam ex bubulo aut aſtino ſtercore pedibus tam diu, vſque dum in ſphæræ imaginem adaptarit, verſat; quo in certam 28 dierum ſpacio defoſſo, menſe nimirum periodico, eo tandem aperto, prolem vi ſiderum progenitam educit. Sed de hoc pluribus Horus in hieroglyphicis. De Ariete quoq; ad

Mira de Scarabæo.

ad vtrumq; æquinoctium cubandi rationem mutante de Gallo gallinaceo, eiuſque mira ad Solem ſympathia; de Parra auc, quæ eo ipſo die, quo Sirius exoritur ſeu Canis maior, non apparet, donec occiderit; de Oryge quoque beſtia Ægyptijs nota, Sirium, dum ſuprà Horizontem moratur, contrà ſtante, fixilque oculis cum contuente atque adorante multa, Plinius, Ælianus, alijque Authores. Nec mirum eſt, cùm etiam ſideris huius exortum ſentiant maria & ferræ, multæ denique feræ & piſces expaueſcant; ferueant maria, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna, & canes in rabiem aguntur, Auicula linaria vocem remittit, ac ſenſim obmutescit. Sic Arcturo Galerita, Procyone exoriente Luſcinia, Coccyx, aliæque cantum intermittunt. Quæ omnia non fierent, niſi inferiora in ſuperioribus, & contrà, per admirabilem illum rerum in vnum conſenſum, eſſe reperirentur.

Ariet. natura. Gallus. Parra auis. Oryx.

Plinius. Ælianus.

Linariæ auiculæ ad Sirium ſympathia.

In plantis quoque, quicunque ſcrutandæ naturæ auidus eſt, ipſo die Solſtitij, miracula obſeruet potiſſimùm in foliis ſalicis, populi albæ, vlmi, tiliæ, & oleæ; ex eorumque intuitu non perfunctorio animaduertet tropicam harmoniam, viſibilemque ſympathiam, quam dictarum arborum folia eo ipſo die Solſtitij cum Sole palam oſtendunt: ſupinas enim foliorum partes aliâ facie cœlum intueri obſeruabit, quàm quâ ſpectauere pridie. Nil dicam hîc de cicoreo, malua, calendula, prateníi loto, heliotropio, thithymallo, helioſcopio, omnibus Soliſequis: nil de Lunaria, motus Lunæ, mutationeſque ſubeunte. Cœpa certè, vt eſt apud Plutarchum, decedente Luna reuireſcit & congerminat; eâ verò adoleſcente & creſcente mareſcit. Quæ res olim effecit, vt Sacerdotes Ægyptij cepas non ederent, quòd ſolæ olerum omnium contra Lunaris ſideris incrementa damnaque vires minuendi augendique habeant contrarias.

Mira plantarum.

Herbæ Soliſequæ.

Cæpas cur Ægyptij non comederent.

Sed ne quicquam de lapidibus omiſiſſe videamur, quid mirabiliùs ea gemma, quam Cardanus ſcribit, fuiſſe in digitis Clementis VII. Pontificis? Nam aureolam habebat maculam, quæ iuxta Solis motum ſingulis diebus oriens & occidens circumagebatur. Conſimilis virtutis lapidem, Leonem X. Pontificem habuiſſe idem tradit Cardanus, quæ pro varietate luminis Lunæ ex cæruleo in candidum tranſibat. Sic Helioſcelenus lapis, congreſſum Solis & Lunæ, teſte Proclo, quodammodo imitatur, & colore figurat. Magnetis quoque ſtupenda miracula, veram illam ſuperioris Mundi ſobolem, qui profundiùs ſcrutabitur, fatebitur, quicquid in cœlo motuum, in terra virtutum, naturam in hunc vnicum congeſſiſſe; vti nos exactè in noſtra Magnetica arte demonſtrauimus.

De gemmarũ miraculis, Cardanus.

Proclus.

Eſt itaque in terris Cœlum, Sol, Aſtra; eſt Saturnus, eſt Mercurius, Iuppiter, Mars, Venus, Luna. Licet itaque in hac inferioris Mundi natura, vel ſi mauis, in rebus terræ, aſpicere Solem, Lunam, Aſtra, Planetas. Vnde Ægyptij, teſte Proclo, & Iamblicho, ſentiebant mira fieri poſſe ab homine eius conſenſus gnaro: teſte quoque Manethone affirmabant, quaſlibet Mundi res naturales, à ſtellarum radijs propriè illis dicatis, peculiari charactere virtutis earum participe inſigniri, earumque virtutem diffundi in res, quibus applicantur. Aiebant enim, teſte Iamblicho &

Quæcunque ſunt ſuprà, infra quoque ſunt.

Proclus. Iamblichus. Manethon.

Pro-

Proclo, animalia, vegetabilia, & mineralia ratione specificæ, aut individualis constitutionis illorum, virtute aliquâ cœlitus imbui, quæ certis rebus adeo quandoque familiaris est & amica, vt vltrò eis societur, pariat & obsequatur; alijs verò adeo contraria est, & inimica, vt earum operationes fugiat & liget. Atque hinc, vt ego arbitror, origo magiæ naturalis, quæ à Sapientibus Ægyptiorum velut maximum in naturalibus rebus arcanum hieroglyphicis literis & symbolis semper tecta fuit, ne in abusus ab imperitis traheretur, vti nos (proh dolor) nostro seculo ingemiscere cogimur, cùm sublimissimam hanc scientiam, totius Philosophiæ disciplinæ apicem, tam miserè ignarorum hominum scriptis depravatam, anilibusque superstitionibus refertam intuemur. Verùm, vt antequam de sublimi hac Ægyptiorum Philosophia ad alia transeamus, visum fuit hîc Procli verba adiungere, quibus superiùs dicta ita confirmantur, vt illa sola explicationis loco sufficere possent; sic enim ait in libro de Sacrif. & Magia: *Quemadmodum amatores ab ipsa pulchritudine, quæ circa sensum apparet, ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur; sic & Sacerdotes antiqui Ægyptiorum, cùm considerarent in rebus naturalibus cognationem quandam, compassionemque aliorum ad alia, & manifestorum ad vires occultas, & omnia in omnibus inuenirent, sacram eorum scientiam condiderunt. Agnouerunt enim & in infimis suprema, & in supremis infima; in cœlo quidem terrena secundùm causam, modoque cœlesti; in terra verò cœlestia, sed modo terreno. Nam vnde putamus plantas illas, quas Heliotropias nominant, ad Solis motum, Solem versus moueri, Selinotropias verò ad Lunam? nempe cuncta precantur, hymnosque concinunt ad Ordinis sui Duces. Alia quidem intellectuali modo, alia rationali, alia naturali, alia verò sensibili modo. Itaque Solis quia quomodocunque potest mouetur ad Solem; ac si qui possit audire pulsationem ab ea in aëre circuitu factam, profectò ille quendam per eiusmodi sonum erga Regem suum compositum aduerteret, qualemcunque potest planta confecre. Quamobrem in terra quidem aspicere licet Solem & Lunam, sed pro qualitate terrena; in cœlo autem plantas omnes, & lapides, & animalia, pro cœlesti natura vitam habentia intellectualem. Quæ quidem Veteres contemplati, alia cœlestium, alia terrenorum, vnde diuinas virtutes in locum inferiorem, ob quandam similitudinem, deduxerunt. Nempe simil tudo ipsa sufficiens causa est, ad res singulas inuicem vinciendas. Si quis enim Cannabim siue papyrum calefaciat, deinde subigat lucernæ proximæ, etiamsi non tangat, videbit subitò accensam Cannabim, quamuis non tetigerit ignem, accensionemque desuper ad inferiora descendere. Camparemus itaque Cannabim calefactam siue papyrum cognationi cuidam inferiorum ad superiora; appropinquationem verò eius ad lucernam, opportuno vsu rerum pro tempore, loco, materia; processum ignis in Cannabim, præsentiæ diuini luminis ad id, quod potest capere; accensionem denique Cannabis, ob quandam diuini seminis participationem. Quid verò de Loto dicam? Lotus implicat quidem in se folia ante Solis exortum, orienti verò Sole explicat paulatim, & quatenus Sol ad mediam cæli ascendit plagam, eatenus pandit folia; quatenus verò à medio petit occasum, gradatim folia contrahit: videtur hæc non minùs dilatatione contractione q; foliorum honorare Solem, quàm homines corporis gestu, motuque laborum.* Et paulò post ait: *Non solum verò in*

Magiæ naturalis magnitudo.

Procli de sacrificio & magia.

Quantum valeat similitudo.

Mira de loto Ægyptiaca.

in plantis, quæ vitæ vestigium habent, sed & in lapidibus aspicere licet, imitationem & participationem quandam luminum superiorum; sicuti Helites lapis radijs aureis solares radios imitatur; lapis autem qui vocatur cœli oculus, figuram habet similem pupillæ oculi, atque ex media pupilla eminet radius. Sic diuinorum omnia plena sunt, terrena quidem cœlestium, cœlestia verò supercœlestium; procedit q; quilibet ordo rerum vsque ad vltimum, quasi vellet dicere, quæ super ordinem rerum colliguntur in vno, hæc deinceps diuidantur in descendendo, vbi alia asimæ sub Numinibus alijs ordinantur. Deinde & animalia sunt solaria multa, velut Leones, & Galli, Numini eiusdem Solaris pro sua natura participes. Vnde mirum est, quantum inferiora in eodem ordine cedant superioribus, quamuis magnitudine potentiaque non cedant. Hinc ferunt Gallum timere à Leone quamplurimum, & quasi soli; cuius rei causam à materia sensuque assignare non possumus, sed solum ab ordinis superni contemplatione, quonam videlicet Solaris virtutis præsentia Gallo magis quàm Leoni conuenit. Confirmat hoc varia Metamorphosi, quâ ait quandoque nonnullos Solares Angelos formæ eiusmodi præditos compariisse. Dæmones quoque visos Solares, leoninâ fronte, quibus cùm Gallus obijceretur, è vestigio disparuisse. Quod quidem Proclus ait inde procedere, quòd semper, quæ in eodem ordine constituta inferiora sunt, reuerentur superiora, quemadmodum plerique intuentes virorum diuinorum imagines, hoc ipso aspectu vereri solent, turpe aliquid committere. His dictis & explicatis, concludit tamen hisce verbis: *Vt autem summatim dicam, alia ad reuolutiones Solis circumferuntur, vti plantæ, de quibus diximus; alia figuram Solarium radiorum quodammodo imitantur, vt Pehna, Dactylus; alia igneam Solis naturam, vt Laurus; alia aliud quiddam. Videre sanè licet proprietates, quæ colliguntur in Sole, passim distributas in sequentibus in Solari ordine constitutis, scilicet Angelis, Dæmonibus, animis, animalibus, plantis q, atque lapidibus.* Idcò Sacerdotij veteris Authores à rebus apparentibus superiorum virium cultum inuenerunt, dum alia miscerent, alia purificarent, &c. quæ sequuntur.

Leones & Galli animalia solaria.

Angeli Solares.

Ecce Lector antiquorum Ægyptiorum Musicam, per superiora verba hieroglyphico velo tecta; quam tibi ideo fusiùs declarauimus, vt videres & melius illud, in quo ipsi maximè philosophandum existimarent, cognosceres. Cognito enim, & inuestigato superiorum cum inferioribus rebus connexu, per applicationem actiuorum cum passiuis mira, arte producebant; vnde in saxis & Obeliscis, quamuis non nisi hieroglyphicis tecta, ne ab indignis in abusum traherentur, sapientibus Solis proponebantur, vt testatur Democritus Abderita Philosophus in lib. cui titulus est Δυναμεις ἐφ' ἁρμονιαν; & Synesius, qui in illum ad Dioscorum magni Serapidis Alexandrinorum Dei Sacerdotem Scholia composuit. Nam in Ægyptum profectus, apud magnum Hostenem in templo Memphis, vnà cum Sacerdotis filijs ministri officio fungebatur, & dum in templo cibum sumerent, repentè sponte suâ, lapidea apparuit in cinereo puluere scissa columna, ex qua ἀνεῳγοτα βιβλια extrahentes, inuenerunt in eis aliud prorsùs nihil, quàm tria hæc:

Democritus Abderita. Synesius Sacerdos in templo Memphis.

Ἡ φύσις τῇ φύσει τέρπεται.
Ἡ φύσις τὴν φύσιν νικᾷ.
Ἡ φύσις τῆς φύσεως κρατεῖ.

Hoc est:

Natura Naturâ delectatur.
Natura Naturam vincit.
Natura Naturæ dominatur.

Quibus verbis, superioribus quasi parallelis, nihil aliud indicabant, nisi summa naturæ mysteria, quorum subsidio a Sapiente horum gnaro, naturæ artisque miracula perfici possunt.

CAPVT III.

Quomodo, quibusque hieroglyphicis Musicam mundanam expresserint Aegyptij.

MVsicam seu harmoniam mundanam expressuri Aegyptij Hieroglyphicè, puerum pingebant reticulatâ veste inuolutum, in cuius manibus erat sceptrum cucuphomorphon, siue Vpupæ capite insignitum, lituus & gnomon; à tergo verò trigonus dependebat, qui in globum resoluebatur, vti figura hîc apposita ex Mensa Isiaca, quam Tabulam Bembinam appellamus, deprompta, manifestum fit.

Nota, triangulo in hac figura annexum eundem esse globum.

Per puerum Mundus sensibilis indicabatur, perpetua generationis successione quotidie velutiflorescens, reticulatâ veste inuoluitur, quia Mundus reconditis earum, quæ continet, rerum ambagibus inuolutus, difficulter percipitur; per sceptrum cucuphomorphon magna rerum in sensibili hoc Mundo varietas; per gnomonem, earum apta connexio, & exacta rectitudo; per lituum denique harmonia omnibus numeris absolutissima exprimitur; trigonum cum annexo circulo denotat Mundum hunc ex Mundo archetypo profluxisse, Patri suo Opificique quam maximè similem. Verùm cùm hæc tùm alibi in hoc libro, tùm in Obelisco Pamphilio fusè tractauerimus, eò Lectorem remittimus. Vtebantur præterea Aegyptij alio instrumenti Musici specie, quod Sistrum vocabant, illudque variâ forma apparabant. De quo instrumento cùm in tertio Tomo copiosiùs detur disserendi occasio, hîc longior esse nolui. Erat autem mysticis rationibus

bus institutum eo fine, vt sono citiùs adueniæ potestates prosligarentur, monstrumque Agathodæmonis denotabat. Sed vt dixi, de his pluribus tùm in sequentibus, tùm in Obelisco Pamphilio.

Sed vt ad institutum nostrum reuertar, missi antè complures annos ex Aegypto ad me Michael Schatta Cophtita, oriundus olim in Cophticis Godlicibus monasterij, inscriptionem hieroglyphicæ columnæ iacentis, non procul Memphi distantem, cuius typum hîc vnà cum interpretatione apponimus. Duo accipitres erant, vnus inferior superiori subiunctus, alter superiori pyramidi innitens; vterque binis sceptris insignitus erat; in medio organum erat, seu septichorda Lyra; quæ duabus catenis connectebatur ab infrà & suprà cum duobus accipitribus, vt in exemplo hîc apposito apparet.

Explicatio.

Hæc symbolà nihil aliud significare dicimus, quàm harmoniam Mundi, quâ inferiora superioribus veluti catenâ connectuntur. Ac primò quidem accipiter cùm duplici sceptro indicat, naturam seu vim cœlestem, per duo sceptra indicatur duplex potentia in inferiora & superiora; pyramis quibus innititur significat naturam ignem & penetratiuam; hydroschema autò & columba significant duo rerum principia, aërem & aquam, ex quibus Ægyptij omnia constare putabant, quod & bene obseruat Athenæus l. 8. Aegyptiorum enim ait, sicut & Assyriorum religio fuit, vt piscibus in Rheæ seu Isidis veneratione abstinerent; putabant enim aquâ & aëre naturam rerum præcipuè constare; proque vnda pisces, pro aëre columbam venerabantur. Cubus significat terram cui accipiter insidens cum duobus sceptris monstrat virtutem cœlestem inferioribus communicatam, quâ causatur mirabilis ille Mundi concentus per heptachordam lyram indicatus, quâ superiora inferioribus coadunantur. Nos quamnis hanc explicationem quoad substantiam tanquam euidentem approbemus, ad meliorem tamen eius, quæ apud Aegyptios viguit, naturalis Philosophiæ intelligentiam, paulò vberiùs illam explicare visum fuit, vt & ea quæ ab Aegyptijs ingeniosè conficta sunt, cum ingenio quoque explicentur, explicataq; probatorum Scriptorum authoritate ita comprobentur, vt tenor & series historiæ Aegyptiacæ cum dictis faciliùs consentiens, in nullo dissona reperiatur.

Quid pyramis.

Quid pisces & columba.

Quid cubus.

Explicatio Authoris.

Philosophi itaque Aegyptiorum altiùs philosophantes cùm viderent admirabilem illum rerum omnium nexum & ordinem, vnum aliquem spiritum seu Animam Mundi, omnia hæc moderantem, statuerunt, quam accipitri comparârunt, atq; per Osiridem seu Solem, & Isidem seu Lunam significarunt, vt suprà fusè explicatum est. Accipiter itaq; supremus duobus sceptris munitus, significat Osiridem seu Animam Mundi duplici potentiâ superiora & inferiora moderantem, à Poëtis non male

Spiritum institutum in modo accipitris figura exprimere Ægyptij.

per Iouem & Plutonem indigitatis, diuinitatem ejus esse vnius, atque omnia penetrantem. Inferiùs autem Scopitæ coelo in quibus duplici quoque secto rotundi fulgent circuli Animæ Mundi duplicem indicant, caminum, qua licet in aperto videbimus terræ, quæ nihil aliud est, quàm Plato, id quidam subterraneus Sol, seu Osiris astra illuminans subterranea, eaque virtute suâ animans, vtpote metalla, septem subterraneos orbes planetas, eorum reliquias lapidum pretiosorum varias virtutibus referentium exercitus, & alteram, quæ supra terram in plantarum varietate, in herbarum, arborum, & singulorum vsu cognoscitur, quæ nihil aliud sunt quàm astra quædam, terrestria superioribus nutris substantiæ. Omnis planeta habet plantam correspondentem. nullam enim herbam esse in terra, quæ non suum habeat astrum seu planetam in cœlo, eamque animatam, motu entem, & virtute sibi secundantem, supra ex abstrusis Sapientibus probatum est. Atque hoc est, quod Mercurius Trismegistus in libro, qui Minerua Mundi dicitur, asserit his verbis: *Mirandum sanè est, quòd omnia altra cælestia, quæ in cælo corporibus suis manifestè patent sereni tatis in terra spiritibus suis occultè clausa latent. Et sicut Sol cælestis suo calore spiritualis generat omnia terrestri modo; ita Sol terrestris suo calore spirituali creat & regenerat omnia spiritualiter. Per Solem cælestem operatur spiritus Vniuersi in natura omnia naturaliter, sed per terrestrem Solem operatur idem ille spiritus omnia, sed spiritualiter: nam spiritus per nullum aliud medium, quàm per Solem operatur, quia in Sole saltem, & non alibi vspiam sedem sue habitationis posuit. Sic quatuor elementa vbique latent, in cælis cælesti modo, in inferiori Mundo modo proprio, eique consentaneo, quæ omnia virtute spiritus diuini mirabiliter confouerantur.* Quæ profectò verba tam clara sunt, vt totam nostram hieroglyphicam epigraphen referre videantur. Quid Hydrobbelus & Columba. Quid enim aliud cubus, hydroschema, columba, pyramis, infrà supraque Lyram posita insinuare videntur, nisi quatuor Elementorum vim in omnibus latentem? Cubum enim symbolum terræ esse, doctè demonstrat Pierius, & Anonymus quidam in Appendice hieroglyphicorum Pierij L. 2. Pyramidem ignis hieroglyphicum esse, ibidem demonstratur; hydroschema verò aquæ symbolum iam passim docuimus. tametsi Aelianus & Athenæus per piscem & columbam aquam & aërem indigitauerint. Pierius. Aelianus. Columbæ cum aëre affinitas. Nam columbam & piscem ab Assyrijs & Aegyptijs in gratiam Rheæ cultum, eò quòd aërem & aquam potiores esse partes, in quibus sese ostentet natura rerum, arbitrarentur, suprà dictum est. Cùm verò volatile vnumquodque animal aëris sit indicium, columbam præcipuè nunc patione hâc, hieroglyphicoque Veteres honestarint, quòd domesticis alitibus nulla æque longius domo, neque diutiùs amulet, tecti tamen larium que memor summâ fide reuertatur, & manusuetissimâ nobiscum habitatione diuersetur. Sine ea potius fuerit huius honoris causa, quod illi tanta sit cum aëre familiaritas, vt ibi tutiùs quàm humi versari videatur, tantaque sit ejus velocitas, ac volatus facilitas, vt Maro dicat l. 5. Aeneid.

Nec non & volucrum raucæ, per nubila cœtus
Egerere escam, & pressam inclusumque dolorem
Ore suo, pecudes, armentaque gramina carpunt.

Me-

Meritò itaque Syri, qui aërem vsque adeo colunt, tantâ religione pepercêre columbæ. quod ita tangit Tibullus:

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæstino sancta columba Syro. Tibullus.

In medio portò Lyra ἐπὶ ἔχοντος se offert, catenis ab infrà & suprà affixa; quibus nihil aliud indicatur, quàm admirabilis illa harmonia Mundi, in quo inferiora superioribus commixta iucundissimum quendam veluti concensum efficere solent, cùm in stellarum corporibus, orbium interuallis, conuersionum celeritatibus, apto ordine dispositis, tùm in concinna elementorum compage, ac etiam temporum vicissitudinibus æquabili dimensione sibi mutuò succedentibus; quæ omnia ab Osiride illo cœlesti & diuino, à Duce (vt cum Cicerone loquar) & Principe ac Moderatore reliquorum luminum, mente Mundi & temperatione gubernari videntur, vt bene Orpheus in hymno ad Solem obseruauit. Quid Sphærodes. Cicero.

Χρυσολύρη σέφιν τὸν ἑπτάφθογγον ἀείδω.
Aureum habens lyram, concinnum Mundi cursum trahens.

Cœterùm quid septem chordæ sibi velint, liquet ex Macrobio 1. Saturnal. Lyra, ait, *Apollinis chordarum septem, tot cœlestium sphærarum motus præstat intelligi, quibus Solem moderatorem natura constituit.* Sidonius quoque Epithal: Polemij & Asaneolæ ad idem exemplar seruatum ait esse septenarium numerum in Lyra, Cythara, Fistula. Sic apud Euripidem Iphigen. Taur. Chorus de Apolline verba faciens nominat Κλαρὸν ἑπτατόνου λύρας. Fabulam verò sectatur Callimachus hymno in Delum, cùm ait, hunc numerum ideo ab Apolline electum, quia matre ipsum pariente modulantes olores septies Insulam volatu cinxerant. Quoniam verò ex quatuor anni partium æqualiter vibratâ vicissitudine, aut elementorum proportionata mistura, harmonia quædam promanare videtur, Vniuersi scrutatrix; concinnè in Obelisci medio eius rei indicem exsculptam videmus lyram: quemadmodum enim Musicæ vis in eo sita est, vt variæ vocum intensiones remissionesque, sonique tùm acuti, tùm grauis congruenti temporum mensura dispositi in dulcem coëant concordiam; ita Osiris seu Apollo, cœlestis ille Cytharœdus, Mundi partes omnes pulsans à nete ad hypaten, atque ab his ad meson, reliquasque intermedias chordas progrediens, seruata veluti ad numerum temporum symmetria, calida cum frigidis, cum siccis humida consocians, pulcherrimum efficit temperamentum. Nam vt bene Plin. l. 11. c. 49. Solis natura temperandis intelligitur rebus, vt veritus in illum quadret, quod de Orpheo apud Cassiodorum legimus Var. lect. l. 1. In vnum conuentum contraria vota collecta sunt, & fidem dicente Lyra omnia sibi aduersa crediderunt. Porrò hanc Lyram Orpheus ad tria anni tempora accommodasse videtur, cùm dicit: Macrobius. Sidonius. Septenarius numerus. Euripides. Callimachus. Fabula. Plinius. Cassiodorus.

Εἰς ὑπόδημα χελώνης, ὅτοις πάντας θεμένας
Δόξεν ἀεὶ ἔαρ ὑπνώοντα φέρειν ἀγέρα.

Anni tempora. Ægyptij annum in vere autùm partes dividebãt omisso Autumno. Diodorus. Hieron. Alex. Minerua. Τετρασίνια.

Hoc est, *In infimis seu hypate hyemem, in nete seu supremis æstatem, ver in dorio cantu dijudices.* Sed cur Autumnum prætermiserit, causa est, quòd Antiqui Ægyptij, teste Diodoro l. 1. c. 2. triplicem tantummodo anni diuisionem statuerint; ideircò tres numero Horas finxerunt, vt benè notat Hieronymus Alexander in explicatione Tabulæ Solaris; Mineruamque, sub qua aërem significabant, Τετρασίνιαν ideo dictam scribit Diodorus, quòd ter in anno naturam mutat, Ver, Æstatem, Hyemem. Asserit quoque idem Author, existimatum ab Aegyptijs, Osirin & Isidem, Solem videlicet & Lunam, *τὸν κοσμοποιὸν λόγον ὑπάρχειν, ἔτι δὲ καὶ τὸν ἀγαθοποιὸν καὶ τὸν ζωοποιὸν καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι καὶ ἐν πᾶσι θεὸν καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος καὶ τὸν ἐν τῷ μεσουρανήματι καὶ τὸν ὑπὸ γῆν, ὃν καὶ Ἥλιον καλοῦσι. Mundum vniuersum gubernare, nutrientes & augentes omnia, tripartiti temporum inuisibili motione circuitum perficientibus, Ver scilicet, Æstatem atque Hyemem.* Latini interpres qui hyemis loco Autumnum hîc nominauit, pro χειμῶνα, legisse videtur ὀπώραν in suo exemplari, nisi incuria fuit peccatum. Ad veterem itaque trium temporum imitationem, tribus chordis instructa fuit Lyra, ad quam si accedat tetrachordum Terpandri & Orphei, aut, vt Boëtius vult, Mercurij, ad quatuor vniuersitatis elementa concinnatum; habebimus τὸ ἀγαθὸν in epigraphe nostra indicatum; quod typum Vniuersi supra diximus, & ordinatissimi mundani concentus symbolum, quo cuncta Mundi membra ad inuicem ita consonant, vt Mercurius Trismegistus hanc dissonam concordiam, discordemque rerum omnium consonantiam contemplans, ausus sit dicere, totum Mundum cum omnibus suis partibus, vel in vnica Musica latere; cuius etiam dicta cum hisce duabus inscriptionibus, quas hactenus explicauimus, adeo consentiunt, vt harum vnicum Authorem ipsummet Mercurium existimem, cuius quidem suis in libris fidem locupletissimam & indubitatam facit; dum quæcunque sunt infra, esse etiam suprà, seu quod est inferius, esse etiam superius passim asserit, & multa alia, quæ de Sole & Luna parentibus omnium rerum dicit. Alibi autem hæc ad Mundum archetypon traducit, cùm ait; *In Mundo Angelico seu intellectuali eadem sunt entia, quæ in ista visibili machina, sed spiritualiter ego: inuisibiliter; In supremo Mundo Deali creato, increato, infinito, incomprehensibili, Archetypo, tam Angeli, quàm Mundus, vnum sunt, ego simul, modo diuino perfectissimo.*

Trismegistus.

De trium Mundorum ad se inuicem comparatione.

Atque ex hoc tam longo discursu apparet, quâ ratione per sublimem hanc Aegyptiorum sapientiam infima monstrent superna, corporalia declarent intellectualia, per inferiorum & terrestrium naturas, & proprietates, superiorum & cœlestium; siquidem hæc inferiora externa & visibilia exemplaria superiorum notæ, ac inuisibilium internorum symbola sunt, quibus nos è temporibus seductorijs manuducimur ad æuiterna & spiritualia. Tota creatura & hæc ampla Mundi machina, in qua Creator inuisibilis se nobis videndum & tangendum exhibet, nihil aliud est, quàm vmbra Dei, ac figura interni paradisi, illius videlicet intuitus, quo clarè videntur & intelliguntur creaturæ, quæ sunt Creatoris posteriora & esse-

Mundus hic visibilis est vmbra & figura futuri Beatorum status.

& effectus, per quorum cognitionem cognoscitur Creator opifex, & prima causa agens omnia. Creatura enim omnis, vt benè D. Augustinus, à Deo creata est, vt sit in testimonium verbo Creatoris, per quod facta est. Quòd autem in Archetypis omnia continentur inuisibili modo & spiritali, quæ in hoc visibili corporaliter apparent, & quòd omnia ab intra fluant ad compositum, & nil ab extra sumatur; probat & demonstrat ipsum Naturæ lumen ascendendo & descendendo, intrando & exeundo. Tres numerantur Mundi, vti suprà probauimus, tam iuxta Hebræos, quàm Aegyptios; Mundus Archetypus per Osiridem, Angelicus per Isidem, per Horum sensibilis hæc Mundi machina repræsentatur; quæ per tres spiritus suprà indicantur, inferiorem, superiorem, & medium ex his compositum, seu harmoniam. Horum porrò Mundorum quisque à superiore regitur, & suarum virium suscipit influxum, ita vt ipse Archetypus & summus Opifex per Angelos, cœlos, stellas, elementa, animalia, plantas, metalla, lapides suæ omnipotentiæ virtutes exinde in nos transfundat, ita quorum ministerium hæc omnia condidit. Introitus autem vel ascensus fit, quando per scalam Iacob ex infimo tollor ad supremum, ex sensibilibus ad intellectualia, ex creaturis ad ipsum Creatorem ascendendo. Hebræorum נפתח vocant per 50 portas intelligentiarum; gradus sunt seu limites omnium rerum ex primo Geneſis capite collecti, quibus oculi symbolis ac notis ad summam rerum omnium cognitionem deducimur. Egressus verò seu descensus fit, vbi ex Deo ad creaturas, ex intellectualibus ad externas formas, à centro ad circumferentiam deuoluimur; vt intueor oculo sensuali, exempli gratia, hunc nucleum pomi, relicta autem corporeitate, recipio me ab externa forma ad interius semen inuisibile, & oculo mentali contemplor totam arborem cum radice, trunco, ramis, surculis, foliis, floribus, fructibus suo tempore per separationem manifestandis complicari; illud semen illa corporalia non ab extra sumit aliunde, sed ex se, & ex suis penetralibus emittit singula. Cùm verò eiusmodi semen sit imago seu vmbra Angelicæ substantiæ, & totam molem corpoream arboris intra sua penetralia complicet absque quantitate & qualitate; certè vnicus Angelus complicabit semina omnium rerum intra se multò abilius, vti præstantioris, superioris, & excellentioris naturæ. Nam quo quid simplicius, iuxta D. Th. p. 1. eò quoque perfectius, absolutius, & potentius; & quicquid potest potentia inferior, idem potest potentia superior multò perfectiùs & excellentiùs. Quando igitur Anlus mira producit, non extra se illa sumit aliunde, sed ab intra è suis virtutum penetralibus (quia perfecta Dei imago) producit & largitur, quando vult, & quoties vult citra sui diminutionem: Angelus enim omnia secum gerit & habet Angelico & spirituali modo, imò totam Mundi machinam in se complicat, & eum ista omnia hæc inferiora. Cùm ergo Angelus illa possit, negandum non erit, primam & supremam causam, à seipsa existentem, independentem, omnia secum inuisibiliter & spiritualiter in abysso sua complicare, imò omnia esse in fontali vnitate simplicissimè; Deus enim centrum & circulus sui ipsius in seipso habitans, hoc est, in abyss-

Tres Mundi per Osiridem Isidem, & Horum repræsentantur.

50 Portæ Intellig.

De Angelica natura.

De Diuina natura.

abyſſo infinitudinis (Hebræi אין סוף vocant) non ex vlla egenti naturæ neceſſitate, ſed ſola voluntate ſua libertima, & ex mera bonitate, ob infinitam gloriam ſuam, omnia ex ſuo gremio ceu diuinitatis profundiſſimo conceptu & receſſu (Hermes dicit, à viſceribus tenebrarum) emittens per Verbum ſuum primò produxit lucem, id eſt, Angelicas ſubſtantias; lucem illam Angelicam conſecuta ſunt aſtra, hæc corpora, ſeu Mundi viſibilis machina ex ſeptem ſphæris & quatuor elementis conſtata, & ſic omnia ſunt in omnibus ſuo modo, & vnum manet in altero, ſicut ſemen in arbore, & arbor in ſemine. Omnia corpora ſeu elementa viſibilia ſunt in aſtris ſeu virtutibus inuiſibilibus, ſeu ſpiritualibus elementis, & aſtra ſeu virtutes ſunt in corporibus. Aſtra ſunt in Angelis, & Angeli ſunt in aſtris. Angeli ſunt in Deo, & Deus in Angelis, ita vt ſemper ſuum ſuperius poſſit eſſe abſque inferiori, non è contra. Cognito itaque Deo, cognoſcuntur Angeli; his cognitis cognoſcuntur aſtra, id eſt, inuiſibiles rerum virtutes; cognitis hiſce nota erunt omnia creata, ſeu Mundus viſibilis; cognito Mundo viſibili tandem notus erit homo μικροκοσμος, Mundi filius; talis enim eſt filius, qualis pater per omnia. Sic ex viſibilibus deprehendimus inuiſibilia. Sicut igitur in Deo omnia ſunt diuinè, & in Angelis angelicè, ita in Mundo omnia ſunt corporaliter. Quicquid eſt in Mundo viſibili ſenſibiliter in Elementis, id in inuiſibilibus rerum virtutibus eſt ſpiritualiter, & quicquid in his ſpiritualiter, id in Angelis eſt angelicè, in Deo diuinè. Atq; hæc eſt catena illa in ſuperiori epigraphe ab Ægyptijs indicata, ſanè aurea, cœlitus fragilitati noſtræ in terram demiſſa, cuius ope per creaturarum ordinem, ab imis ad media, & per hæc extra Mundum ad ipſum rerum Opificem aſcendimus & aſſurgimus ad vnum, primum, & ſummum, ad quod tanquam ad deſideratum terminum omnes creaturæ conatu ſuo atque gemitu voluntario tendunt impetu. Omnia igitur ſunt in omnibus; cœlum ſuprà, cœlum infrà; aſtra ſuprà, aſtra infrà; & vt benè Mercurius ſemen eſt arbor complicata, arbor eſt ſemen euolutum & explicatum; vnitas eſt numerus iuxta Platonem complicatus, numerus eſt vnitas euoluta; Angelus eſt aſtra complicata, aſtra ſunt Angelus euolutus; Deus eſt, in quo ceu Archetypo Mundus complicatus eſt diuino modo, Mundus eſt Deus (ſi ita dicere liceat) euolutus; ſic etiam in microcoſmo quinque ſenſus ſunt in imaginatione, imaginatio in ratione, ratio in mente, mens in Deo; Deus in nullo niſi in ſeipſo. Inferiora itaque videntur in ſuis ſuperioribus, vltima in penultimis, & rurſum priora his ſimiliter in prioribus, aliudque ſemper in alio, quouſque perueniatur ad ſummum. Quod non malè per Lyram ſeptichordam ab Ægyptijs inſinuatũ fuit; ab hypate enim ad Neten vſq; per intermedias chordas, & è contra procedentes, tonatim omnia in omnibus admirabili quâdã harmonia concentuque contineri videmus. Sed hæc hactenus, quæ ideo fuſiùs explicauimus, vt & ſapientia admirabilis Ægyptiorum, & eorum cum noſtra philoſophandi ratione faciliùs eluceſceret. Beatum enim dicebant illum huius Philoſophiæ gnarum; cauſam dabant, teſte Porphyrio, quia Solem cœleſtem, cæteroſque planetas in omnibus inferioribus latere ſentiebant, quo-

Quomodo omnia in omnibus ſint.

quorum virtutibus artis ſubſidio per ignem ſeu Chimicè arte extractis, ad immortalitatem & ſummam felicitatem peruenire & poſſe exiſtimabant. Sed de his forte alibi dabitur dicendi locus.

CAPVT IV.

Quòd omnes hymni Veterum ad Muſicam mundanam alluſerint, quam qui noſſet, eum admirandos effectus eius ope perpetraturum credebant.

VEteres non tantùm Muſicæ mundanæ ſymphoniam proſcopo contemplationis habebant, ſed practicè quoque operatione, eius ope ſingularum rerum ordines, claſſes, conſenſus, diſſenſuſque ſummo ſtudio inquirebant, nulloque medio faciliùs quàm huius interrò ſe potituros credebant. Hinc in ſacrificijs ad normam harmonicarum conſonantiarum omnia concinnabant. Et quemadmodum chorda data chordam ſibi ſimilem mouet, ita actiua paſſiuis, ſecundùm harmonicam quandam analogiam adaptando chordas harmonici & mundani inſtrumenti pari ratione ad effectus prodigioſos in natura rerum producendos, ſe moturos credebant. Quod meliori ratione fieri non poſſe putabant, niſi prius ſuperos Mundi præſides, & polychordi mundani pulſatores analogis, niſique cumprimis acceptis rebus, per ſacrificia & hymnoſque ſollicitaſſent; quibus ſollicitatis, per continuam veluti quandam chordarum ſollicitationem vſque ad infimos rerum ordines propagatam, & præ cæteris animæ polychordon ijs motum iri credebant, adeoque animam furore quodam extra ſe raptam diuinæ auræ harmonia mox inuadi, & inde abdita pandere, futura prædicere, infortunatos rerum euentus aduertere & præcauere, ac demum quæ ad publicam vel priuatam cuiuſuis proſperitatem pertinebant, infallibilis ſortis neceſſitate obtinere. Atque tales fuerunt hymni ab Ægyptijs per hieroglyphicorum Schemata exhibiti, quibus Genium certo alicui rerum naturalium ordini præfitutum per hymnos, ſacrificia, & conjurationum ſupplicationes alliciebant; de quibus tùm in præcedentibus variis locis actum eſt, tùm in ſequentibus ampliùs differetur. Tales fuerunt Hymni illi myſtici Orphei, mundanarum partium præſidibus, Genijs, Pani, Plutoni, Ioui, Saturno, Apollini, Herculi, Mercurio, Rheæ, Mineruæ, Palladi, Hecatæ, Proſerpinæ, ſimilibuſque Diis Deabuſque inſcripti. Ad horum Cytharam, Vates Sacerdos ſuam ſummo ingenio adaptabat, & ſonus quidem cœleſtis harmoniæ analogus fatali quâdam neceſſitate cytharam promouebat cœleſtem, verba verò Genios ad cornes ſpondendum ſollicitabant. Hinc fieri non poſſe credebant, quin Genij ſic tracti Vatum votis vndequaque ſatisfacerent; vt proinde non ſine ratione Priſci Orpheum Muſicum, Magum, animalia, ſyluas, atque adeo ipſa ſaxa Lyræ ſono magico trahentem produxerint, de quo admodum eleganter Claudianus in præfatione ſecundi libri de raptu Proſerpinæ, his verbis:

Diuinationem in hymnis ſtatuebant Ægyptij.

Myſtici Orphei hymni.

Origo fabuloſi cantus Orphei.

Tum

Tum puellæ festo lætatæ tempore Veteri
Desultim repetit fila canora lyræ
Et residens teneri modulatus pectine nervos
Pollice festivo nobile ducit ebur.
Vir auditus erat, venti flemuntur, & Undæ,
Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis:
Pertraxit Rhodope, sua quercus carmina montes,
Excussit gelidas pronior Ossa nives
Ardua nudato descendit populus Atho,
Et comitem quercum Pinus amica trahit.
Pyrrhusque Dei quamvis despexerit artes
Orphei laurus vocibus apta venit:
Secorum blandis leporem videre Molossi,
Vicinumque lupo præbuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum Tygride Damæ,
Mossa lam Cervi non timuere iubam.

Quæ quidem prodigiosa animalium, Syluarum, saxorumque attractio partim tropologicè, partim allegoricè accipienda est. Notabant enim Persæi, maximam Musicæ vim esse in animam, eamque secundùm varios eius sonos & harmonias inuari, & tanquam ceram, quocunque torqueas, sequi; ideo ipsam ἀρχὴν παίδων, siue *principium omnium*, & vt Psellus in sua Musica ait, Τὸ Μουσικὸν οἱ παλαιοὶ σπουδὴν ὅλην ἐθεν ἔθεσαν. Præterea videbant eandem Musicam mores posse componere & variare; nihil enim tam facilè in animos teneros ac molles influere, quàm varios canendi sonos, quorum dici vix potest, quanta sit vis in vtramque partem: namque & incitant languentes, & languere faciunt excitatos, & tùm remittunt animos, tùm contrahunt, vt fusius paulò post dicetur. Saxa igitur, syluas, & animalia, id est, homines prorsus insensatos, ferinos & crudelitate immanes, diuino Lyræ suæ sono attractos ad humanitatem & politicam viuendi rationem perduxit. Alij verò dictam attractionem allegoricè intelligunt. Cùm enim, aiunt, Orpheus insignis esset Astrologus, & Musicus, vtramque artem perfectissimè callens, ita opportunè temperabat & miscebat sonos, vt cœlestium syderum, quam optimè ipse intelligebat, imitaretur harmoniam, eorumq; omnem in se traheret ac deuocaret influxum, atque vim; quâ fretus, quæcunque vellet, pulsando cieret ac deliniret. Nonnulli quoque subiungunt, quòd cùm optimè nôsset, quâ proportione, & quo concentu vnumquodque esset à natura constitutum, compositumque, cuique stellæ pareret, esseque subiectum, musicales rationes eisdem accommodans, & stellis earum, ad motum allieret inanimata per vim stellarum, quam in illis latentem externâ suâ harmoniâ quasi produceret; non secus ac ferrum ex silice latentem ignem excutit, vel flammam flatus follis abditam prodit; sunt enim in omnibus rebus quidam veluti latentes igniculi, atque semina harmoniæ siue sensus, adeo vt vel ipsum Deum Veteres dicerent ἀφροδίτην ἀνάγκην.

Saxorum attractio ab Orpheo facta quid sit.

Musica vis inanimis moralium.

Ne-

Nescio sanè, quæ occulta, & hucusque impenetrata vis naturæ motui insit, quo id in alio posse videmus, quod ipse facit; quod non in extrinseco tantùm corporis motu contingit, sed & potissimùm eo in motu, qui linguæ officio sit in verba & cantus prorumpentis. Videmus enim, vel vnum cantantem, ad idem alios faciendum occultâ quâdam vi (siue id metu, vt in panico timore perculsis, siue instinctu lætitiæ, vt in lætantibus contingit) excitare: quod cùm in alijs motibus fiat, certè maximè locum habet in vocibus humanis. Vox enim humana cùm nihil aliud sit, quàm artificiosus quidam motus linguæ iuxta intentionem hominis ad aliquid significandum formatus, prorsùs id in alijs facere videmus, quod ipse præstat. Experientia enim docuit, vnum cantillantem, vel plangentem, vel sibilantem, aut etiam oscitantem, ad idem faciendum alios excitare. Quod cùm verùm sit in sonis vocibusque etiam rudibus impolitisque, certè multò magis in concinno verborum vocumque contextu verificabitur. Notarunt hanc abditam naturæ vim à principio primæuæ sapientiæ Magistri; hinc laudes Deorum immortalium non quolibet fortuitoue verborum contextu concinnabant, sed vinculis etiam iniectis Orationes suas harmonicâ quâdam mensurâ ita constringebant, vt ipsa verborum mensura internis animi affectibus præcisè congrueret, vt vel hinc prima quædam sacræ Poëseos rudimenta agnoscas, quæ vti tunc, ita nullo non tempore nescio quid diuinum apud posteros obtinuit in animis hominum: nam hâc non tantum Genios, Deosque sympathicâ quâdam alteratione sibi vicinos sistere; sed & hominum animos in quodcunque mutare se posse, credebant. Quæ omnia tam præclarè [illegible] ille docet Horatius, vt ad eius verba nihil aliud adiungi posse videatur.

Vox humana ad imitandū prouocat.

Quo fretus olim Poëta feras & saxa traxerint.

Aut prodesse volunt, aut delectare Poëtæ,
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ.
Silvestres homines, sacer interpresque Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ab hoc lenire tigres, rapidosque Leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. fuit hæc sapientia quondam:
Publica privatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura Maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinum Vatibus, atque
Carminibus venit. post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit. dictæ per carmina sortes,
Et vitæ monstrata via est, & gratia Regum
Pieriis tentata modis, ludusque repertus.

Certè hanc diuinam & impenetrabilem vim, vt cum Platone loquar,

originem suam non habere, nisi a motu harmonico, alibi fusiùs declarauimus; præsertim si is internis animi affectibus commensuratur respondeat; commensuratus autem correspondebit, si per breuitatem, aut longitudinem syllabarum in aptas harmoniosasque periodos deducta stringatur Oratio; siue quod idem est, celeres animi motus, celer & velox sequatur mensura, tardos tarda. Et quamuis hæc in Metrica seu Rhytmica arte vim mirificam possideat, certe multò maiorem in Musica Poesi siue Rhytmica cuergiam habere, compertum est; illam enim huic coniunctam, vel luti omnibus numeris completam, prodigiosos prorsus effectus in animis hominum obtinere, infinita prope Historicorum monumenta testantur. Est enim, vt paulò ante quoque dixi, nescio quid inter animum nostrum, motusque harmonicos & Rhythmicos sympathicum, vt simul ac auribus metrica harmonia sistitur, mens varijs agitata affectibus, nunc gaudij, modò amoris, nunc mœroris, compassionis, iræ, gemitus, aliaque pathemata indicia præbeat; quæ tantum subinde incrementum habet, vt mens internis animi claustris contineri nescia, externa quoque membra ad actus pathemati respondentes excitet. Verùm cùm hæc fusè in Arte nostra Magnetica lib. III. de Magnetismo Musicæ & Tarantismo ostenderimus, eò Lectorem remittimus.

Atque hæc sunt, quæ de Musica hieroglyphica dicenda existimauimus; qui plura huius materiæ desiderat, consulat librum decimum Musurgiæ nostræ vniuersalis, qui articulatur Decachordon naturæ; ibi enim de multis alijs quæ circa hanc materiam desiderari possunt, ex professo tractatum reperiet.

SE-

SECTIO IV.

Astrologia Aegyptiorum & Chaldæorum hieroglyphica.

CELSISSIMO S. R. IMPERII PRINCIPI
AC DOMINO, DOMINO

VVAICARDO AB AVRSPERG,

Supremo Aulæ FERD. IV. Romanorum Regis Præfecto, nec non S. C. Mai. intimo Consiliario.

AVTHOR S. P. D.

QVM ea muneris, quibus humanum genus Deus Opt. Max. liberalissimè bonestatum voluit, mecum ultrò ponderò, vtrum cor opinionem, vt flagranti literarum studio, & exquisitâ doctrinæ & sapientiæ cultura nullum maius reperiri posse existimem; præstantissimum sanè suæ moris eruditorum, suæ Rempubl. bene beatèq; administrandæ factum præsidium. Hoc idem Romæ quandam, Celsissime Princeps, non solùm Te sensisse memini, sed mox ac in Imperij bonum Patriæ Tuæ restituta es, eam summo illo & ornato Tibi consilij & prudentiæ vigore, nec non politissimarum artium institutione nominis existimationem peperisti, vt non tam variarum ope fretus, ingentes ad recta tua instituta progressus Te fecisse comprobaueris, sed & eos Tibi aditus aperueris, e quibus latos & vberrimos fructus in Imperij emolumentum quondam reduncturos omnes sperent. Quam quidem spem, atque exspectationem optatus fortunæ successus (dum nostra precibus à Magno & sæpe FERDINANDO III. summo omnium applausu & congratulatione Max. S. R. Imperij Principem assumptus es) abunde confirmauit & auxit, vt proinde commoda, quæ ex tanta Tua fortuna & amplitudine omnino maxima speramus, longè maiori nos iam consecuturos fateamur. Cum itaq; ego non solum huius publicæ lætitiæ particeps, sed etiam priuatim humanitati & propensæ in me animi Tui probè mihi conscius sim; ingratus omnino videri possim, si meam erga Te observantiam non insigni aliquo testimonio comprobem. Quamobrem hoc præsens de Astrologia Aegyptiorum argumentum gloriosò nomini Tui splendori inscribendum duxi. Quod quidem prosolita humanitate ita Te accepturum, vt meum, sed Tibi debitum, ita defensurum, ut Tuum, sed à me profectum, confido. Vale S. R. Imperij decus, & cui olim fauisti, eidem porrò fauere non cesses.

SE-

SECTIO IV.

PROOEMIVM.

DVPLICEM in hac Sectione cœlestium rerum scientiam Ægyptijs vsitatam proponemus; quarum prior Astronomia erit motuum cœlestium, temporumque exploratrix; altera Astrologia fatalium euentuum ab astris dependentium, fortunarum singulis constitutarum decreta pandens. Vtriusque differentia hæc vna est, quod illa multum metiatur, hæc mentiatur multum. De Astrologia primùm dicetur; postea quoque de ea potissimùm Astronomiæ parte, quam Computatricem vocant, quantum ingenij vires permittent, differemus. Quæ antequam aggrediar, protestor coram Deo, & sancta cœlorum curia, nihil me saluberrimis legibus à Sacrosancta Romana Ecclesia constitutis, contrarium asserturum, sed nudi Oedipi seu Interpretis tantùm in reconditissimarum rerum adductione officium me facturum; neque vllam me tam ruinosæ facultati fidem habere, quisquam sibi persuadeat. Dum enim Astrologiam nomino, non eam intelligo, quæ siderum moles & motus mathematico ratiocinio metitur, artem certè nobilem, & suis meritis honestissimam, authoritateque hominum doctissimorum nullo non tempore maximè comprobatam; sed eam quæ ex sideribus euentura pronunciat, arbitrio humano vim infert, legibus quà ciuilibus, quà pontificijs interdictam, irrisam à Philosophis, cultam à circulatoribus, optimo cuique prudentissimoque suspectam. De qua quidem ego, tùm rationibus innixus, tùm præiudicijs hominum sapientissimorum, nihil dubitârim affirmare, non esse inter artes præstigiosas, quæ aut plùs fallat credulos imperitosque, aut quæ persuasis fallendo plùs noceat; tantò reliquis superstitionibus exitialior, quantò propiùs ad veritatem accedere visa est. Fuit hæc primùm nata in Ægypto & Chaldæa, educata in Græcia, adoleuit in Romano Imperio, vnde & radices suas in omnes Mundi partes traduxit, tantâ infaustitati euentu, quantò maiora damna Regum, Cæsarumque sceptris intulit. Et cùm ex malo coruo malum ouum natum sit, quid ex tam perniciosa tantarum superstitionum nutrice bonum, quid fructuosum nasci possit, non video. Præfert hæc primâ quidem fronte & eminùs, nescio quam sapientiæ speciem habitumque, & si cominùs eam consideraris, nihil nisi insaniæ aspidem in sinu fouere reperias, quam exactiùs trutinatam, veluti quandam lernam, & sub aperta luce fallaciam tenebrarum abominandam inueneris. Ostentat procul cœlum & planetas, vnde facilè credas in tam sublimi, tam lucido spectaculo nihil non posse verissimè prauideri: mox vbi attentiùs explorâris, videbis sublime adeo esse speculum, vt terrenarum rerum imagines illuc penetrare minimè possint; ita lucidum, vt ad eius fulgorem nostræ caliget caducitatis infirmitas: tum si propiùs accesseris, videbis intexta illius peplo pro cœlestibus portentosarum imaginum monstra, & mira stellarum in exotica animalia transformata acuna spectacula; verbo, plenum fabulis cœlum, imò pro vero cœlo commentitium cœlum non à Deo factum, sed ab Astrologis fictum cum stupore intueberis. Mirum est, quàm per caligines istas & nebulas oculis imperitia offusas & speciosam, & venerabilem, & seriæ plenam authoritatis imaginem sui repræsentet. Libros Astrologorum anilibus figmentis, vesanisque malè feriatorum hominum

Authoris protestatio in Astrologiæ Ægyptiacæ interpretationem.

Astrologia perniciosa & vana.

nam deliramentis plerumque ita confarcinatos reperias, vt maiorem ne risus, an veritatis acquirendæ occasionem inde reportes, dispici vix possit. Quas vbi tenebras & præstigia rectæ rationis radio, & diligenti tractationis amussi discusseris, videbis nihil ijs in libris libratum, in authoribus nullam authoritatem, in rationibus nihil rationale, in experimento nil consonum, nil constans, nil verum, nil credibile, nil solidum, sed pugnantia inuicem, falsa, vana, ridicula; vt vix credas, qui scripserunt, fidem adhibuisse his, quæ scribebant. Habebant Veteres Astrologiam superstitionibus innumeris mirè contaminatam, & diabolicis illusionibus maximè expositam; quam Arabes sui iuris factam summo cultu prosecuti sunt; ab his aliqui Latini tanta eam insania in hunc diem prosequuntur, vt non dicam quæ naturale humani corporis temperamentum concernunt, eidem subijciant, sed detestabili quodam ausu & temeritate ea quoque, quæ ad supernaturalia spectant, eidem attribuere non verecundentur. Vix hodierno die artem damnatam, potissimùm quæ polymantiam seu diuinatoriæ facultatis arcana continent, reperias, cuius sibi partem non vendicet Astrologia iudiciaria, vti in contextu huius tractatus videbitur. Harum itaque vanitatum radices, vt luculentiùs ostendantur, ab Ægyptiorum Astrologia primæ dissertationis meæ ducam exordia, vt quàm ex abominanda totius idololatriæ officina illa prodierit, Astrologi nostri temporis videant, & meliùs sapere discant; sanctè siquidem affirmare ausim, omnem Astrologiam iudiciariam præsentem, quam apotelesmaticam & consultoriam vocant, occultum priscæ Ægyptiorum Astrologiæ implicatum iam tunc cum Dæmonibus fœdus, pactum in hunc vsque diem retinere; quod ex sequenti discursu passim liquebit. Sed quoniam singula suis locis refutanda reseruauimus, ne tempus fusioribus ambagibus teramus, negotium tandem ordiamur.

ÆGYPTIORVM ASTROLOGIÆ

Pars Prima.

CAPVT I.

De Astrologiæ Origine, ac progressu apud Aegyptios.

ACHILLES Statius in sua Isagoge, hanc Astronomiæ inuentionem Ægyptijs attribuit his verbis: Αἰγυπτίους λόγος ἔχει πρώτους οὐρανόν τε καὶ γῆν καταμετρῆσαι [illegible]. Ægyptios ferunt, primos omnium tam cœlum, quàm terram esse dimensos, eiusque rei scientiam columnis incisam ad posteros propagasse. Verùm ante diluuium viguisse Astrologiam, Arabes vnanimi Orientalium consensu testantur. Ita Geladdinus in principio suæ historiæ, vide Obel. Pamphil. fol. 5. lin. 29. *Adam instruxit filium suum Seth, & fuit in illo, & in filijs suis Prophetia, & deduxit Deus super ipsum viginti nouem paginas, & successit ei filius eius Kainan, & Kainan Mahaliel, & Mahaliel filius eius Iared, & accepit instructionem ab eo, & docuit eam omnes scientias & historias,* quæ

Achilles Statius.

Geladdinus M. S. in principio historiæ.

quæ erant futura in Mundo, & exercuit Astronomiam, quam & didicit ex libris, quos tradidit ipse Adam pater eius, super cumpax. Quod si verum est, nemo sibi persuadeat, Adamum Astrologiam illam, quam in Præfatione descripsimus, posteris suis, artem videlicet pernitiosam, sed Astronomiam, faculatem illam temporum diuisioni aptam, humano generi perquam necessariam tradidisse, atque hanc ad Seth, filiosque, vsque ad Henoch, & tandem ad Noemi filios continuâ traditione propagatam incontaminatam, quidem peruenisse, at à Kanaitis, & Chamo studioso eorundem dogmatum exploratore miris modis corruptam, in manifestam tandem superstitionem deuenisse. Porro ab Adamo literarum, scriptionisque inuentum ad Sethum deuolutu est, cuius libri, etsi inter apocryphos numerentur, ingens tamen horum librorum fama per omnia Authorum monumenta volat, vnde illum aliqua iussu patris scripta re ipsa tradidisse verisimile est, vt in Obelisco quoque Pamphilio diximus, ex quo etiam aliæ nonnulla transcribere placuit. Scripsisse autem illum libros septem, in primo Papacij recitat Epiphanius, atque à Gnosticis Sethianis Archontici falsò suppositos esse probat. Occasionem autem huius figmenti accepisse videntur ex eo, quòd, vt refert Iosephus lib. 1. Antiqu. filij Sethi sideralem scientiam ad cœlestium rerum cognitionem excogitarunt; & cùm scirent prædixisse Adamum duos vniuersales rerum interitus, alterum incendio, alterum diluuio; veriti ne inuenta sua penitus perirent, excitatis duabus columnis, lapidea, & lateritia, vtrique suæ inuenta inscripserunt: vt si lateritium diluuio deleri contingeret, lapidea superstites hominibus discendi copiam faceret; & illa, quæ ex lapide fuerat exstructa, per ignem perenne, lateritia restaret. Has refert Iosephus, suis adhuc temporibus in Asia extitisse. Author Operis imperfecti in Matthæum exponens illud: *Vidimus stellam eius in Oriente.* meminit cuiusdam Scripturæ Seth de Stella apparitura in ortu Messiæ his verbis: *Audiui aliquos referentes de quadam Scriptura gentis cuiusdam sitæ in ipso principio Orientis iuxta Oceanum, apud quos ferebatur Scriptura quædam inscripta nomine Seth de Stella apparitura in ortu Messiæ, quæ per generationes studiosorum hominum, patribus referentibus filijs suis, habebatur deducta.* Cassianus verò collatione 8. cap. 21. introducit Serenum Abbatem dicentem: *Scientiam omnium naturarum per successiones generationum, semen Seth ex paterna vsque ab ipso Adamo traditione susscipiens, donec diuisam vi sacrilega propagine Cham perduxit; quemadmodum sancte præceperas, vt etiam pro vestitum. Quæ communis exercuit. Cum verò fuisset ampliè generationi permissum, ad res profanas & noxias, quæ pia didicerat, inflexibilia quodam demonum deruunt, curiosisque ea in maleficiorum artes atque prestigia, magicasque superstitiones audaciter instituit, docens posteros suos, vt sacra illa cultura diuinæ hominis auelicta, vel elementa hæc, vel quæ non, vel vtrum Dæmones venerarentur & colerent.* Hæc igitur curiosarum rerum nostria quomodo diluuio non perierit, ac superuenientibus fatalis inundaueris, persequendum breuiter putò. *Quantum itaque antiquæ traditionis seruant, Cham filius Noë, qui superstitionibus illis, & sacrilegis artibus infectus fuit, scient nullam seruasse super hoc librum in Arcam prorsus inferre, in qua erat*

Libri Seth attributi.

Ioseph. Flau.

Filij Seth constituis communitent fidelem scientiam.

Scriptura Seth de Stella apparitura in ortu Messiæ.

Cassianus.

Cham impius res patratas ad vsum profanum conuertit.

Quomodo libri ante diluuium ad posteros post diluuium peruenerint.

rat vnà cum patre iusto ac sanctis fratribus ingressurus, scelestas artes, ac profana commenta diuersorum metallorum laminis, quæ scilicet aquarum non corrumperentur iniuria, & durissimis lapidibus insculpsit; quæ diluuio peracto, eadem quâ ille celauerat, curiositate perquirens, sacrilegiorum & perpetuæ nequitiæ seminarium tum misisse in posteros. Hæc itaque ratione illa opinio vulgi, quâ creduntur, Angelos mala ficia hominibus tradidisse in veritate completa est. Hæc ille. Huic congruunt, quæ S. Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei; & Petrus Comestor recitat de quatuordecim columnis, septem æreis, & totidem lateritijs, arium scientiarumque Canonibus insignitis, à Chamo Noemi filio erectis. Epiphanius in Panario suo mentionem quoque facit certi libri intitulati, *Reuelatio Adæ*, quando Deus immisit soporem in illum; & S. Augustinus contra Faustum meminit certi libri Genealogiæ filiorum Adæ, vti & pœnitentiæ Adam; qui tamen à Papa Gelasio in numerum Apocryphorum sunt relati.

S. Augustin. Petrus Comestor. Epiphanius. Liber inscriptus Reuelatio Adæ.

Thomas Torquemade.

Thomas Torquemade in suo Hexamero ait S. Thomam Aquinatem libro de Ente & Essentia alterius cuiusdam Codicis meminisse ab ipso Abele compositi, scriptique in lingua Hebraica de omnibus & singulis mundanarum rerum virtutibus; siquidem Protoplastum præfagum Mundi per diluuium perituri, ne artes & scientiæ vnà cum humano genere perirent, laminis saxeis incisas cistæ lateritiæ contra aquarum vim inclusisse, vt ea inuenta aperta que filij posteri haberent, quo imbuerentur; Mercurium tandem Trismegistum illum Codicem suis temporibus inuenisse, indeque scientiam illam rerum omnium mirabilem, quam in operibus eius etiamnum veluti scintillis relucentem videmus, hausisse; imò S. Thomam hosce libros vidisse, legisse, eiusque libri vsu multa admiranda præstitisse refert. Verùm cùm hæc omnia summo studio in Bibliotheca S. Thomæ Neapoli, vbi dicebatur esse exemplar de Ente & Essentia, quòd de hisce & similibus tractaret, inquisuerim, nec tamen quicquam inde inuenire potuerim, merito multis rationibus conuictus, inania & vana Astrologorum superstitionumque hominum commenta esse iudicani. Si enim S. Thomas illos legit, quæritur quâ lingua? aut quo characterum genere scriptos legerit? Constat autem, dictum Sanctum præter Latinam, alterius doctrinalis linguæ vix singularem notitiam habuisse. Quicquid sit, etsi citati libri passim apocryphi habeantur; verisimile tamen est, hosce primos Patres suarum inuentionum monumenta, qualicunque in materia exarata, posteris reliquisse, quæ tamen successu temporum perdita, præter famam, traditionemque posteris nihil reliquerint, loco autem eorum posteà à curiosis Scriptoribus, rebus suis ex tam vetusta scriptione authoritatem conciliare cupientibus, ficte hosce, quos citauimus, apocryphos substitutos esse. Verùm haud quamquam Lectori ingratum me facturum existimaui, si verba dicta hoc loco apponam, vt Torquemade ait, ex dicto Opusculo S. Thomæ de Ente & Essentia depromptæ.

Sed quoniam multi Philosophorum & Astrologorum antiquorum posuerunt, superœlestia esse animata, & hoc ideo, quod videbant effectus suos quasi rationales

ciues

Lib. 1. de ente & essentia perfectus.

circa inferiora; videbatur enim eis, quòd per ipsa operabantur mala & bona fortuita in terra; sed quantumcunque habeant effectus mirabiles & stupendos, non tamen propter hoc habent animas, sed habent intelligentiam mouentem & regentem, ipsa tamen non est forma ipsorum, quia aliam formam habent, per quam cum materia habent esse, siue in materia. Sed quantumcunque per rationem & fidem hoc credam, tamen hæc opentio in me valde operata fuit, cùm vidi librum quendam antiquissimum mirabilis materiæ & mirabilis effectus, editum ab Abel filio Ade, quem Cain interfecit, qui sciens diluuium venturum, posuit dictum librum in quodam lapide optime sigillato. Hermes verò post diluuium inuenit lapidem, ac fregit, & dictum librum, in quo imagines septem planetarum inuenit; vnde in ipso libro ponit nomina Intelligentiarum regentium ipsos planetas, & posuit septem Intelligentias, & nomen Intelligentiæ mouentis ipsum primum cælum. Hæc igitur nomina sunt tantæ efficaciæ vt si imaginem feceris secundum diuersitatem planetarum in signis diuersis sub diuersis faciebus existentibus, nomenque dicti Planetæ sub sua imagine, voluntatem tuam in omnibus exequeris; ibi docet facere imaginem, cum qua si setigeris omne metallum, aurum fiet; ibi etiam docet facere imaginem, vt ille, pro quo facta fuerit, non poteſt esse; quin sit Rex, aut Prælatus: & quasi de omnibus fortunis, bonis & malis idem docet; non tamen probaui imaginei, nisi vnam, quia cùm multitudo equorum manè transiret ad aquam, non permittentes me dormire, & me infestarent, quodam die feci imaginem secundùm quod ibi præcipitur, & sepeliui eam in curritorio illo, ex tunc nullus equus transire potuit, sed cùm peruenirent ad illum locum, vbi erat imago, non potent transire, quantumcunque stimulabatur; itaque habuerunt mutare viæ, & propter experimentum dulci esse veras alias. Narrauit mihi etiam quidam qui fecerat imaginem de stanno secundùm quod in illo libro præcipitur, Lana existente sub secunda facie Aquary non retrogrado, feliciter tardo cursu, scripsit nomen Domini sue Intelligentiæ Lunæ, & fecit illa quæ erant necessaria sub Intelligentia Lunæ, & scribebat quæ erant necessaria ad imaginem secundùm quod præcipitur, & volens deridere puellas cuiusdam Opuli, & omnes vrcei & vasa, qua tangebat aqua, frangebantur. Sunt etiam ibi imagines quædam, ex quibus scientia datur ex irradiatione quadam illius Intelligentiæ sub qua sit, quæ quasi subitò deputatur; itaque de ignorante fit sapiens. Ex quo quidem patet, quòd corpora supercælestia à formis suis hæ stupendas & mirandas influentias non habeant, sed potius ab Intelligentijs requirentibus ipsam. Ex quo sequitur corpora supercælestia non esse animata, quantumcunque influant corpora quasi rationalia & animata. Hæc ex mente Torquemade S. Thomas.

Abelis liber mirabilis scriptura & materia. Hermes eum post diluuium inuenit.

Aui confectio phantastica.

Ridicula de potentia Sigillorum planetariorum.

Aliud super Sigillorum Telesma.

Franguntur vasa vi Telesmatis.

Telesma ridiculum, quòd ex ignorantè fit sapiens.

Estne possibile Thomam Aquinatem, Virum adeo Sanctum, perspicacem, & diuinâ quadam vi pollentem, tam à veritate consona, tam impia asseruisse? Credat hæc qui volet; ego omnia dicta meras astrologorum fabulas, & sub Sancti viri nomine ad nonnullam illis authoritatem concinandam conficta esse, securus assero; cum dicta in libro de Ente & Essentia, qui Neapoli dicebatur exitare, tametsi summo studio inquisita reperire tamen non licuerit, vt dixi suprà.

Astrologiæ à Cham propagatæ.

Porrò Cham siue Zoroaster Astrologiam & Magiam, quam ante diluuium à Kanitis studiosè didicerat, post diluuium non minori studio pro-

propagauit. Nam & filios suos Chus & Mestraim, & hi filios nepotesque in eadem instituentes, paulatim totum Mundum abominabili doctrinæ genere referserunt. quæ omnia vti copiosis authoritatibus tùm in secunda Classe superius, tùm in cap. 1. & 2. lib. 1. Obelisci Pamphilij comprobata sunt, ita diutius his immorari nolui. Durauit hæc Astrologia aliquantulùm rudis adhuc quidem & in cunis vagiens, nullo ordine & methodo comprehensa, sed excærandis superstitionibus, & magicis idololatriisq; operationibus subiecta, humanum genus pedetentim inficiebat; donec Hermes, verè Trismegistus, Mundo natus, tot sucis fallacissque & imposturis, quibus gentis suæ progeniem miserè infectam videbat, modum statuens, falsa à veris, quantum naturæ lumen illi suggerebat, seperans, nequam Astrologiam funditus euerteret, & mortalium animos ad sobrietatem reuocaret, hoc vnicum sagax, vt disciplinas iuxta piam prædecessorum Patrum, potissimum Enochi primi Idris, siue Hermetis primi, cuius & nomen sibi impositum, intentionem, quæ ad veri Dei notitiam cultumque dirigebatur, disponeret. Multa autem Mercurium Trismegistum à primo Hermete & Idris Noemicæ propaginis traditione hausisse, omnes ferè Orientales asserunt. Primum enim literarum, & Astronomiæ inuentorem ponit Codex intitulatus, *Domus Melchisedech*, quem in Obelisco Pamphilio sol. 25. allegatum vide. Ahmed quoque Ben Ioseph Altiphasi apud Gelaldinum, Henochum primum ponit Adris siue Hermetem, tùm aliarum scientiarum, tùm Astronomiæ potissimum cultorem, quem vide citato loco; quæ & Vaab Chronista Arabum testatur: Hermetem verò secundum siue Trismegistum cum fuisse, qui doctrinam ab Hermete primo Henocho traditam, & à Chamo miserè depraua tam suæ restituit integritati, à quo deinde tota posteritas sua desumpserit. ita Gelaldinus Arabs de Sapientibus Ægypti, cuius verba in Obelisco Pamphilio allegauerimus, hic Latina tantùm apponere visum fuit. *Tempore Abrahæ fuit in Ægypto Hermes, ipse Idris secundus, & ipse Trismegistus, qui Propheta, Rex, & Philosophus, & is qui docuit scientiam metallorum, Alchimiam practicam, Astrologiam magicam, scientiam spiritum, & aperitionem eam, & secreta nullæ, à quo deinde Pythagoras & Empedocles, Archilaus, Socrates, Plato, & Aristoteles sua desumpserunt.* Mercurius itaque Trismegistus primus fuit, qui Astronomiam suis legibus stabilitam, posteritati communicauit; hic primus annum in 365. dies diuisit, hic Zodiacum in suæ distribuit duodecim domos astronomicas, hic cum signorum, tum planetarum characteres inuenit, cæteraque quæ cœlestis doctrina circa 48 Constellationes docet, cæsi Platone, Iamblicho, Porphyrio ordinauit, & Manilius suo veluti calculo his verbis lib. 1. Astronomicon comprobat.

Tu Princeps, Author siueri, Gyllenie, sancti
Per tenuem cœlum natorum, iam fida nouta
Quem primum infernis licuit cognoscere terris
Mouisse cœlestes, qui cum vententibus astris
Chaos fusum sato Mundum, & consiliorum

Trismegistus, Astrologiam à multis illicitis expurgauit.

Trismegistus Astrologiam hausit ab Henoch siue Idris primo.

Ahmed.

Vaab Chronista.

Hermes secundus Idris.

Gelaldinus.

Hermes Astrologiam legibus astrin gis.

Manilius.

Iosephus Scaliger.

Quæ verba Scaliger sic explicat: *Tu*, inquit, *Mercuri Author es tanti sacri ad duo altaria obeundi, eaminæ scilicet, & rerum, vel potius, tu tanti arcani Auctor es! Non sacrum istum ubi re porrexis. Tu enim primus reperisti Astronomiæ in terris. Neque enim homines sola pes scire adeptos fuisse, nisi ipsi Dii monstrassent. Ægyptios Astronomiam didicisse docuit Mercurius, omnes libri loquuntur. Eam propterea Ægyptii divinos honores habuerunt, & primum Mensem Thoth cognominem Mercurio sacrarunt; nam Thoth seu Tat est Mercurius.*

Iam receptæ

Quæ consentiunt opinioni Firmici, ita differentis: *Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt, sciendi Æsculapium & Anubin, quibus potentissimum Mercurij Numen illius scientiæ secreta commisit.* Huc pertinent quoque, quæ de Mercurio Trismegisto differit L. cœcil. Lactantius Firmianus; & Plato confirmat his verbis in Phædro: *Audivi equidem*, inquit, *circa Naucratim Ægypti priscarum quendam Indigetem Deorum extitisse, cui dicata sit avis, quam Ibin vocant, Dæmoni autem ipsi nomen esse Theut; hunc primum & numerum, & rationem computationemque invenisse, & Geometriam, & Astronomiam, talorum lusus, & alea ludos, & literas;* Aristoteles Astronomiam quoque

Lactantius Firm.

Plato.

Aristoteles.

Ægyptijs & Babylonijs attribuit his verbis: *Ægyptij vero & Babylonij, a quibus multas notitias habemus de singulis astris.* Quare autem Ægyptij plurimum illis disciplinis valuerint, Ptolomæus & ipse homo Ægyptius causam reddit his verbis: *Ptolemæus.*

Quod maxime cohabitant & subsunt signa Geminorum & domui Mercury ideo speculatiui & assidui, præcipue ad mathemata facti. Babylonij vero cum Virgini & Mercurio subsint ideo ab ipsis Mathematicum studium, & observatorium astrorum maxime colitur. Ab illis deinde Eudoxus Astronomiam accepta ab populares suos; ab his suis compupularibus Berosus Chaldæus Genethliologiam ad Græcos, recte Vitruuio, traduxit. Certè Compilator in vitam librosque Porphyrij, meminit ex fragmentis quibusdam Porphyrij, à mille nongentis annis Astronomicas Ægyptiorum & Babylonicorum observationes in vsu fuisse, qui quidem anni recte videntur congenere temporibus Abrahæ, quibus & Hermes noster vigebat. His quidem ostensis, iam quomodo Mercurius, aut quisquis alius huius disciplinæ inuentor, in tantorum arcanorum cœlestium notitiam peruenerit, & quænam prima fuerit cœlestium motuum Syllabis, aperiamus.

Observationes Astronomicæ Ægyptij & Babylonici 1903 annis in vsu.

Suppono primò, terram Ægypti omnium terrarum, ob nubium, pluuiarumque perpetuam proscriptionem, obseruationi stellarum fuisse aptissimam; cui accedebat perpetua sereni cœli licies, undeque innoxia; vnde ex perpetuo stellarum intuitu, exercitusque cœlestis contemplatione, paulatim in reconditam siderum cognitionem, potissimùm obseruationum à prædecessoribus traditarum, quibus suas conferebant, adiumento peruenerunt.

Ægyptum Astronomicæ exercendæ aptissima.

Suppono secundò variis, quas in Obelisco Pamphilio variis in locis tradidi, Mercurium Trismegistum, omnium mortalium ætate, siue imme-

mensum ingenij capacitatem, siue omnem rerum reconditarum scientiam, siue denique sui apud posteros propagandæ gloriæ, benèque de humano genere merendi desiderium spectes, fuisse primum. Hic enim, vt suprà docuimus, Astronomiæ leges, quas ab Enocho per Noemitas sui pròpagationem, traditione acceperat, ad iucundam reducens, nihil non egit, vt Veterum in Astronomicis Canonibus veritatem, propria obseruationis experimento explorarent, exploratam ad eam perfectionem, quam rudia illa tempora permittebant, reducerent.

His suppositis, Dico Mercurium primò cœlum in duodecim signa particularibus in eum finem characteribus adnuentis, diuisisse, annum, in 365 dies partitum esse, planetarum motus primum deprehendisse, & similia, de quibus in sequentibus vberrimè disseretur. Quod quâ ratione peregerit, diecndum restat.

Prima cœli diuisio in 12 partes.

Primò enim verisimile est, cum vniuersam cœlorum machinam duobus polis circumuolutam primò obseruasse, ad eorum exemplar sphæram armillarem eum adinuenisse Aratus Author est, cuius cœlorum sphæræque repertor. Vnde hieroglyphicè cum exhibuerit Ægyptij, canina facie hominem pingebant, in cuius vtra manu caduceum, altera sphæra continebatur; quæ omnia fusè in Obelisco Pamphilio explicata fol. 394 reperies. Cùm enim in cœlesti machina diei naturalis spacio reuolutione peractâ, fixas quasdam stellas perpetuo veluti immotas, nonnullas velocissimè, reliquas medio inter velocitatem & tarditatem motu incedere comperiret, idem fieri cogitauit, quòd in sphæra materiali, qui circumducta, eæ quæ polos circumeunt, tardè & veluti immotæ, contrà quæ medij globi lineam possidente, velocissimo motu progredi conspiciuntur. polos itaque in cœlo, & æquinoctialem dictâ obseruatione detexit. Cùm verò vnam & eandem semper omnium stellarum inter se immutabilem distantiam notaret, hinc stellarum fixarum globum facilè effinxit. Porrò cùm nonnullas stellas, neque eandem inter se distantiam, neque eandem ortus occasusque rationem, neque fixa in cœlo loca tenere notaret, sed perpetuâ quâdam varietate in æthereo expanso hinc inde vagari comperiret; eas non fixas, sed peculiaribus vnicuique attributis motibus circumduci iudicauit, quarum quidem non nisi septem hunc instabilitati subiectas reperit: quas inter cùm principalem locum obtinerent Sol & Luna, primò ad eorum motum scrutandum, animum adiecit. Cùm igitur Solem singulis diebus vti alia & alia Horizontis puncta tangere, ita in medio cœlo alia & alia altitudinis vel depressionis puncta signare comperiret; animaduertit in Austrum & Boream certam & constantem ipsius elongationem esse; quam vbi perfecisset, mox eandem conuerso motu in oppositam partem recedere. Atque inde Tropicorum emanauit inuentio, quos extrema Deorum ascendentium, descendentiumque animorum, vt postea ex antro Musarum à Porphyrio descripto probabitur, vocabat hospitia. Iterum cùm Solem singulis mensibus per certos quosdam ordine asterismos transire notaret; inde duodecamoriorum, siue Zodiaci in duodecim signa diuisi, quas Deorum mansiones vocauit, profluxit distinctio,

Hermetis hieroglyphicè qui exhibetur.

Polorum & æquinoctialis positio, obseruatio.

Fixarum obseruatio.

Planetarum obseruatio.

Solis & Lunæ motuum obseruatio.

Zodiaci obseruatio.

ctio, vt postea ostendetur. Rursus cùm experimento comperiret, Solem integro diei naturalis spacio non præcisè punctum vnde profluxerat, attingere; atque adeo defectum hunc annuâ reuolutione peractâ quinque integros dies imporrare; inde celebres illæ Ægyptiorum ἐπαγόμενοι, de quibus suo loco, detectæ sunt. Cùm præterea Lunam duodecies vnius anni reuolutione Soli iungi comperiret, & viginti octo dierum spacio, ad punctum, vnde profluxerat, redire obseruaret; inde duodecim Mensium, ætatum, mansionumque Lunarium distinctio originem inuenit. Haud secùs sedulo & assiduo obseruationis studio tandem in cæterorum phænomenorum, legumq; cœlestium notitiam deuenisse censendus est; vt proinde falsissimum dixisse existimem eos, qui Anaximandro, Thaleti, Eudoxo, primò obliquitatis Signiferi inuentionem, signorum Zodiacique diuisionem, mansionum discretionem ascribere contenderunt; cùm hæc compluribus sæculis in Ægypto iam veluti trivialis Scholæ rudimenta habitasint: à quibus & dicti Græci primùm acceperunt, multis sæculis posteriores. Cùm Mensium partitio (quorum, sacra Scriptura teste, tempore diluuij iam habebatur notitia) sine Zodiaci & Solis motu per duodecim dodecamoria commodè concipi non possit, & Luna duodecies necessariò annuo spacio in obliquitate sua constituto Soli iungatur.

ἐπαγόμενοι qui dicuntur.

12 Mensium obseruatio.

Verùm ne quis me hæc ex *Genuerius* finxisse existimare possit, singulorum congruas adducam authoritates. Ac primò quidem sideralis scientiæ inuentum iam ante diluuium fuisse, suprà ostensum fuit. Nam Sabellius lib. 1. Ennead. ex Iosepho testatur cum alijs suprà allatis, Sethi filios Adami nepotes in duabus columnis astrorum scientiam descripsisse, quam deinde Noe, Cham, cæteraq; eius progenies hominibus posteris communicauit: Scientia autem hæc esse non poterat sine cœli diuisione, & Solis Lunæque, stellarumque firmamenti notitia. Præterea ex Arabibus suprà probatum est, præ cæteris ante diluuium hominibus Enochum siue Idris Astronomicæ scientiæ maximè præstitisse, à quo omnia sua secundum Idris seu Hermetem describisse tradunt. Certè Mercurium Diodorus expressè dicit tùm omnium Astrorum, tùm cursus Solaris Lunarisque potissimùm fuisse obseruatorem. Agathias quoque addit, eum primùm stellis nomina imposuisse, obliquum cœli circulum in duodecim signa diuisisse, motusque cœlestes primùm determinasse. Verùm qui plura huius generis desiderat, is legat, quæ de Astronomiæ inuentoribus tradidit Virgilius Polydorus de Inuentione rerum; nostrum enim non est, vulgatam doctrinam hoc loco coaceruare, sed ab alijs incognitorum Authorum testimonia adducere. Quæ igitur fuerint prima Astrologiæ seu Astronomiæ incunabula, & quomodo Iouanithum (sic enim Hermetem præter commune nomen appellant Syri) in cœlestium rerum notitiam peruenerit, Astrologiamque auxerit, scitè admodum describit Mor Isaac in sua Philosophia Syriaca his verbis: (nos Syriaco textu omisso, qui in Obel. Pamphil. videri poterit fol. 25. lin. 16. Latinam interpretationem adnectimus.)

Sabellius. Authoritates quibus dicta comprobantur.

Idris primus Astronomus.

Secundus Idris Hermes

Agathias.

Mor Isaac in Philosophia Syriaca.

Et hæc postea inuenerunt filij hominum, & comprehenderunt, cognouerunt atque &c. di-

&c. didicerunt exactè leges stellarum, & ordinem signorum Zodiaci, & naturam vsumque, cum reliquis notitijs ipsis conuenientibus in firmamento cœlorum, &c. hoc expetentibi longè, &c. in inferiorum rerum profunditate. Hæc enim omnia sunt pertinentia ad rationalem scientiam, sunt q; cognitiones sinceræ, &c. certitudine laudabiles, exceptis ijs quæ ad cultum astrorum pertinent. Et paulò post originem & inuentionem Astronomiæ verbis laudatissimis prosequitur. Syriacum textum vide in Obel. Pamphil. fol. 25. lin. 29. quem nos ita interpretamur: *Inuenerunt autem eam Arami Babylonij, vel Chaldæi, qui in Oriente versus Australem plagam habitant; cum enim terra, & omnia loca eorum vastata essent, neque cognoscerent viam & semitas, arenæ & sabulo obruta, ex loco in locum, & ex ciuitate in ciuitatem, &c. ex regione in regionem, præsertim flante vento, &c. arenas in aceruos coacernante; præterea cum locus esset æstibus vehementer, propter Solis ardorem de die, & locus ille, terræ confusionis esset; hinc ex loco in locum transmigrantes, cum non essent ferendo vehementiam Solis, neque viam cognoscerent, noctu eam per stellas didicerunt, ponentes sibi signum, &c. secundum illud, quo vtebantur, progrediebantur. ex perpetuo stellarum scrutinio tandem deuenerunt in mutationes temporum, inceperuntque cognoscere ex legibus ascensiones stellarum, motusque earum, &c. sic paulatim per continuum inuestigationem & studium didicerunt omnes leges stellarum, &c. signorum Zodiaci.* Tandem post rudem hanc astrorum notitiam ait venisse Hermetem, quem & Iouanithon dicit, qui in desertum se contulit, vt astrorum leges exactè obseruatas posteris scriptis commendaret. Syriaca verba Authoris vide in Obelisco Pamphil. fol. 26. lin. 14. quæ nos Latinè ita exponimus: *Fuit autem in regione ista Oriuntali homo ex filijs filiorum Noe, qui vocabatur Iouanithon siue Hermes, hic scientiæ inebtus, elegit sibi locum ab omni hominum consortio & familiaritate remotum, &c. abijt, in desertum vastum & immane, à vocibus &c. oculis hominum immune, assiduoque intentus in firmamentum colorum, exploraui stellas, & luminaria, &c. vicissitudinem temporum, &c. maximè in summaria maiora, laudans horum Creatorem sapientissimum, &c. sic per quietem, & solitudinem, & continentiam suam, à tumultibus &c. iterpitibus hominum liber, in cordis perpetuâ contentione, stellarumque contemplatione, data est ipsigratis cognitionis stellarum, & Zodiaci.* Quæ omnia confirmantur ab Authoribus suprà citatis, vti & in Obelisco Pamphilio.

Obseruatio stellarum primus.

Babylonij & Chaldæi obseruatores primi.

Trinarum directio noctu per stellas.

Iouanithon primus obseruator stellarū in deserto.

Ex dictis hoc capite concludo, ab Enocho ante diluuium omnem sapientiam Ægyptiorum principium habuisse; erat enim is, qui præ omnibus alijs ante diluuium à Protoplasto ipso instructus, veram rerum diuinarum notitiam hauserat, posterisque suis tradiderat, tantique fuit, non solùm ob admirabilem sapientiam, rerumque humano generi necessariarum inuentionem, sed etiam ob impenetrabilem ex hoc Mundo raptum, nominis, vt multi ex posteris eum tanquam Numen quoddam colendum proponerent. Vnde verisimile est, quòd Arabes tradunt, Chamum rerum exoticarum curiosissimum ante diluuium non tantùm improbas artes à Kainitis didicisse, sed & scientias de Deo, & Angelis, de arcanis denique naturæ ab ipso Mathusala filio Henoch paternarum traditionum hæredè accepisse, artiumque licitarum cum illicitis commixtione à pater-

Memoriæ primus Ægyptiæ sapientiæ conditor.

Cham Mathusalæ filij Henoch discipulus, doctrinam sacram propagauit.

na-

Trismegistus Hermes & Adris ferunt à Chamo multa hausit.

na traditione prorsus degenerem legent condidisse; quam deinde Trismegistus quidam ex Chananæa stirpe Cham descendens, separatis ab illicitis licitis, in meliorem, & Religioni diuinæ conformiorem, quantum Ethnico Philosopho, solo naturæ lumine fulto, in tanta rerum deprauatione, licuit, redegerit; quem quidem verum illum, & tantopere ab Authoribus celebratum secundum Hermetem Trismegistum fuisse, in Obelisco Pamphilio probauimus. Præterea Hellochum, siue primum illum Hermetem, primum post filios Seth Astronomiam excoluisse, temporis annorumque rationem docuisse, ex eiusque monumentis postero Mundo relictis secundum Hermetem nostrum sua de diuisione temporum principia deduxisse, atque ad posteros transtulisse, Ægyptij cum Arabibus volunt. Habent enim Ægyptiorum arcaniores Astrologi pro certo, annum eiusdem Aegyptiorum fuisse diuisum in tot dies, quot primus Adris siue Hermes inter homines vixerit. Nam sacra Scriptura eum expresse trecentos sexaginta quinque annos, quot videlicet annus ciuilis Aegyptiorum dies habet, vixisse ait: sic enim 23. versus c. 5. Gen. habet.

Tot annos vixit Henoch, quot dies in anno.

Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἑνὼχ ἔτη ἑξακόσια ἑξήκοντα τρία. *Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni &c.* Cùm verò Adris secundus hanc eandem partitionis anni rationem docuerit posteros Aegyptios, vt alibi ostendimus; verisimile est, eum hæc habuisse ex prioris Hermetis monumentis, per Chamum postero Mundo communicatis. Cùm itaque hoscè Adris vitæ annos mysterio vacare minimè cognoscerent, hinc arcanum illud Aegyptiorum hieromanticum de Mundi reuolutione prodisse probabile est, videlicet cœlestes Deos stationes suas in arce magna singulis centenis annis mutare, & post peractum circuitum 36500 annorum, omnia in pristinum statum restitui. Quod & Platonem subolfeciße certum est, dum circulum μεγαν ἐνιαυτὸν, quem & in hunc vsque diem Platonicum appellamus annum, dictorum annorum numero definit. Cùm enim singulis ferè centenis annis vnum in circulo magno, hoc est, Zodiaco, minutum conficere obseruarent, 100 in 360 ducta, dabunt 36000, quibus si quinque dies μεγαλῷ ἔτει, in 100 annos ductos adieceris, habebis 36500 annorum numerum, rerum omnium complementum, Iubilæi magni numerum, & monadis in multitudinem abeuntis, in monadem reditus, id est in pristinum rerum statum, vt Plato, ita ab Aegyptijs edoctus, opinatus est, hi verò ex mystico annorum vitæ numero Idris, speculati sunt; quem & nonnulli ex recentioribus secuti sunt in firmamenti reuolutione.

Cœlestes Dij stationes suas mutare in circulo magno secundum Aegyptios.

Platonicus circulus 36500 annorum.

Sed dubium hoc loco non exiguum occurrit, quomodo diuersæ diuersorum opiniones conciliandæ sint, dum alij Authores Astronomiæ inuentores faciunt Babylonios, alij Aegyptios, Græcos alij, quam litem vt dirimam, Dico, Chamum seu Zoroastrem primum ante diluuium, siue ab Henoch Hermete primo, siue à Kainitis Astronomiam edoctum, bipertita traditione ad posteros post diluuium transtulisse. Ac primò quidem ea imbuit filium suum Chus siue Nembrodum, Nembrod verò Ninum, à quibus deinde Sarug, Thare, Abraham Astronomicæ peritiæ celebres

Quomodo Ægyptij, Chaldæi, Græci vnius & eiusdem rei inuentores ferè queat

viri

viri acceptam posteris Hebræis tradiderunt: in Aegypto verò primò eadem imbuit Misraim filium suum, aliosque, quam deinde Mercurius Trismegistus secundus Hermes summo studio cultum, ac duodecim libris, teste Clemente Alex. l. VI. Stromat. posteris tradidit Aegyptijs. Ab vtrisque tam Chaldæis, quam Aegyptijs Græci furtiuam sui iuris fecerunt, tametsi omnia ex eadem schola profluxerint.

Clemens Alex.

Mirum itaque nemini videri debet, Aegyptios, & Chaldæos seu Babylonios, Græcosque de primatu inuentionis Astronomicæ contendisse, cùm vnaquæque harum nationum eius rei inuentæ gloriam, quam tanta in æstimatione & admiratione hominum haberi cernebant, sibi vendicarent. Hoc pacto Sulpitius Gallus, cùm primus Romæ Eclipsin detexisset, eius inuentor habitus est, cùm iam multis seculis in Græcia, Thaleti Milesio eius inuentio fuisset attributa, & in Aegypto multis aliis seculis ante, vt suo loco dicetur, Eclipseos notitia viguerit. Inuentiones itaque rerum tametsi in vna quapiam regione emerserint, semper tamen alijs in regionibus eædem præcesserunt; quod cùm multis alibi ostendam, eidem diutius immorari nolui. Sufficiat interim hoc longiori forsan quam par est discursu, Hermetem primum fuisse Astronomiæ in Aegypto siue inuentorem, siue instauratorem, demonstrasse.

Sulpitius Gallus primus Eclipsin Romæ prædicsit. Græci Thaleti.

CAPVT II.

De diuisione signorum, Characterumque cœlestium signorum, inuentione.

MErcurius Trismegistus humano generi prospiciens, cùm ad exactum rerum cœlestium ordinem posteritati communicandum intentus esset, singula suis libris, teste Clemente Alex. describit. Et quoniam à stellifero cœlo continuo ordine influxus in inferiora propagari aduertebat, ibi initium duxit Astrologicæ suæ dispositionis. Cùm itaque primò longâ experientiâ, & frequenti Solis, Lunæ, cæterarumque stellarum obseruatione, quatuor potissimum cardinalia omnium mutationum varietatisque effectricia puncta notasset, circulum effinxit, in quo dicta puncta per binos diametros *a d* & *c e* ſe normaliter intersecantes, disposuit, videlicet *a d c e*. Quorum illa, quæ mediam lineam *c e* à polis Mundi æquè remotam tenent, puncta æquilatis vocari voluit, eò quòd dum ad illa Sol pertingit, æquam diei noctem conficeret; cuius & symbolum statuit Cynocephalum, cuius ea natura est, teste Horo, vt ad æquinoctij vicina puncta duodecies, abdito quodam & intro sibi instincto, vrinam reddere soleat; de quo suo loco amplius. Illa verò puncta *a d*, quæ maximam Solis vltrò citroque suas in Austrum, modò in Borean commeantis elongationem terminant, Deorum vocauit limites, eò quòd Numina Orbem circumeuntia hosce veluti sibi præfixos terminos nunquam præterirent, sed conuerso cursu nunc in Austrum, modò

Ratio obseruationis à Mercurio institutæ.

Symbolum æquinoctialis Cynocephalus.

Tropici Deorum limites.

in

Symbolum tropicorum duo canes sunt.

in Boream exacta constantiæ lege tenderent. Atque hosce duos limites hieroglyphicè exhibuit per duos canes, veluti quosdam dictorum limitum custodes & conseruatores. Sub hisce igitur quatuor punctis, totius anni curriculum in quatuor partes distinguentibus, omnium rerum quæ eorum pendarum, quæ generandarum varietatem contingere notabat. Porrò cum intra hunc circulum dicta ratione diuisum singulares quosdam diuersosque effectus quos Mensibus accidere obseruasset, singulos quadrantes in tres partes, adeoque totum circulum in duodecim portiones, quas posteri Græci deinde τὰ μανσιακὰ, Hermes verò & Ægyptij, teste Manilio, arces seu domus, aut mansiones recte appellarunt, quasi dicerent τὰ κατακτικὰ, & hieroglyphicè sic notant, vti in Obeliscorum interpretatione patebit. Singulis hùc animalia hieroglyphica attribuendo, cui ab inde ad hæc vsque tempora Zodiaci nomen mansit, tametsi, vt paulò post videbitur, animalia aliquo modo diuersa fuerint ab iis, quibus deinde Græci cœlestem machinam insignierunt, non tamen tanta ijs inferuenit differentia, vt ad originem illam reduci non possint. Harum ex duodecim arcibus seu domibus sex sub semicirculo *dea* comprehensas indigitabat Deorum ascensum, sex verò reliquas altero semicirculo à Deo contentas, Deorum descensum dicebat. Quæ omnia ne quis me propriâ aut authoritate, aut ingenio confinxisse arbitretur, singulorum, antequam vlterius progrediamur, authoritates assignabimus.

Zodiaci in 12 partes diuiso.

Arces Deorũ dicuntur Græcis.

De eorum ascensu quin.

Hermes in Pimandro.

Manilius lib.

Iamblichus.

Decani Græcorum.

Hermes itaque de seipso in Pimandro testatur, de quatuor limitibus paulò ante indicatis, his verbis: *Deum denique intueri volueris, suspice Solem, fili mi Tat, suspice Lunæ cursum, suspice reliquum ordinem reliquorum. Quis age perpetuum horum ordinem seruat? ordo quidem omnis numeri locique limitibus terminatur.* Quæ in hunc locum explicat Marsilius his verbis: *Hermes Astrologiæ inuentor ante omnia in sphærico cælo puncta obseruauit, ad quæ omnem vel quorum sequorum ordinem disponeret.* Cœlum verò in duodecim partes diuisisse Hermetem, Iamblichus testatur his verbis: *Diuidentes (Hermetis videlicet instructore) cœlum in partes duas, vel quatuor, vel 12, vel 36, vel harum duplas, vel aliter quomodocunque, principatus quoque diuersos præfecerunt aut pactores, aut plures; rursus Ducem vnum hisce anteponunt; atque ita Ægyptiorum traditur de principijs desuper ad postrema progredientibus, ab vno deferuntur in multitudinem, ab vno videlicet gubernatum Deo, vtique indefinita natura, sub quodam termino definito imperiose comprehensa, præcipuè Deo ab excelsa omnium causa virtute.* Quòd verò dicit primò in duas partes diuisum fuisse, insinuat duo hemisphæria, Australe & Boreale, vel ascensus descensusque Deorum, vt postea ostendetur. Quòd in quatuor partes, ostendit quatuor anni portiones, quas quadripartita Zodiaci diuisio efficiebat. Quòd etiam in duodecim partes cœlum diuisum asserit, indicat Zodiaci diuisionem in 12 domus seu mansiones Deorum peractam. Quòd verò in 36 diuisum dicit, ostendit singulas domus seu habitationes Deorum præterea in tres alias portiones, quas, teste Iamblicho, Decanos vocant, fuisse diuisas. Quæ omnia pulchrè paulò ante adducti confirmant. Quòd verò hæc omnia Mercurij machinationes sint, apertè testatur Iamblichus his verbis: *His ita discretis, facilè soluuntur dubia, quæ in libris Ægyptiacis, quos legisti, concepisse dicis. Quæ enim sub Mercurij titulo circumferuntur opiniones seu inuentiones Mercuriales continent; & tametsi sæpè Philosopharum Græcorum stylo loquuntur, sunt tamen ex lingua Ægyptia in Græcam translatæ viris Philosophiæ non imperitis.* Vide quoque Clementem Alex. lib. 1. & 6. Stromat. amplè de Mercurio eiusque inuentis, vti & Origenem, Tertullianum, aliosque, quos sæpè citapi Authores, disserentes.

Iamblichus.

Clem. Alex.

Visa itaque prima Zodiaci *εἰκόνι* & rudi quadam delineatione ab Hermete peractâ, iam quibus nominibus, Numinibus, animalibus, characteribus mystice illam adornârit, videamus.

Prima Domus seu Arx Zodiaci eiusque numen.

Strellisero itaque illo circulo, quem Zodiacum dicimus, in 12 domos seu mansiones diuiso, cùm aduerteret inferna superiis substare, & omnem influxum in inferiorem Mundum à superioris potestatibus dimanare, hinc singulas domos suis insuuxit Potestatibus seu Numinibus. Atq; primam quidem domum attribuit Anubi. Erat autem Anubis Numen Ægyptiorum *πανάγαθον*, custos templorum, calidi & humidi conservator; cuius symbolum hieroglyphicum erat hirco-piscis, *τράγος*, quem Anubus loro astrictum tenebat. Hirci cornua calorem, seu igneam vim Solis telluri inclusam; pisces verò cauda humidum denotabat, ex quibus prima rerum omnium generatio procedit; cuius custodem dicebant Anubin, teste Plutarcho; quem & ideo medium inter superius & inferius hemisphærium collocasse ait, quòd Sole in Capricorno in maxima sua elongatione existente, radijsque solaribus languescentis terra clausa veluti in vtero quodam machinatur per seminalium rationum dispositionem nouæ generationis præludia, quibus Anubin præesse dicebant, & expresse his verbis refert Clemens Alex. lib. 5. Strom. *Solebant etiam Ægyptij in certis solemnitatibus quatuor circumferre statuas Deorum, quos Κωμασίας vocabant, quarum duæ Canum tertia Accipitris, quarta Ibidis figurâ splendebant. Per duos canes duo hemisphæria intelligebant.* Et paulò post: *Alij verò per canes duos tropicos insinuare voluerunt, qui sunt canes quidam obseruantes custodientesque à natura deputati, prohibentes Solis aut Austrum Boream, vlteriorem elongationem.* Erat itaque hæc domus veluti porta quædam ascensus Deorum, de qua postea fusius.

Anubis hieroglyphicum Capricornus.

Clem. Alex.

Secunda domus curæ Canopi attribuebatur. Erat autem Canopus, seu Ægyptiacè *κάνωβος*, Numen seu Genius aquæ subterraneæ actuator, & ad fœcunditatem exerendam excitator, de quo vide Tomo I. Capite de Canopo fusissimè tractatum. Hujus loco Græci posuerunt Aquarium, in quo tamen non differunt ab Aegyptijs. Hydriam enim, quam Græci per Aquarium effundi singebant, Aquario & Hydra in vnum simulachrum more illis solito compacto, pingebant Aegyptij. Figuram videsis Zodiaci veteris Schemate, quod paulò post sequitur.

II. Domus Canopus.

Tertia domus seu mansio tribuebatur Ichton Numini, quod his verbis explicat Iamblichus: *Huic vnum impartibile anteponit Mercurius, quod appellat primum exemplar, aut expressionem, aut effigiem, quod Ichthon appellat, in quo primum intelligens, & intelligibile primum, quod solo silentio colitur.*

III. Domus Zodiaci Ichthon dicebatur & quæt.

Iamblichus.

Exemplar, inquam, non solùm in intelligibili Mundò, sed & sidereo, ità seriorique rerum producendarum idea. Hoc enim rerum conceptarum semina in lucem ducuntur, hoc duce porta vitæ rebus omnibus apposita circa hanc stationem anni aperitur, ità vt aptè piscium hieroglyphico symbolo id indigitârint; pisces enim hoc anni tempore maximam & copiosam fœturam producunt, seminibusque turgentes omnes humentis naturæ semitas implent, vt proinde non incongruè nomen huius Genij à piscium etymo in hunc vsque diem permanserit. Figuram huius ephori vide in sequenti paulò post Schemate.

IV Domus Amm.

Quarta domus seu mansio tribuebatur Ammun, ex duodecim Potestatibus magnæ authoritatis Principi; cuius figura erat ἀδ ἐμπ ⊕ κεφ μπτ ⊕ arietinis cornibus illustris; quo quidem hieroglyphicè nihil aliud innuebat, nisi stationis seu mansionis istius fœcunditatem, quâ semina, quæ Ichthon dispositerat, ab Ammone in variam generabilium rerum segetem producuntur. Verùm cùm de hoc Ammone amplissimè tractatum sit in primo Tomo Syntagmate 2. capite de Ammone, & lib. 3. Obelisci Pamphilij de Arietis hieroglyphica significatione, eò Lectorem remittimus, vbi omnia, quæ huc pertinent, ex innumeris Authoribus congesta reperiet.

V Domus Apis.

Quinta domus seu mansio in Zodiaco destinabatur Apidi Boui. Erat autem Apis Numen apud Aegyptios maximum, agriculturæ præses, cuius ope omnium rerum humanæ vitæ necessariarum vbertatem præstari credebant; atque hanc ob causam huius eum mansionis præfectum credebant, qua in Ægypto & messis colligebatur, fructusque ad maturitatem perducebantur; qui quidem nihil aliud nisi agriculturæ, cuius Apis symbolum erat, effectus indicabant. Semina enim, quæ Ichthon dispositerat, humanæ necessarios concoquere credebatur. Exhibebatur autem hieroglyphicè sub figura Bouis, quam Astrologi in hunc vsque diem huic mansioni conseruarunt. Vide Lector quæ de Apide Tomo I. Syntag. 2. cap. de Apide, & lib. 4. Obelisci Pamphilij fol. 256. de Bouis hieroglyphica significatione copiosissimè disseruimus.

Cur Bubasti sacer tributa-rius.

VI Domus Hercul. & Apollini tributa.

Sexta domus seu mansio Zodiaci Herculi & Apollini, vel vt Plutarchus vult, Helitomenio & Harpocrati, vel vt Græcis placet, Castori & Polluci consecrabatur; vnde Geminorum signum emerlit: aiunt enim Ægyptij, Isidem ab obitu cum Osiride concubuisse, ex eoque gemellos suscepisse Helitomenon & Harpocratem, eosq; postea in cœlum translatos huic mansioni prælatos fuisse. Hinc duas stellas in Geminis, quas Arabes راس الجوز *Ras Elgeuze* vocant, Abenregel vocat فرقلس واقولس *Ganaklas & Apullun*; quæ tametsi corruptissima nomina, Arabum more, sint, nihil tamen aliud indicant, quàm Herculem & Apollinem siue Horum; quæ duo Helitomeno & Harpocrati æquiualent; ijsque hieroglyphicè nihil aliud indicatur, nisi duplicatio roboris caloris Solaris, qui in hac mansione summas vires acquirit. Et per Herculem quidem aptè robur, per Apollinem seu Horum caloris vis exprimitur, quibus nubes paulatim in Æthio-

Hi Hyas.

Æthiopiæ montibus resolutæ in desideratum Nili incrementum aptantur; cui ideo præsides censentur Hercules & Apollo. Hieroglyphicè indicantur per duas statuas, quarum vna pyramidem in manu, altera clauam tenet, reliquis duabus manibus ad concordiam denotandam mutuò insertis, vt infra fusiùs suo loco exponetur.

Hieroglyphicum huius figni Gemini.

Atque hucusque sex Deorum ascendentium domos descripsimus; nunc ab hoc puncto septimæ domus, sex Deorum descendentium, vt Ægyptij volunt, seu vt Porphyrius vult, animarum mansiones sequuntur, (vtrumque sustineri potest, cùm animæ sine ductu Deorum descendere, teste Proclo, non possint;) cuius puncti symbolum, quemadmodum & oppositi signi, canis erat, custos præfixi termini; aut quia canicula, quam Ægyptiace Sothis dicimus, hoc tempore oriebatur, secuturæ inundationis Nilioticæ veluti prodromus quidam.

Canis Sothis Ægyptiacè oritur hoc tempore.

VII Domus Hermanubis.

Septima domus seu mansio erat consecrata Numini Hermanubi, id est, Mercurio, quem sub Ibidis specie exhibebant; cuius officium putabant, immensas vaporum congeries coacernare, & veluti ex vniuersis humentis naturæ penuarijs attractas suffuratasque in imbres dissoluere; vnde deinde magnum ex inundatione Nili emolumentum proueniebat. Gun verò loco Ibidis Cancri figuram posuerint, causa fuit, quòd Cancer apud Ægyptios non fuerit alicuius Genij particularis symbolum, sed, hieroglyphicum conuersionis Solis. Sicuti enim Cancro ita à natura comparatum est, vt incedendo retrogradum motum obseruet; ita Sol, postquam vltimum elongationis suæ terminum attigit, à motu vlteriori paulatim deficit, & dies diminuit, aesi à similitudine motus Cancri retrogredi videatur. Mansio verò non Cancro, sed Hermanubi, vti dictum est, Ibimorpho dicabatur. Vnde Veteres Ægyptij non Cancrum, sed Ibidem pingebant, Genij in hoc diuersorio dominantis hieroglyphicum. Vide de hoc symbolo plura infrà, & quæ huc pertinent curiosè pertractata l. 4. Obel. Pamphil. cap. de Ibi.

Cur loco Ibidis Græci Cancri figuram posuerint.

VIII Domus Momphtæ.

Octaua domus seu mansio Deo Momphta consecrabatur. Erat autem Momphta nihil aliud, quàm Numen quod humidæ naturæ præsidet, Genius incrementi Nili; de cuius nomine, origine, etymo, significatione hieroglyphica consule librum 4. Obelisci Pamphilij Hierogrammatismo de Leone. Pingebatur autem varijs modis, nunc sub forma hominis διαστημάτου, nunc sub simplici cubantis Leonis figura, vti suo tempore & loco exponetur. Erat autem Numen apud Ægyptios singulare, & summæ veneration is, de quo frequentes sermones circumferebantur, huic enim omnem in humidam naturam administrationem commissam credebant. Sed hæc, vt dixi, suis locis fusissimè prosequemur.

Officium Momphtæ.

IX Domus Isis.

Nona domus seu mansio Isi dabatur, cuius figura nunc in modum Virginis spicam tenentis, nunc sub forma Sphyngis incumbentis referebatur. Quo quidem nihil aliud denotabatur, quàm incrementum Nili, quòd qui in Leone Momphta fuæ inundationis exordia capiebat, in Isi finiret: ac proinde Isis beneficio magna secuturæ messis copia sperabatur; Isin enim vti frumenti inuentricem, ita annonæ præsidem credebant. quæ

omnia copiosè in primo Tomo Syntagmate secundo, capite de Iside pertractauimus.

X Domus Omphta.

Decima domus seu mansio Genio dicabatur, quem Ægyptiacè ΠΑΦΘΥΤ Omphta dicebant. Erat autem Numen benesicum, eò quòd, quæ Momphta & Isis per inundationis Nilotiacæ humorem mouerant, iustâ mensurâ distribueret Omphta: vnde & bilancis seu Libræ huic mansioni hieroglyphicum irrepsit; Omphta enim æquus rerum dispositarum executor & trutinator credebatur; quod hâc Zodiaci stationè fieri credebant. Pingebatur autem sub forma humana, quæ in dextra radium, mensorium teneret, in capite modium, vt infrà in Zodiaco apparet.

XI Domus Typhon.

Vndecima domus seu mansio Typhoni dicabatur, malignæ & rabidæ naturæ Genio, cuius adustiuâ vi humor exsiccabatur, arbores suo spoliabantur ornatu, terra arida, sicca, & squalida, humore intra viscera eius protruso, relinquebatur. Atque hinc fabulantur, Osirim hoc Mense Athyr in Arcam fuisse à Typhone conclusum; Horoque sensibilis Mundi pulchritudini insidias fuisse positas; vnde lamenta luctusque Isiaci originem inuenerunt. Aptè autem hanc pereuntis fertilitatis catastrophen exhibuêre per bouem, cuius testiculos Scorpius mordet, ad indicandum, terræ genitalem humorem rabificâ quâdam & Typhoniâ vi hac potissimum stationè deficere, quę alibi exposita sunt, vt proinde ex hoc ipso hieroglyphico posteris placuerit, hanc domum Scorpionis symbolo cohonestare.

Osiris à Typhone in Arcam conclusitur.

Hieroglyphicum.

XII Domus Nephtys.

Duodecima domus seu mansio dicabatur Nephtys, Genio subterranei caloris præsidi, nè Typhoniâ vi totus destruatur; neque enim, vti Plutarchus ait, permittit terræ inferioris Domina, aduersa Typhoniæ exsiccationis vi humorem prorsùs perire, temperiem volens perpetuò manere, cùm integer Mundi ornatus concentusque nullo modo esse possit igneâ vi depereunte. Hic est Genius, cuius curæ Osiridis arma, id est, Solis, quæ erant, spiculum, hasta, arcus, teste Plutarcho, commissa erant; quibus quidem nihil aliud denotabatur, quàm caloris Solaris vis temperata, quâ humorem, quem Typhonia vis adustiua destruere nititur, conseruare studet; vt vel exinde in hodiernum vsque diem huic Stationi Sagittarij signum permanserit.

12 Numina ab Ægyptijs iuxta naturæ exemplar disposita.

Atque hæc sunt duodecim dodecamoria, domus, seu mansiones duodecim Geniorum Zodiaci, quæ veteres Ægyptij Hermetis traditione, ad naturæ exemplar disponere consueuerant; quam quidem dispositionem paucis immutatam, totam sui iuris fecerunt Græci, aliis & aliis fabulis obuelatam. Porrò singulis hisce dodecamoriorum Genijs tres alij adiungebantur Genij adminiculares, quos Decanos appellabant, ita vt vniuersus Zodiacus diuidatur in 36 Genios, quorum singulis diuersa in Mundana œconomia administranda officia committebantur à supremo totius Naturæ Genio, quem ideo πανθεον, siue πολυθεον nuncupabant. Vocat autem Hermes in Pimandro Zodiacum tabernaculum, circulo in duodecim domos diuiso constitutum, iuxta totius naturæ ideas. Sed audiamus verba eius: *Et id prætereà mihi dicas velim, quomodo Vtrices tenebrarum numero duodecim à potestatibus oppositis repellantur.* TRISM. *Tabernaculum illud,*

Decani in Zodiaco qui?

Genius πολυθεος.

Authoritates Hermetis in Pimandro & Asclepio.

illud, ô fili, est Zodiaco circulo constitutum qui ex duodenario numero constat illo, numeris, si sunt, vnus omniformis, secundùm ideas naturæ ad hominis perfectionem atque circuitum. Et in Asclepio vlteriùs hisce verbis eos describit: *Deorum multa genera sunt (in circulo dispositi) eorum; omnium pars vna intelligibilis dicitur, alia verò sensibilis. Intelligibilis dicitur non ideo, quòd putentur non subiacere sensibus nostris; magis enim sentimus eos, quàm quos discernimus. Sublimis enim ratio atque diuinior vltra hominum mentes intentionesque consistens, si non attentiore animum obsequio verba loquentium acceperit, transuolabit, & transfluet, aut magis refluet, fuisque potiùs laqueibus misebit se. Sunt ergo omnium specierum Principes Dij. Hos sequuntur Dij quorum est Princeps vnus. His sensibiles vtriusque originis fuæ consimiles, qui per sensibilem naturam conficiunt omnia, alterni per alterum; vnusquisque opus suum illuminans sibi, vel quicquid est quod eo nomine comprehenditur. Vnusquisque est Iuppiter (quem Ægyptij Hemphta vocant) per cuius enim Hemphta, seu Iuppiter, omnibus præbet vitam. Solis vnus est lumen: bonum enim luminis per orbem Solis nobis infunditur: triginta sex (qui Horoscopij vocantur) in eodem semper loco defixorum siderum. Horum vnusquisque vel Princeps est quem nuncupant, vel omniformum vocant, qui diuersis speciebus diuersas formas facit.* Quæ verba adeo clara sunt, vt constitutam à nobis paulò antè doctrinam Hermetis prorsùs indigitasse videantur. Iamblichus verò adeo illa pulchrè describit, vt ea exposuisse videri possit. *Ego verò, inquit, causam in primis tibi dicam, ob quam sacri & antiqui Ægyptiorum Scriptores de his varia senserint: & in sapientibus huius seculi Sapientes non eadem de his rutione loquantur. Cùm enim multæ in vniuerso sint essentiæ, ac multisariam inter se differant; meritò earum & multæ traditæ sunt principia, habentia ordines differentes, & ab alijs Sacerdotibus alia, principia quidem totius vniuersalia, vt narrat Seleucus. Mercurius ipse tradit viginti millibus voluminibus, vel sicut Manetho recenset, tradidit voluminibus triginta millibus, itemque sex millibus & quingentis atque viginti quinque, & in his perfectè omnia demonstrauit. Propria verò particularium essentiarum principia alij antiquorum alia passim introduxerunt. Oportet igitur de his omnibus veritatem breuiter delarare, atque primùm quod primum quæsiti. Primus Deus antè eus, & solus, pater est primi Dei, quem gignit manens in vnitate sua solitaria, atque id est supermtelligibile, & quæ exemplar ipsius, quod dicitur sui pater, sui filius, vnipater, & Deus verè bonus. Ille enim maior, & primus, & fons omnium, & radix eorum quæ prima intelliguntur, & intelliguntur, scilicet idearum. Ab hoc vtique vno Deus per se sufficienti seipsum explicauit. Ideoque dicitur per se sufficiens, sui pater per se princeps. Est enim hic principium, Deus Deorum, vnitas ex vna, superessentiamque essentiæ principium: ab eo enim essentia, propterea pater essentiæ nominatur. Ipse enim est superenter Ens, intelligibilium principium. Hæc sunt principia omnium antiquissima, quæ Mercurius præponit Dijs ætherei, empyrei, & cælestibus: componens de empyreis libros centum, totidemque de ætherijs, mille de cælestibus. Secundum verò altum ordinem præponit Deum Emephi Dijs cælestibus tanquam Ducem, quem ait intellectum esse intelligentem, atque in se intellectas intelligentias conuertentem. Huic vnum impartibile anteponit, quod appellat primum*

Hecatopoli Dij qui à Vlacchi qui?

Iamblichus.

Principia omnium antiquissima.

Emephi.

Ichton. mum exemplar, aut expressionem, aut effigiem, quod Ichton appellat, in quo est primum intelligens, & intelligibile primum, quod solo silentio colitur. Præter hos autem, rerum apparentium opificio alij Duces præsunt. Nam opifex intellectus, qui & Veritatis est Dominus, atque sapientia, quatenus in generationem progredi ocultam latentium rationum potentiam traducit in lucem, Amun Aegyptiacâ lingua vocatur; quatenus autem sine mendacio peragit omnia, & artificiosè

Amun. simul cum Veritate, Phta nuncupatur. Graci verò hunc Vulcanum nominant,

Phta. artificiosum duntaxat considerantes, quantum verò effector est bonorum, appellatur Osiris; aliasq; denominationes habet propter potentias actionesque differentes.

Osirh. Est & principatus alius apud illos super. Elementa tota in generatione posita, virtutesque eorum: quarum quatuor quidem masculinæ, quatuor fœmininæ: quem Principatum Soli tribuunt. Item alius Principatus super naturam omnem quæ in generatione versatur, Lunæ tributus. Marsilius. Potes in his ordinem consentientem Proclo ita disponere. Primum est ipsum vnum superens superintelligibile totum. Secundum vnum Ens seu vnitas Entis, in quo vnitas sua suo enti præponitur: potest & intellectus intelligibilis appellari, & sui pater. Tertium est intellectus intelligibilis intellectualisque simul, & vnitus intellectus, & expressio prima Ichton. Quartum intellectus intellectualis iam explicatus, cœlestium Dux Deorum Emepht. Quintum intellectus opifex, proximus Dux opificum Mundanorum, qui sunt Dij cœlestes, empyreique, & æthereï: hic forsan intellectus est Animæ Mundi, qui nominatur Amun, Phta, Vulcanus, Osiris. Iamblichus: Dividentes verò cœlum in partes duas, vel quatuor, vel duodecim, vel sex atque triginta, vel harum duplas, vel aliter quomodocunque, Principatus his quoque præficiunt aut pauciores, aut plures. Rursus Ducem vnum his anteponunt, atque ita Aegyptiorum tractatus de principijs desuper ad postrema progrediens ab vno descendit in multitudinem, ab vno videlicet gubernatam Deo, vbique tridefinita natura sub quodam termino desinito impressoque comprehensa, præcipue verò ab excelsa omnium causa vnitate. Materiam verò produxit Deus materialitate, videlicet ab essentialitate subderiuata, quam opifex vitalem assumens, simplices impatibilesque fabricas effecit. Ipsius verò postremum accepit ad generabilia & corruptibilia corpora faciendum. His ita discretis facile soluuntur dubia, quæ in libris Aegyptijs, quos legisti, concepisse dicis. Quienim sub Mercurij titulo circumferuntur, opiniones Mercuriales continent, etsi sæpe Philosophorum Græcorum stylo loquuntur; sunt enim ex lingua Aegyptiaca in Græcam translati a Viris Philosophiæ non imperitis. Optarem verò, vt quicunque mundanarum rerum causas primas attingunt, vltima quoque principia declararent. Item quicunque planetas, Zodiacum, Decanos, Horoscopos, stellas, potentes Duces tradunt, vt particulares principiorum distributiones tradarent. Proinde dogmata quæ in Salaminiacis sunt, brevissimam partem Mercurialium ordinationum continent. Item quæ de stellarum apparitionibus, vel latebris, aut Lunæ augmento, vel decremento tractantur: in postremis penes Aegyptios assignationem causarum habent. Profectò Aegyptij non omnia esse naturalia putant, sed vitam & intellectualem, & animalem a natura discernunt, non in Mundo solum, sed etiam in hominibus. Atque cum intellectum & rationem secundum seipsos existentes præfecerint, sic quæcunque fiunt, fieri arbitrantur: atque eorum quæ in generatione versantur, præcipuumque patrem esse opificem asserunt.

asserunt. Cognoscunt quoque vitalem potentiam, & quæ in cœlo est, & quæ super cœlum extat. Item purum intellectum collocant super Mundum, & vnum impartibilem in toto Mundo, & alterum per omnes circulos distributum. Jam verò hæc non oratione rationeq; nuda speculari solent, sed admonent insuper atque docent, ad excelsiora communionemq; & superiora fato, naturam nostrum progredi ad ipsum Deum Opificem & Mundi, quatenus neque materiam ferat secum, neque aliud quicquam præter oportuni temporis obseruantiam; idque sacrorum opera nos consequi docent, atque simul efficiant. Tradidit hanc quoque viam nobis ipse Mercurius: sed interpretatus est eam Propheta Bitis Ammoni Regi inuentam in adytis templi, in vrbe Saym Ægypti, literisq; sacris insculptam. Præbuit quoque nobis Dei nomen discurrens per vniuersum. Sunt & alij multi ordines de eisdem. Quapropter non rectè mihi videris Ægyptiorum omnia ad naturales duntaxat reducere causas. Sunt etiam apud illos plura, atque essentijs pluribus: sunt & Potestates supermundanæ, quas religiosæ præcipuè sanctimonia coluerunt. Verum vt Zodiaci ab Hermete factam diuisionem exactius cognoscas, hic dictorum Schematismum veluti Synopsin quandam ob oculos curiosi Lectoris proponendum duxi.

Zodiaci veteris hieroglyphica exhibitio ab Hermete peracta.



VErùm nè quis me hactenus dicta proprio ingenio confinxisse autumet, adducam hoc loco fragmentum hieroglyphicum ex Gazophylacio Francisci Cardinalis Barberini extractum, in quo quæcunque circa duodecim Genios Zodiaci dicta sunt, tanquam in speculo quodam expressa cernuntur. Et tametsi Schema hoc in Obelisco Pamphilio exposuerimus, hìc tamen veluti instituto nostro appropriatum, repetendum duximus. Quid itaque singula indicent, videamus.

Ex Ergasterio Barberino.

Ex M. Milesij olim, modo ex Angelomi Musæo.

Explicatio Tabulæ Barberinæ.

Globus κοσμοπλάσμος triformis Numinis vnitatem, & in contemplatione sui solitaria degentem ostendit. Figura verò principalis indicat eiusdem triformis Numinis pantamorphi in totius naturæ amplitudinem descensum. Capite gestat Leoninum caput sexfili Lunæ insertum, quo potestas & dominium in Solem & Lunam ostenditur; quæ potestas sessione quoque declaratur. Cornu gerit arietinum, ad fœcunditatem eius demonstrandam, & Ammoniam virtutem. Sinistra manu Scorpionem tenet, & canem; quo aptè indicatur Anubis & Typhon, teste Plutarcho, & siccatiua vis Solis est, quæ maximè, Sole Scorpionem intrante, exeritur, dum solijs arbores, terra graminibus nudatur. Dextra tenet binos Serpentes, & figuram Leonis, baculo complicata; quæ in vitam & mortem, in generationem & corruptionem, in bona & mala, in Regnum Mophta vis & potestas indicatur; ita vt per Scorpionem, exitiale animal, mors & interitus rerum, siue malorum paratio, Horo teste; per binos Serpentes duplex Mundi, cœlestis & elementaris, vita; per Leonem Momphta, humidæ naturæ præsides appositè indicentur. Per simulachra verò Numini polymorpho circumpositæ, serpentibus, alijsque, veluti baculis cucuphomorphis, scutica, ansatis crucibus instructa, sub Pueri, Leonis, Accipitris, Ibidis figura, vitalem fœcunditatem, quam ad varietatem rerum Mundo, Soli, Lunæ, Elementis influunt, ostendunt; quæ omnia suis locis fusiùs explicabuntur. Duorum Crocodilorum in diuersas partes respicientium capita conculcat, quo omnem pernitiosam Typhonium & Aramaniam vim, quâ patet Ortus & Occasus, perfectè sibi subditam & tenere pulchrè indicatur. Sub Crocodilis superficies arcuata spectatur, plena Genijs pantamorphi Numinis Asseclis, administris rerum tutelaribus, quibus totum Regnum Momphta per aptam temporum dispositionem administratur. Horum alij stantes sunt, alij sedentes. Stantes sunt primi tres à dextra, & tres à sinistra, quinque intermedij sedentium habitu. Primus à dextris incipiendo, Genius est λευκόπλασμος, manu harpagonem tenens, sacro vestitus velamine, globum capite tenet, quo Genius vim corroboratiuam soliditatemque rebus conciliatiuam conferens, contra vim rerum dissipatiuam, notatur. Sequitur Genius πυρόπλασμος, id est, Accipitrina facie, baculo cucuphomorpho insignis, quo vis Solaris in calidum & humidum, quæ varietatis rerum causa est, indicatur. Sequitur tertius Genius αἰλουόπλασμος, siue Felis specie, siue quod idem est, Cynocephalus Genius Lunaris. Quibus ex opposito tres alij Genij respondent, quorum prior Accipitrina facie cum penna in manu, ostendit celerem vim motus Solaris; secundus Ibidis forma, cum penna in manu, celerem motus Lunaris vim; tertius sua forma canis, Anubin indicat, Horizontis, teste Plutarcho, præsidem. In medio figura Serpentis, vndulato gyro caudam sibi mordentis, inserta est, quâ annus siue Zodiacus aptè, teste Horo, indicatur. Vndulatus est, siue in figuram aquæ fluentis dispositus, vt exprimat gyros, quos Sol veluti in cœlestis æquoris vndis per duodecim signa, & totidem Menses, dum motu suo conficit, omnium quæ in Mundo sunt, rerum productionis causa est. Duodecim enim

Genius λευκόπλασμος.

Genius πυρόπλασμος.

Αἰλουόπλασμος.

Symbola Zodiaci.

enim signa siue Menses aptè per gyros indicantur. Quia verò quinque dies anno Solari ad 360 desunt, hosce significare voluerunt per quinque gyros principales, quibus totidem Genij præsunt. Mythologia ex mente Plutarchi ita se habet: *Rhea, aiunt, occulti cum Saturno conuersæ, Solem, qui id flagitium deprehendisset, imprecatum fuisse, ne quis in Mense, neque in anno pareret; sed Mercurium amore Deæ captum cum ea concubuisse, ac deinde illi ludo cum Luna victorem septuagesimam partem cuiusuis diei abstulisse, ac 360 anni diebus adiecisse, qui quinque dies nunc ab Ægyptijs Misi, à Græcis ἐπαγόμενοι, id est, adiecticij vocantur, eo vt natales Deorum festa agantur. Primâ autem eorum die natum Osirin rerum omnium Dominum; secundâ die Aroëridi natum, quem alij Apollinem, alij Horum seniorem appellant; tertiâ Typhonem, non suo tempore ex loco, sed latere illi perrupto exsiliisse; quartâ Isidem in lucem; quintâ Nephtyn, quam & finem & Venerem, & victoriam nominant.* Nos verò hos quinque Deastros ex hieroglyphica doctrina ita restituimus, vt primum diem Hermanubi, secundum Anubi, tertium Isidi, quartum Horo, quintum Osiri tanquam veris Ægypti tutelaribus dicatos intelligamus, quos figura hîc expressa notat. Hermanubis enim suo Hermes Ibiacus per statuam Ibiformem; Anubis per κυνόπλασμος siue canibam faciem; Isis per femineam tunicæ velo suo; Horus per puerilem; Osiris denique per leoninum & iubatum vultum exprimitur. Pennas in manu habent, vt occultum agitationis motum innuerent. Occipitibus primi, secundi, & quarti, indicant vim & potestatem diuinam in Orbem. Phallus oculatus Isidis mediæ capiti superpositus indicat seminalis copiæ multitudinem, cui Isis ceu passiuum rerum principium substat. Quinta denique figura Osiris globum serpentiferum capite portat vt ostendatur, eum esse vitæ mundanæ principium actiuum.

Dies supercalares.

Plut. l. de Osir. & Ibid.

Missi quinque Natales Deorum dicti.

Explicatio 5 tutelarium Geniorum.

Quid sibi velit in manibus quorum gestata indicant.

Aduersi Genij.

Atque hi sunt moderatores anni, & rerum communi totius anni decursu in inferiori Mundo nascentium tutores conseruatoresque. Quia tamen rerum inferiorum per dictos quinque tutelares Genios indicata felicitas, aduersas habet potestates, quarum liuore res naturæ variè interturbari possent; hinc aptè latere Genios tutelares auerruncos, (vti harpagones, scutatæ, similiaque auerruncatiuæ virtutis symbola indicant) quibus & Genijs maligna vis abigatur, & intenta rerum varietas & abundantia conseruetur) appositerunt. Intra hæc verò duo simulachra sunt, quorum prius lanceæ Hippopotamum, alterum Crocodilum transfigit, quibus indicatur Bebonia vis (ita enim vim Typhoniam nominat apud Plutarchum Manethon) quâ obstaculum, siue impedimentum notant, quo rebus rectâ incedentibus, & ad sum finem tendentibus, Hippopotamus & Crocodilus Typhonicus obsistunt; quod tamen Hori & Osiridis spiritus eandem destruat & dispergat. Quæ plurimè sanè consonant ijs, quæ Plutarchus recitat libro de Osiride & Isíde, apud Hermopolim vidiliceet simul rerum ostendi Typhonis [illegible]

Lances Hippopotamus & Crocodilus transfixus quid.

Plutarch.

pium,

pinum, quibus vi potitus ille sæpe non desistigatur pro malitia tur batus atque tur bans. Vides in hac figura Numen *hermaphroditum* serpentem manu sinistra, dextra spiculum torquens in hyppopotamum; Osiris enim vita rerum, radiorum suorum virtute velut spiculis quibusdam ineussis, facile superat vim illam Rebonam, & sini rerum naturalium aduersam interficit, cui se sedulum Antagonistam exhibet Mophta, quem statua *Mercurio* baculo cucuphomorpho instructa cum à tergo sequens, ac vim eius instingens indicat. Hoc idem ostendit in opposito latere figura accipitris telo crocodilum configens. Vide Plutarchum citato loco. Omnia enim cuenta mala & damnosa, naturæ quandam repugnantiam habentia, Typhonis effectus & opera dicebant; quæ Sol dum interimit, vna Mundum *Osiride* in temperiem reducit. Canibus autem ad latera vndulato serpenti accumbentibus, custodia accessus & recessus Solis indicatur; vel vt Plutarchus vult, incrementum Nili, quod canes cœlestes ortu suo mouent & promouent. Sed hæc ita esse, luculentis verbis Clemens Alexandrinus lib. 5. Strom. demonstrat his verbis: *Sunt autem qui volunt quidem, Tropicos significari a canibus; qui custodiunt, ex militar imitatum observare accessum Solis ad Austrum & Septentrionem.*

His itaque expositis, iam officia singulorum Geniorum in Zodiaco descriptorum exponamus. Per Anubin itaque seu Mercurium canis, mem nihil aliud intelligebant, nisi custodem caloris Mundani. Per Canopum humidæ naturæ in subterraneis vim actiuam. Per Ichneumonem humoris ad generationem rerum perficiendam, dispositionem. Per Amun calo, ris vim secundatiuam. Per Apin fœtuum messisque vim maturatiuam. Per Geminos Herculem & Apollinem vim Solis calefactiuam. Per Ibin, ortum Sothis, inundationis Nilotiacæ prodromi. Per Momphta Nilotici incrementi vim dispositiuam. Per Isin frumenti secuturi abundantiam. Per Omphta ad semenus partionem æquam telluris temperiem. Per Typhonem vltimam telluris exsiccationem, humorisque benefici in subterraneos meatus inclusionem. Per Nephthen denique humoris ab omni interitu vindicationem. Quibus totidem maiores gentium Dij Deæque respondent, quos in Obelisco Pamphilio fol. 251. exhibitos contemplare. Hebræi quoque & Arabes, Ægyptios imitati, suum Zodiacum in duodecim pariter Angelorum præsidia dispertiuntur, quorum Nomina, cum in Kabala Hebræorum & Saracenorum exhibuerimus, superuacaneum esse rati sumus, eadem cum Lectoris nausea hic repetere.

Numen hermaphroditum quid.

Mophta Hermaphroditus quid.

Canum custodia quid.

Clem. Alex.

Quid Numina Zodiaco deputata significent.

Effectus quos in Mundo præstant Dij Zodiaco adscripti.

CAPVT III.

De Characteribus signorum, eorumdemque origine.

Cur & quomodo Ægyptij primum signum posuerint Capricornum.

ASTronomi omnes ferè signorum ordinem incipiunt ab Ariete, quod & Ægyptij faciant; vnde mirari forsan quis posset, cur nos primum signum siue dodecamorium attribuerimus Capricorno seu Anubi. Respondeo, dupliciter nos signorum ordinem hoc loco considerare posse,

se, vel Astronomicè, vel mysticè. Signa itaque Astronomicè considerantes exordium ab illo veri temporis puncto, quod dies noctibus æquat, sumebant; quod & in hunc vsque diem ab Astronomis obseruatur: mysticè verò considerantes, siue in quantum Geniorum, Deorumque in mundana œconomia administrationem concernit, a brumæ Solstitialis puncto, quod Deorum ascensum nominabant, signorum, Deorumque ordinem sumebant, nè si ab æquinoctio Verno initium sumerent dispositionis domuum Geniorum, ordo ascendentium Deorum interturbaretur. Atque hæc est causa, cur nos Mystas Ægyptiorum secuti, hunc ordinem seruauerimus. Quibus quidem expositis, iam quid signorum characteres velint, vnde originem traxerint, videamus.

Mercurius itaque Trismegistus, postquam singulis Zodiaci, dodecamorijs suos Genios assignasset, atque in Astronomico negotio semper hieroglyphica simulachra ponere, dum signum denotare vellet, oppido laboriosum comperiret; abbreuiaturas quasdam ex ipsis simulachris depromptas loco simulachrorum posuit; quem morem ab illo tempore in hunc vsque diem continuâ quadam successione & traditione conseruarunt. Sed singula explicemus, ab Ariete Astronomorum more initium facientes.

Ordo signorum characteristicus, & 12 signorum Zodiaci.

Primum signum Astronomico more Aries est, Ægyptiacè dictus Ammon, Amun; pingebaturque sub hominis cornibus arietinis conspicui figura. Verùm in compendiario Astronomico computationis negotio, nè semper integram imaginem scribere cogerentur, sola duo cornua, Astronomi posuerunt Arietis hoc pacto , cui respondet posterorum Astronomorum vsque in hæc tempora continuati symbolum, quod sequitur ♈.

I Signum ♈

Secundum signum Taurus est, quem Ægyptij Apin vocant, maximum Numen, & sub forma Bouis, vti & hodie in vsu est, exhibebatur. nè igitur semper circa huius signi mentionem integrum bouem pingere cogerentur, caput tantùm Bouis cum cornibus posuerunt, vt sequitur , cui correspondet modernus Tauri character ♉.

II Signum ♉

Tertium signum Geminos tenet, quos Ægyptij Herculem & Apollinem, siue Helitomenon & Harpocratem vocant, eranteque binæ vtriusque hieroglyphicæ statuæ, manus sibi mutuò inserentes; quas nè mentione huius signi facta pingere cogerentur, loco statuarum huic innenerunt characterem epitomaticum, , quo dicti Gemini exprimebantur, quo & in hunc vsque diem vtuntur Astronomi, vt sequitur ♊.

III Signum ♊

Quartum signum Cancri dicatum est, Ægyptijs Harmanubi Ibimorpho. quoniam verò Sol sub initium huius signi retrogradus est, & eidem signo Ibiacum Numen præest; caudam ex Cancro, & caput ex Ibi scripserunt, quorum positione emanauit character

IV Signum ♋

ex capite Ibis & cauda Cancri compositæ, cuius rationem nescientes posteri, eum sub hac figura retulerunt, Ægyptiaco hieroglyphico haud absimili æ.

V Signum Ω

Quintum signum Leonem continet, qui Ægyptijs Omphta dicitur. Ne itaque semper huius mentione facta integrum Leonem pingere cogerentur, loco totius partem, id est, caudam pinxerunt, Leoninæ fortitudinis symbolum hoc pacto : quo & in hunc diem Astronomi vti solent Ω.

VI Signum ♍

Sextum signum Virginem dicatum est, quam Isin Ægyptij nominant, frumenti inuentricem; vnde & eam sub Virginis forma triplici spicâ conspicuam hieroglyphicè depingebant. Ne itaq; eius mentione facta, semper hanc imaginem pingere cogerentur, tres spicas formarunt ligaculo strictas, emanauitq; character Virginis vt sequitur : cuius rationem posteri non capientes, loco trium spicarum hunc posuerunt characterem ♍. qui tamen ab antiquo charactere non multum abludit. tres autem spicas assignarunt, quia in Ægypto subinde ter in anno messis peragebatur, ob luminam telluris, quam ipsa referebat, luxuriem.

VII Signum ♎

Septimum signum Libræ, tribuitur ab Ægyptijs Numini Omphta, quo humoris ob excessum inundationem vis ad temperiem redigebatur, & componebatur, teste Firmico, & Scholiaste terrabili Proloma; cuius cum libræ bilanx hieroglyphicum esset, loco imaginis Omphta, quæ hominem mensorium in manibus radium tenentem mentiebatur, eundem radium ponebant hoc pacto ; posteri verò loco huius Libram formarunt hoc pacto :

VIII Signum ♏

Octauum signum Scorpionis est, quod Typhoni malignitatis naturæ Genio, veteres Ægyptij tribuebant, cuius symbolum cùm Scorpius esset, vtpote venenosa quædam & adustiua facultate pollens, Typhonijs operationibus haud absimili, hieroglyphicum eiusdem Scorpij characterem posuerunt, vt sequitur : quos & imitati posteri, simili characterum genere expresso runt sic ♏.

IX Signum ♐

Nonum signum Arcitenens siue Sagittarius est, Ægyptijs verò Nephre dictus, Typhonis [illegible], cuius curæ cum urnam Osiris, hoc est radiorum Solarium effectus commisit sint, ijsque ne humoris vis Mundani adustiua vi Typhonis destrueretur, Typhoni se opponentis radij autem Solares per spiculum seu sagittam hieroglyphicè exprimerentur; hinc charac[illegible] emanauit Sagittarij Typhonem conficientis, vt sequitur : quem Moderni sic notant ♐.

Decimum [illegible] signum Capricorni est, cui Ægyptij præfecerunt Anubin caninâ facie conspicuum, & hirco-piscem loro ducentem. Ne imaginem operosam semper huius signi mentione factâ pingere cogerentur, hirco-piscem, symbolum calidi & humidi, cuius Anubis custos & conseruator erat, pinxerunt, vt sequitur : quos & imitati posteri, sic eum haud abludente charactere expresserunt ♑, in quo cornuum & caudæ piscis manifesta latent indicia.

X Signum ♑

Vndecimum signum Aquarius est, quem Canopum Ægyptij appellabant, humidi subterranei præsidem, figurabaturque sub forma hydriæ vasto ventre protuberantis, capite humano eidem loco operculi imposito, cuius loco figuram Kyriologicam, nullo non Obeliseo obuiam, expressêrunt, vt sequitur : quo charactere & in hunc vsque diem vtuntur.

XI Signum ♒

Duodecimum signum pisces sunt, Ægyptijs Ichthon, Numen sub forma partim humana, partim piscina expressum. Omissa itaque figura humana, tantùm compendij causa characterem exhibuerunt sub forma piscis vt sequitur : posteri verò quos pisces posuerunt veluti colligatos vt sequitur ♓.

XII Signum ♓

Atque hi sunt duodecim characteribus iuxta atq; recentioribus vsitati; quos quidem ijs decausis, quas diximus institutos, nemini dubium esse debet. Manilius eos his verbis exponit.

Vt sit idem Mundi primum, quod continet arcem,
Aurato Princeps Aries in vellere fulgens, Manilius.
Respicit aduersam surgere Taurum,
Submisso vultu Geminos, & fronte vocantem:
Quos sequitur Cancer: Cancrum Leo: Virgo Leonem:
Æquato tum Libra die cum tempore noctis,
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
In cuius caudam contentum dirigit arcum,
Mistus equo, volucrem missurus iam in sagittam.
Tum venit angusto Capricornus sidere flexus;
Post hunc inflexam defundit Aquarius vrnam,
Piscibus assuetas aquide subeuntibus vndas,
Quos Aries tangit claudentes vltima signa.

Quæ verba Manilij Scholiastes Scaliger ex Alcabitio ita exponit: *Zodiacum arcem vocat, quòd ex eo ortus & interitus præcipuæ causæ desluant, & vt ipse ait, quòd exeo fatorum ducitur ordo. Ab eo igitur meritò auspicatur, vt, inquit, primum sit & primo loco ponatur, quod Mundi primum occupat arcem. Sic Autor Alkabitij à Nitac, hoc est, à circulo Zodiaco ab eadem causa orsus est.* Et paulò post: *Duodecim signorum characteres, quibus vulgus Astronomorum vtitur, antiquissimæ originis sunt, quamquam depranati.* Scaliger. Significationes 12 characterum Zodiaci.

Y *Aries, caput Arietis.*

Tau-

♉ Taurus vipus Babylon. ♊ Gemini, duo corpuscula conserta brachijs & cruribus. ♋ Cancer, ideo natus Gemmari figura. ♌ Leo, cauda Leonis. ♍ Virgo, alata Virgo. ♎ Libra, scapus seu bilanx cum examine, quod Veteres momentum vocabant; unde lanx momentaria. ♏ Scorpius, non indiget additio. ♐ Sagittarius, neque ipse indiget explicatione. ♑ Capricornus, est extrema cauda piscis conclusa, in quam ille abrasus desinit, quam Botta in Teiroe vocant Arabes. ♒ Aquarius, aquæ fusio. ♓ Pisces, pisces duo aduersi oppositis dissellis cum vinculo, quod Græci Magistri nuncupant. Totam hanc characterum originem Scaliger descripsit ex Alkabitio, qui totidem pene verbis Arabicè ea describit, vti & Abenragel, vt suo loco dicetur. Sunc autem hi duodecim nihil aliud quàm characteres hieroglyphici, effectus Gnomorum duodecim hisce plagis deputatorum explicantes; & passim inter hieroglyphicas Ægyptiorum descriptiones reperiuntur, vt in tertio Tomo demonstrabitur.

Aries in pristinis characteribus quid?

CAPVT IV.

De septem Planetarum origine, nominibus, officijs, characteribus.

RECtè & sapienter canit Manilius lib. 1. Astronomicôn.

Manilius.

Omnia conando docilis sortitia vicit,
Nec prius imposuit rebus finemque, modumque,
Quàm cælum ascendit ratio, capitaque profundis
Naturam rerum causis, vtilis, quod vsquam est &c.
Quæ postquam in proprias deduxit singula causas,
Vicinam ex alto Mundi cognoscere molem
Intendit, totumque animo comprendere cælum,
Attributique suis formas, sua nomina signis,
Quasque vices agerent certa sub lege notauit,
Omniaque ad Numen Mundi, faciemque moueri,
Sideribus vario mutantibus ordine fata.

Hermes primus obseruator motus planetarum.

Fuit hic præ cæteris mortalibus primus Hermes noster, qui postquam Zodiaci duodenarium Systema complexisset, vidisset que nonnullas stellas non fixas, sed vago cursu per spaciosas cœlorum semitas vltrò citròque commeare; ad motus, motuumque leges explorandas, tam exoticæ rei cognoscendæ incensum intendit animum. Comperiebat autem septem potissimùm, ex vniuerso stellarum exercitu, hâc vagabundâ naturâ præditas stella; hâc tamen conditione, vt omnes obliquam Zodiaci constitutionem sectantes, tantùm sub certa & definita annorum periodo cursum suum absoluerent; nonnullas quidem celeriùs, nonnullas tardiùs: quasdam quidem viam Zodiaci rectiùs & præcisiùs, quasdam irregulariùs terentes. Et primò quidem Solem notabat, constanti & irretorto gressu me-

su mediam Zodiaci lineam tenere; Lunam, cæterasque stellas quinque, non item, sed iam vltrò citròque ad sex graduum amplitudinem cursitantes summo studio, & multorum annorum experientiâ obseruabat. Quæ ita esse, expressè Scholiastes in Hyginium, quisquis ille fuerit, testatur. *Mercurius*, inquit, *primus mortalium ostendit obliquitatem Zodiaci, & planetarum cursus sub eodem perfici.* Quin imò ipse Trismegistus in Pimandro de se id testatur sequentibus verbis: ÆSCVLAP. *Quonam igitur pacto, Trismegiste, ea quæ in Mundo sunt, mutantur vnà cum his quæ mouentur? Nam sphæras erraticas ab aplane sphæra moueri dicebas.* TRISMEG. *Iste non motus, ô Æsculapi, sed resistentia est: non enim eodem, sed modo contrario graduntur. Oppositio verò reuerberationem motionis stabilem continet, repercussio enim stationis agitatio est, ideoq; sphæræ erraticæ e contrario ac plane subalternè inuicem discurrendo, obuiatione contrariâ circa oppositionem huiusmodi ab ea quæ perstat, agitantur; quod quidem aliter se habere nequit; nam arctos ipsas, quas nôsti, nec exoriri vnquam, nec mergi, circa idem perpetuò recurrentes; num moueri censes, an consistere potiùs?* ÆSCVL. *Moueri, ô Trismegiste.* TRISM. *Quonam motu, Æsculapi?* ÆSCVL. *Motione circa idem sempiternè currente.* TRISM. *At verò circulatio illa idem motus à stationè contentus; ipsum namque circa idem prohibet, quod super ipsum est; impeditum autem id quod super ipsum, circa idem instat: atque ita contraria agitatio firma est ab ipsa oppositione perpetuò stabilita. Exempla tibi ante oculos ponam in terris viuentium, veluti dum homo quis natat, currente nimirum aduersa aqua, manuum simul & pedum repercussio stare hominem efficit, nè cum aqua pariter labatur, aut mergatur in eam.* Quibus verbis quid aliud indicat, nisi proprium planetarum motum, quo contrario motui diurno raptu ex ortu in occasum feruntur? quem motum & moderni per motum nauis, & hominis contrario in eadem morâ incedentis demonstrant. Sed quoniam hæc vulgò trita sunt, ea indicasse sufficiat. Quare ad nominum characterum impositionem procedamus.

Mercurius itaque vti summâ & admirandâ ingenij dexteritate pollebat, ita singula sua inuenta, non minori ingenij industria texit. Patet hoc primò in Nominum planetariorum impositione. Cùm enim videret, totum naturæ ordinem septem hisce ambulatoribus inniti, eorumq; fato omnia inferiora subsistare: maxima & principalia Mundi sensibilis Numina ipsos appellandos existimauit. Solem quidem, quem Deum Deorum cœlestium præstantissimum in Pimandro dicit, & cui reliqui cœlites veluti Principi Regique pareant, ideo appellauit Osirin, quòd Ægyptiacè πολυόφθαλμον multoculum, vel etiam Dominum sanctum significat, eò quòd hic totius naturæ fons, omnibus vitam concedat, vt alibi fusiùs expositum est. Lunam verò Isin vxorem Osiris dixit; ex horum enim coniunctione & copula spectabilem illam rerum omnium in totius naturæ maiestate elucescentium varietatem enasci credebat, vtpote Soli calidum, Lunæ seu Isidi humidum attribuendo, quæ sunt veluti prima quædam totius generationis elementa. Atque hos duos planetas inter elementa & reliquos superiores planetas ponebat intermedios, veluti totius naturæ arbitros, vti suprà in Systematica Mundi constitutione hieroglyphicè exhibi-

Mercurius nominis planetarij impositor

Sol Princeps Numen cœli Osiris vel Posiris.

☽ Vxor Osiris Regina cœli.

☿ & ♀ medij planetarum.

☿ & ☽ officia in œconomia Mundana.

ta fuisse ostensum fuit. Porrò cum supra Solem duos alios ambulones adueretur perpetuos & indiuiduos Solis comites; viciniorem Mercurij nomine insigniebat, veluti Solis internuncium & coadiutorem, vnde posteà fabula de Deorum Nuncio Mercurio emanauit; sequentem verò lucidissimam stellam Aphroditis seu Veneris nomine nuncupabat, vtpote quæ, quod Sol, Luna, Mercurius rectè in Mundi œconomia disposuerant, illa fœcunditate & gratiâ suâ compleat, & perficiat, vnde & in hunc vsque diem fœcunditatis, gratiæ, & amoris munus ipsi attribuitur. Quoniam verò Venus humido abundans subinde cum Luna quandam in sublunari Mundo intemperiem efficit, hinc Martem, quem ΤΥΦΩΝΑ Typhun vocat, superposuit Veneri, cuius munus est, adustiuâ vi suâ & facultate causticâ, excessiuam humiditatis discrasian à Venere & Luna causatam, incisione suâ ad temperiem redigere. Quoniam verò Typhonem malignæ & peruersæ naturæ cognórat, hinc supra ipsum statuit Iouem, quem & Aegyptiacè ΠΑΧΤΩΝ vocauit, omnibus præclaris facultatibus instructum, qui benefica & potenti virtute suâ malignam Typhonis naturam coërcitam in officio, nè vi suâ tabificâ susque deque verteret omnia, contineret. Tandem huic superimposuit Saturnum, quem & Rephan Ægyptiacè vocauit, cuius officium est, calorem in Mundo excessiuum à Marte & Sole causatum frigiditate suâ, non secùs ac Mars humiditatem à Luna & Venere causatam attemperare. Quorum officia ac virtutes cùm fusè tùm in præcedentibus, tùm in Obeliſco Pamphilio descripserimus, eò Lectorem remittimus.

♂ et ♃ officia.

♄ officium.

Quàm aptis autem hieroglyphicis characteribus singulorum officia & potestates exhibuerit Hermes, restat explicandum. Cùm itaque horum septem principalium Geniorum virtute totum inferiorem hylæum Mundum administrari comperiret; characteres singulorum vitibus appropriatos, quorum quinque potissimùm ex hieroglyphicis kyriologicis, videlicet ex ☉☽ΥΣ+ composita sunt, excogitauit; quorum prior character hieroglyphicus Solis; alter Lunæ; tertius, cornu scilicet Arietis, caloris & fœcunditatis, cursus planetarij principium; quartus, scilicet sagitta, caloris & siccitatis; quintus denique crux est, elementaris Mundi symbolum. Ex quibus singulorum planetarum virtutes eo ingenio expressit, vt videndo characterem cuiuspiam, statim in notitiam virtutis eius veniret. Sed fabricam ostendamus.

Characteres planetarum quid notent.

Ac primò quidem suppono ex Clemente Alexandrino & Eusebio, duplicem habuisse Ægyptios modum mysteria sua symbolica repræsentandi; vnum per virtutes animalium, herbarum, plantarum; alterum per Geometricos characteres, appositè mysteria intenta repræsentantes. Sic per Scarabæum & Ibidem primo modo Solem & Lunam, quos eosdem posteriori modo per Solis & Lunæ simplices characteres repræsentabant. Sic quatuor Elementa siue principia rerum per quatuor animalia, quæ qualitates haberent Elementis non absimiles, primo modo; posteriori verò per + repræsentabant: quod Clemens Alexandrinus hisce verbis affirmat. *Symbolicè autem vna quidem loquitur per imitationem, alia verò scribitur veluti propriè, alia verò apertè sumitur allegoricè per quædam ænigmata; vt qui Solem volunt scribere, faciunt circulum, Lunam autem figuram Lunæ cornium formam præferentem (hoc est semicirculum) conuenienter ei formæ, quæ propriè dicitur: ænigmaticè verò Solem Scarabæo assimilant, obliquam astrorum conuersionem spiris & voluminibus serpentum.* Porphyrius quoque apud Eusebium sic ait: *Vnde factum est, vt omnia candida cœlestibus Dijs attribuerentur; pila, & rotunda omnia Mundo, præcipuè ☉ & ☽, id est, Soli & Lunæ; circulus verò & quæ circularia sunt, sæculo, & motui cœlesti, & zonis ac circulis, qui in cœlo esse intelliguntur.* Quæ nos ad mentem Veterum ita explicamus. Ægyptij pingebant circulum, quo Solem repræsentabant, stellarum omnium Principem, & cœlestium Numen, à cuius luce omnes participarent. Cùm autem omnem virtutem ipsius solùm in elementarem Mundum cognoscerent, circulo decussatum apposuere signum seu characterem sic ♀, quo notabant spiritus Mundi omnia permeantis fœcunditatem, vnde & Græci Venerem veluti generationis Deam illo exprimendam assumpsere. Cùm autem hanc virtutem Veneris sparsam & seminatam à Deo per omnes Mundi partes intuerentur, spiritum nimirum Animæ Mundi siue Solis dantis vnicuique rei formam, vitam, essentiam, & durationem; cùm, inquam, eum inueniri viderent in omnibus rebus, in homine inquam, in bestijs, in terra, aqua, aëre, igne, in fluminibus, in montibus, planis, vallibus, syluis, pratis, desertis, plantis, animalibus, in cœlis etiam & stellis; semicirculum ☽ ei apposuerunt, & ortus est character ille celeberrimus & sacer ☿ Mercurij, quem in tertio libro Obeliſci Pamphilij Spiritum Mundi, seu Solem Ægyptiorum omnia ad se attrahentem, interpretati sumus. Menti nostræ mirum in modum insipulatur Deenus in sua Monade hieroglyphica, vnde verba eius cedro digna huic appono: *Antiquissimi sapientes Magi, quinque planetarum nobis tradidere notas hieroglyphicas, compositas quidem omnes ex Solis & Lunæ characteribus, cum elementorum, aut Arietis hieroglyphico signo. Ac primùm quidem de ijs, qui Lunæ habent characterem, nos iam paraphrasticè agemus; de Solaribus deinde. Lunaris nostri natura, dum per Elementorum scientiam circa nostram sit semel reuolutæ terram, Saturnus mysticè dicebatur. Et eadem de causa Iouis quoque habebat nomen, istamq; secretiorem tenebat figuram ♃. Et Lunam tertiâ vice elementatam obscuriùs sic notabant ☿, quam Mercurium vocare solent, qui quàm Lunaris sit, videtis? Martis verò character mysticus ♂, an non è Solis & Arietis hieroglyphicis est conflatus, ♃ elementato partim interueniente Magisterio? Et Veneris quæso, an non ex Solis & elementorum pleniore explicatione? Illi ergo planetæ Solarem rapiunt* [illegible]; *opusque ita* [illegible]; *incuius progressu sic tandem conspicuus Mercurius ille alter, Priori quidem Veterinus frater; ex Lunari scilicet Solarique elemento completa magia.* Quæ omnia Hermes expressit his verbis:

Characteres planetarum quid notent.

Ægyptij duobus modis mysteria symbolica significabant.

Clem. Alex. & Euseb.

lib. 3. cap. 3.

Characterum fabrica & significatio ex Deeno.

Characteris ☿ origo.

Deenus.

Sicut res omnes fuerunt ab vno mediatione vnius, sic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re ada-

Saturnus conuenit frigore eum ☽ quo influit in Elementa, & componitur ex figura Lunari, & cruce elementari, + Ve-

ptatione. Vides igitur quomodo, & quàm ingeniosè misturam qualitatum planetarum inappropriatis characteribus exhibuerint. Meminit horum characterum mysticorum quoque Cæsar Riuiera in suo de Mundo magico tractatu Italico idiomate conscripto, vbi inter alia hæc habet lib. 1. fol. 22. quæ etiam adduxi in Obelisco Pamphilio fol. 374. *Tutto questo comprende in se detto giroglifico* (de quo loco cit.) *essendo egli composto de' caratteri delle note di ciascuna di dette cose, le quali tui apertamente si scorgono. Imperoche facendosi di quello anatomia, & diuidendosi nelle sue parti, vedrassi chiaramente, che egli costa primieramente d'vn circolo perfetto, giroglifico del Sole; appresso egli costa d'vn semicircolo, nota della Luna; d'vna croce, simbolo delli quattro Elementi; e del segno dell'Ariete; gli altri quattro giroglifici poscia, cioè quello di Saturno, di Giove, di Marte, e di Venere, sono formati, è dal carattere del Sole, ouero della Luna, con l'annessione della Croce, è parte di lei, ouero della nota dell'Ariete. Il giroglifico di Saturno è composto di quello della Luna, & insieme di quello de gli Elementi; quello di Giove costa de i medesimi, & à Pistesso, eccetto che ritiene sito diuerso; il carattere di Marte è composto di quello del Sole, e di quello del Ariete congiunti insieme dalla retta linea della croce; la nota di Venere è formata di quella del Sole, & de gli Elementi; e finalmente il giroglifico dell'Ariete si forma di duoi semicircoli connessi in vn commun punto.*

Riuiera in Mundo magico. Compositio characterum Astronomic.

Vides igitur quàm apte magnus ille Trismegistus, aut Ægyptij ab illo edocti, planetarum virtutes per symbolica signa expresserint. Verùm de his copiosè tractatum vide in Obelisco Pamphilio fol. 374. & in Alchimia Ægyptiorum. Quanto autem studio Veteres Ægyptij, cultui planetarum dediti essent, & quàm omnia ipforum influxibus adscriberent; pulchrè sanè explicat Schiagia Arabs Historicus, dum Ægyptum his verbis describit.

☽☿♃♀☉♂♄☽

Iuppiter humore conuenit cum ☽ quo influit in Elementa, hinc componitur ex ☽ & ☩.

Mars calore & siccitate conuenit cum ☼ & ♈. hinc componitur ex figura ☼ & ♈ vti vides.

Venus humore & calore conuenit cum ☼, quo in Elementa influit, hinc componitur ex figura ☼ & ☩.

Mercurius cum omnibus conuenit ☽ ☼ ☩, hinc ex omnibus componitur, Lunari, Solari, & Elementari.

في ذكر فراغة مصر ☼

Schiagia Arabs.

ومصر في اقليم العجائب ومعدن الغرائب مصر يستان الله تعالى في ارضه ولايزاحمها الناظر في هذا الوقت فيظن انها على حالها الاول كانها كانت مدن متتاربة على الشطين كانهم مدينة واحدة البساتين خلف البلدين متصلة كانهم بستان واحد والزارع من خلف البساتين كان يصل من الاسكندرية الى اسوان في يوم واحد وتناول قبة البساتين واحد لواحد واهل مصر كانوا اهل ملك عظيم في الدهر سالفة والازمان السالفة وكانوا خلافا من الامم ما بين قبطي وروماني وعليقي كانوا يعبدوا الاصنام وصاريدن

وصاريدن الطوفان علما مضروب من العلوم خاصة تعلم الطلسمات والسحره والكيما وطلسماتهم باقيه الى الان وكانت مدينة منف كرسي مملكتهم وهي على الذي عشر ميلا من القطاط كانت كهنة اعظم الكهان علما حكما والهوتانيين يصفو نهم جذلك وكانوا يتعجبون جكهانتهم نعوا لوكاكس ويزعمون انها هي التي تقبض عليهم العلوم وتعزيزهم بالغيب وتعلمهم الطوابع وصفة الطلاسم ودلتهم على العلم الجليله المخزونة فعملوا الطلسمات المشهوره والنواميس الجليله ودبروا الاشكال الناطقه وصوروا الصور المتحركه وبنوا العالى من البنيان وزجروا علومهم في صلب الحجاره وكانت مصر خمسا وثمانين كوره منها اسفل الارض خمسة واربعون كوره ومنها بالصعيد اربعون كوره وكان في كل كوره رؤس من الكهنه وهم المره ☼

Cætera omitto, & Latina verba appono.

De excellentia Ægypti, & Astrologiæ studio.

Ægyptus rerum mirabilium clima, prodigiorum fodina, hortus Dei excelsi in terra erat, nec vllus qui eam nunc considerat, in suo statu primo existere credit; & cùm ipsa sit vna ciuitas, tanquam plures supra eorum latus sibi coherentes esse videntur. Horti à tergo ciuitatum, tanquam vnus, sibi inuicem colescentes; tum vrua à tergo hortorum cernebantur. Porrò vna itineris dies erat ab Alexandria vsque Asouan, hortique sibi inuicem excellentium porrigebant. Ægyptij olim maximi Regni Domini erant, nec non ex diuersis gentibus, Coptorum, Græcorum, Amalecitarumque permixti pariter idola colebant, postquàm diluuium in varijs scientijs, præcipuè incantationum, magiæ præstigiatricis & Chimiæ edocti fuerunt: imagineſque eorum ad instauram stellarum facile butuſq; reperiuntur. Porrò ciuitas Monf ab antiqua Phestad 2 milliarijs distans, sedes Regni erat. Sacerdotes eorum doctrinâ & sapientiâ cæteris Sacerdotibus, præstabant, quemadmodum de ipsis aiunt Græci. Cùm sua præsagiendi arte ad sydera se applicabant, ea sibi scientias infundere, eventura enunciare, eosque rerum naturalium & diuinandi artem edidicere existimabant; sicuti reuera eos scientias magis abstractas & absconditas edocuere, ipsiq; ex eis diuinandi artes celeberrimas, legesq; excellentissimas didicerunt, simulachra loquentia fecerunt, Imagines mobiles depinxerunt, adificium cæterorum adificiorum altissimum exstruxerunt, scientiasq; suas supra durissimos lapides inciderunt. Ægyptus 85 Prouincijs constabat, ex quibus in Saida in inferiori Ægypto erant 45. in superiori verò 40. & in vnaquaque Prouincia Sacerdotum seu Magorum dux erat. Illum autem, ex eis, qui 7 annis 7 planetas mobiles obseruabat, ignarum vocabant; qui verò 49 annis vnumquemq; planetarum 7 annis, hunc Infundentem seu Stillantem nuncupabant: ipsique honoris causa insurgit Rex, & nonnisi prope Regem sedet; nec aliud, visi quæ Regi sunt, gaberent. Sacerdotes cum artificibus ingressi stant coram Stillante, & vnusquisq; Sacerdotum: per planetam cui inseruit separatus, ad æqualem sui non diuertit: seruusq; illius planetæ dicitur, videlicet Seruus Lunæ, seruus Mercurij, seruus Veneris, seruus Solis, seruus Martis, seruus Iouis, & seruus Saturni. Stillans autem interrogat vnumquemque ex ipsis, dicens: vbinam Planeta tuus reperiatur? & respondet, in tali signo, in tali gradu, et in tali minuto; ita quoq; vnum alterumue interrogat, qui ipsum instruunt: cumq; manifestes septem planetarum agnouerit, dicit Regi, conuenit Regi vt

Monf idem quod Memphis.

Stillans seu Infundens idem quod Propheta.

gi vt hodie sic & sic se gerat, sic comedat, congregationi in tempore sic faciat, sic equitet: tum omnia quæ ad negotiorum suorum directionem facit, ei denunciat, & coram eo Scriba cuncta à Stillante ipsi dicta, exarat. Deinde ad artifices diuertendo, in curiam Sapientiæ extrahit, ipsique ad opera tali die faciendæ manus adhibent; ipse verò cuncta illius diei acta in libro describit, quæ complicata in cubiculis Regis asseruantur. Si accidat Regem de aliqua re anxium esse, eos omnes extra Memphim congregari iubet, ad quos se conferunt omnes cum Iudice ciuitatis; tum ipse equitantes, vnus post alterum, cum pompæ solemni, & miraculosa tympana congregationis præ manibus gestantes, ingrediuntur; iste faciem splendidam tanquam lumen Solis præseferet, nec vllus in eum oculorum aciem dirigere potest: alterius manus lapidibus pretiosis, rubris, citrinis, cæruleis, viridibus impletæ sunt, vestemque auro textam habet: hic Leonem longissimis vnguibus præditum equitat: super istum tentorium luminosum assurgit: tum vnusquisque id adquod à suo planeta fuerit instructus, exequi curat, ingressique ad Regem, ipse negotium suum explicat; illi verò quid agendum sit, proponunt.

CAPVT V.

De signorum Zodiaci Genijs, viribus, qualitatibus, & quomodo ijs omnium rerum complexum exhibuerint Ægyptij.

Pyramidalis influxus à signorum coelestium qui considerandi.

ÆGyptij instructore Mercurio ex duodecim dodecamorijs totidem in centrum vsque terræ lucidas inuersasq; pyramides deduci concipiebant, quorum basis ipsum dodecamoriorum longitudinem & latitudinem occupabat, vertex verò centro, vt dixi, terræ incumbebat; sub quibus vniuersum naturæ ordinem comprehendi dicebant; quas & in templo Heliopolitano in formam Zodiaci constructo duodecim Obeliscis hieroglyphicè, vt in Obelisco Pamphilio fol. 171 & 177 probatum fuit, exhibebant. Præerat autem vnicuique pyramidi influxus in inferiora symbola, Genius principalis, qui omnia influxiuæ pyramidi subiecta, singula secundùm classes rerum naturalium ipsis appropriatas, moderabatur; qui quidem effectus notabili diuersitate toties differebant, quoties septem Vsiarchos siue planetas in hasce dodecamoriorum plagas incidere contingebat. Quoniam verò non totum aliquod dodecamorium semper vnum & eundem effectum præstare videbant, sed alium in principio, in medio alium, & tandem in fine eiusdem alium; singulis dodecamorijs in tres partes diuisis tres alios Genios præfecerunt, quos nunc Decanos, modò Horoscopos, Arabes deinde Facies appellabant, adeoque 36 Horoscopi in vniuerso Zodiaci ambitu continebantur, totius inferioris naturæ œconomi, dispensatores, administratoresque, quos supra ex Hermete & Iamblicho exhibuimus. Atque hinc processerunt duodecim illæ mysticæ rerum omnium catenæ, quibus inferiora cum superioribus mirâ quâdam ratione connectebantur. Et hæ quidem catenæ inter hieroglyphicas inscriptiones frequentissimæ, duodecim naturæ veluti vincula quædam erant, quibus inferiores seu hylæos cum intermedijs cœlestis naturæ gradibus, & hi

& hos cum supremo Deorum immortalium dodecamorio choro ita aptè colligari credebant, vt qui catenam vnam certo alicui dodecamorio correspondentem inuenisset, is omnem pariter pyramidi alicui dodecamoriæ subiectam analogarum naturæ classium œconomiam, deprehendisse censeretur. Quam quidem notitiam à supremo omnium Pantamorpho Numine, seu prouidentia omnium, per amorem copulatam animæ sapientiæ addictæ inseri credebant. Est enim, vt Proclus de Anima & Dæmone, dicta prouidentia benefica pariter atque sincera, exornatiua omnium, quæ ab excultis proinde expedita, per omnia currens, præsertim quia cohibita nusquam. Haud secus ipsi subiecta Numina præsentia omnibus, libera ab omnibus, implent seipsis omnia, multis alicubi permiscentur, amantque proles suas, id est, rerum subiectarum series. Cùm enim Amor prouideat, seruet, contineat res diuinitùs amatas, Dij Deos supercœlestes amant; cœlestes, cœlestes sphæras sibi commissas; sphærarum Numina hylæorum Mundorum singulos sibi destinatos ordines. Sed audiamus verba Procli citato loco: *Sacra igitur eloquia hunc amorem Domini indicant omnia colligantem, omnibus insilentem. Hic sanè si connectit omnia, copulat & nos Dæmonum præfecturis. Hunc Diotima magnum Dæmonem appellauit, quoniam medium implet vbique inter illa, & quæ appetunt, & quæ appetuntur. Ipsum quidem quod est amandum, gradum sibi vendicat primum, amans autem gradum tertium ab amato, Amor denique vsurpat inter vtrumque medium, congregans atque colligans inuicem, appetens atque appetendum, & implens meliore deterius. Iam verò apud intelligibiles Deos atque reconditos, primæ secretaque pulchritudini intelligibilem intellectum vnit per vitam quandam intelligentia meliorem. Itaque Græcorum ipse Theologus cæcum illum appellat amorem. In illis autem quæ extra intelligibilia sunt, nondum illustrat indissolubilem cunctis ab ipso perfectis. Vinculum enim Vnio quædam est, sed vnà cum discretione permixta. Quapropter eloquia sacra huius amoris ignem appellare copulatorem solent; ab intelligibili namque intellectu procedens sequentia cuncta inuicem illique deuincit. Conciliat igitur intelligibili quidem pulchritudini Deos omnes, Dijs verò Dæmones, nos autem Dæmonibus Dijsque coniungit. In Dijs quidem subsistit primò, in Dæmonibus verò secundò, in animabus autem per processum quendam tertiùm à principijs existentem. In Dijs rursum super essentiam; omne namque Deorum genus est eiusmodi: in Dæmonibus autem per essentiam: in animabus denique per illustrationis effectum. Atque videtur hic trinus ordo, trinæ intellectus potentiæ similis.*

Ex Caten rerum.

Proclus de Anima & Dæmon.

Hinc Ægyptij hoc tam admirabile inferiorum cum superioribus coniugium exactiùs trutinantes, paulatim in philtricæ siue amatoriæ artis notitiam deuenerunt, quamque sub occultis hieroglyphicorum notis exacte, vti suo loco exponetur, descripserunt. Et primò quidem singula dodecamoriorum, vt & 36 Horoscoporũ plagas planetarum Numinibus, quæ fatalem huius circuli ambitum sollicito vestigio ambulant, fatorum ordinem vrgere credebant, ita aptè connexuerunt, vt ex dispositione septem stellarum ad duodecim dodecamoria comparatarum, infallibile iudicium de rerum futurarum euentibus se inferre posse crederent. Hinc Genethlia-

Amatoriæ artis principium.

Astrologica vanitas.

thliaci eum qui sub certo pyramidis dodecamoriæ influxu, tali & tali Planetæ ei dominante natus esset, ab eius Genio vel Genijs, tanquam fidei curæque suæ commissum amari, omniaque quæ eidem dodecamorio, aut planetæ dominanti competebant, tùm naturæ, tùm gratiæ talenta concedi, superstitiosiùs credebant. Qui quidem Genij si malignantis, & à dodecamoriorum Genijs discrepantis naturæ essent, tale & natus sortiebatur ingenium; si beneficæ & sympathicæ, natum similem fore asserebant; atque adeo Ægyptij non tam stellis, quàm Genijs ijs præsidentibus euentus rerum adscribebant. Hinc tantus erat in ijs placandis ardor, tanta in ijs per sacrificia & præuias cœrimonias propitiandis cura & sollicitudo. Secùs atque Astrologi nostri temporis faciunt, qui hominum fortunam fatali cuidam siderum necessitati temerè adscribunt. Sed ad institutum reuertamur.

Trigonus Ignius, Aqueus, Aereus, Terreſtris.

Dodecamoria itaque tali ratione disponebantur, vt res tùm cœlestes, eum elementaribus, tùm hæ eum cœlestibus & Angelicis, ac omnia tandem cum supremo omnium moderatore exactâ quâdam analogiâ corresponderent, vocabantque, teste Psello, eas Sætas, id est, catenas, quibus suprema infimis, infima medijs, media supremis mirâ quâdam proportione connectebantur, iuxta duodecim entium naturæ Classes; cuiusmodi erant quatuor Elementa, ignis, aër, aqua, terra. Ignem tribuebant Arieti, Leoni, Sagittario, qui igneum in Zodiaco trigonum efficiebant; Terram Tauro, Virgini, Capricorno, qui trigonum terreum; Aërem Gemini, Libræ, Aquario, qui trigonum aëreum; Aquam Cancro, Scorpioni, Piscibus, qui aqueum trigonum efficiebant. His omnes reliquos entium ordines, qui quouis modo vni ex quatuor hisce dictis Elementis consentirent, adiungebant, v. g. omnes illæ rerum species, cuiusmodi sunt lapides, metalla, flores, plantæ, arbores, quadrupedia, volatilia, aquatica, humana complexio, quæ natura sua siccum & calidum temperamentum sortiebantur, Arieti attribuebant, signo itidem calido & sicco; ex ijsdem verò recensitis Classibus signo terreo, frigido & sicco, ea assignabant, quæ dicti signi naturam & complexionem exprimebant; & sic de cæteris signis aereis, & aqueis. Atque hinc illa Zodiaci in trigonos seu triplicitates suas emersit partitio. Pari pacto septem Planetarum naturam & proprietatem dictis duodecim domibus applicabant. Verùm cùm hæc & similia fusè & ample docuerimus in Cabala Astrologica Hebræorum, eò Lectorem remittimus: solùm hoc loco, quæ ibidem iuxta mentem veterum Hebræorum dicta sunt, iuxta mentem Ægyptiorum, vt responsus in omnibus luculenter pateſiat, aptanda censuimus. Verùm hæc omnia in sequenti pinace contemplare.

Vnde triplicitus signorū Zodiaci originem habuerit.

Tabula Prima.

Catenæ consensus rerum cum 12 Signis Zodiaci, iuxta mentem veterum Aegyptiorum, ex Arabum monumentis extracta.

Signa Zodiaci	Genij	Qualitates elementares	Lapides	Plantæ & arbores ex Apuleio	Animalia	Hominis accidentia	Colores
1 Signū ♈ Aries, Κεί♂.	ιεεεπ	Igneum calido-siccum	Amethistus	Ελλέβορος♂.	Ouium genus gregale	Audax, fortis, miles	Rubeus
2 Signū ♉ Taurus, Ταῦρος♂.	ιπιc	Terreū frigido-siccum	Hyacinthus	Πεντάφυλλον ἄγριον	Armenta	Ingeniosus & Veneteus	Fuscus
3 Signū ♊ Gemini, Διδύμοι	Helitomenos, & Horus	Aëreum calido-humidum	Chrysoprasus	Πεντάφυλλον ἥμερον♂.	Mediū inter homines & bestias Simia	Ludis & recreationibus intentus	Flauus
4 Signū ♋ Cancer, Καρκῖνος♂.	Hermanubis	Aqueū frigido-humidum	Topazius	Σίμπερβος	Aquatica	Vagabundus, instabilis	Cyaneus
5 Signū ♌ Leo, Λέων	ειρεε-ϕτ†	Igneum calido-siccum	Berillus	Πολυκάρπαια	Syluestria, feræ	Regio animo prædituſ	Aureus
6 Signū ♍ Virgo Παρθένος♂.	ιcιc	Terreū frigido-siccum	Chrysolithus	Καλαμέλαιον	Caninum genus	Sterilis & infœcundus; at pius & industrius	Viridis
7 Signū ♎ Libra Λίβρες, Ζυγός	ιιεεϕτ†	Aëreum calido-humidum	Sardius	Σκορπιοῦς♂.	Volucria	Amator iustitiæ, cultor legum.	Purpureus

8 Signũ ♏ Scorpius, Σκορπ☉.	ϫⲟⲩⲣⲓ ϩⲟⲟⲩ	Aqueũ frigido-humidum	Sardonix	Αφροδίτης	Animalia rapacia	Tyrannus, crudelis, sanguineus	Ater
9 Signũ ♐ Sagittarius Τοξότης	ⲛⲉⲧⲥⲁⲙ	Igneum calido-siccum	Smaragdus	Αφροδλλας	Animalia militaris indolis	Iracundus, instabilis, & multę cholerę	Flammeus
10 Signũ ♑ Capricornus, Αιγόκερως☉.	ⲁⲛⲧⲁⲕⲓⲥ	Terreũ frigido-siccum	Calcedonius	Κρόνος☉.	Ruminantia	Ad magna aspirans	Candidus
11 Signũ ♒ Aquarius, Υδροχόος	ⲭⲁⲛⲧⲁⲕ	Aëreum calido-humidum	Saphyrus	Ερμοπτρὸς	Marina soboles	Mari dedicus, Mercator, diuitijs inhians	Cęruleus
12 Signũ ♓ Pisces Ιχθύες	ⲁⲭⲉⲙⲙⲟⲩⲛ	Aqueũ frigido-humidum	Iaspis	Αφροδίτης ☽	Paludestres & fluuiales	Fœcundus, libidinosus	Cinericius

Ecce hæc sunt rerum naturalium catenæ, quæ à supremis ad infimos, & hinc inter medios ad supremos entium gradus deducuntur; quarum vnam qui traxerit, omnes reliquas traxisse censeatur, quæ ex mente Ægyptiorum Abenephius his verbis describit:

Abenephius.

وصوروين كان قسموا الدرجه بثنده فشر بروج والحمل اول منهم امين وهو موكل
في كل ما تحته من العناصر من الحجار ومن النبات ومن الحيوانات ومن حراس ومن
جميع فعاله ✲

Diuiserunt autem Ægyptij circulum in duodecim arces, quarum prima est Aries, Genius eius Amun, administrator omnium eorum, quæ ipsis subsunt, ex elementis, lapidibus, plantis, animalibus, ex proprietatibus, & omnibus operationibus. Postea eo ordine singula recenset, quo in præcedente tabula singulas Classes descripsimus. quæ cùm omnia fusè narratione prosequatur, & in Cabala Saracenica eius verba allegauerimus, superuacaneum esse ratus sum, hic ea reperere. Omnia hæc confirmat Anonymus quidam tractans de septem sigillis planetarum, vt postea ostendetur. Subscribit hisce Abraham Auenaris in manuscripto Hebraico libro de Astrologia, in quo dicta his verbis prosequitur:

ועל דעת חכמת מצרים המולות יב והם מושלות
בכל דברי תחתיים מן עשבי הארץ עד חיות ושרץ
חיבשת ולכל אחד ממולות מבנה מלאך המושל בכל
מה תחתו:

Auenaris.

Iuxta scientiam verò Ægyptiorum, signa sunt duodecim, & illa dominantur omnibus rebus illis suppositis ab herbis vsque ad animalia, & reptilia terræ; & singulis figuris præest Angelus, dominans omnibus quæ sunt sub illo. Postea signa longo discursu describit, singulas res quæ ad eius pertinent dominium, secundùm innumeras rerum Classes assignando, eo prorsùs ordine, quo in præcedenti tabula descripsimus; quæ ne integros libros describere cogeret, imposterum in tabulas redigere conabimur, vt sic compendio quodam molem rerum compensaremus. Porrò haud absimili ratione in septem planetarum arcanis describendis procedunt, quorum singulis primò suos assignant Genios, deinde sub singulis catenas rerum planetis analogarum connectunt, à Sole exordium suæ discceptationis sumentes. Sed ipsum Authorem Arabem de septem planetarum sigillis discurrentem lege in Medicina hieroglyphica, vbi omnia fusiùs exponuntur. Interim, nè librum allegationibus exoticis confarciamus, hic tabulam anacephaleoticam apponere visum est, in qua quicquid Author operoso sermone & discursu fusissimo prosequitur, vnicâ Synopsi ob oculos positum contemplaberis.

Tabula Secunda.

Catenæ rerum naturalium, quæ singulis septem planetis, sub dominio totidem Geniorum subiiciuntur, ex Ægyptiorum, Arabum, Hebræorumque monumentis deprompta.

Nomina & Natura planetarum.	*Genij*	*Lapides*	*Metalla*	*Plantæ*	*Animalia, aërea, aquea, terrea*	*Aromata ex medicinalibus*	*Membra hominis, & morbi*	*Domus planetarum, exaltatio, depressio*
Sol calido-siccus masculus. ☉ Dies Dominicus	Ægyptijs Osiris, Arabibus Scharaphiel, Hebr. Schemsiel	Pyropus, Carbũculus, Rubini, & quæ naturę ignęæ sunt	Aurũ, & quæ quouis modo ad id reuocari possunt	Heliotropiũ Corona regis, & quæ Solarẽ mentiuntur indolẽ	Ex quadrup. Leo, Ex aquatil. Delphinus ex aër. Accipiter	Chryophyllũ, Cinnamomũ Thymiama Crocus	Cor, lingua, aures, oculi, sel, morbus, cardiaca passio	☊ Leo Solis domus exaltatio ✲, ♄ ex opposito ☊ cadẽs. color fulgid.

Luna, humido-frigida, fœmina ☽ Dies 2 hebdom.	Ægyptijs Arab. Schakaliel, Hebr. Leuaniel	Gemmæ seu pœtræ, & Vniones, Selenites	Argentum, & ex fluoribus Mercurius	Selenotropia, siue Lunaria, Ranunculus, Artemisia, Cucurbita	Ex quadr. æluros, ex volat. Grus, ex aquat. Ostrea & testacea omnis generis	Ambra, Sandalum albũ, & fluidæ naturæ aromata	Cerebrum, & Cuticula microcosmi Stomachus, Morbus Hydrops	♋ Cancer. Ex coloribus candidus, argenteus	
Saturnus frigido-siccus ♄ Dies 7 Hebdom.	Ægyptijs Rephá Arab. Zahel, زحل Hebr. Schabtael	Onix, Iaspis, Topazius	Plumbum, ex fluoribus Cimolius, & quæ ♄ naturam redolent	Ex plátis Hyosciam⁹, Helleborũ, Taxus barbatus, omnia venenata. ex arb. Fraxinus, Cypariſſus	Ex quadr. Asinus Ex volatil. Nocua, Ex aquat. Anguilla	Radix hellebori, Scammonea Diagridiũ	Splen, Hypochondria, Coxæ, Hypochondriacæ passiones	♑ & ♒ Ex coloribus Fuscus, Cinereus	
Iuppiter humido-calidus ♃ Dies 5 Hebdom.	Ægyptijs Arab. Mestariel Hebr. Zadkiel	Saphyrus, Smaragdus, Marmor	Æs, ex fluoribus Citri quinta essentia	Pomũ punicum, Citrũ, Ficus	Ex quadr. Equus Ex volatilib. Aquila Ex aquatil. Cephalus, Sturio	Amomum, Cardamomũ Ambra grisea Thus	Hepar Ex morbis Morb⁹ regius, Podagra, Artritis	♐ & ♓ Ex coloribus Viridis	

Mars

Mars calido-siccus ♂ Dies 3 Hebdom.	Ægyptijs Moloch Typhon, Arab. Mariel Hebr. Adamiel	Magnes, Hyacinth⁹ Amethistus	Ferrũ, Ex liquoribus Tinctura Martis & similia	Verbena Ruta Absynthium	Ex quadr. Lupus Ex volatilib. Vultur Ex aquat. Lupus marin⁹	Zingiber, Pyrethrum & quæcunq; accedinem ingeneratam habẽt	Brachia, Cisti fellis. Ex morbis Mania, Phrenesis, Febris calida	♈ & ♏ Ex coloribus Flammeus	
Venus calido-humida ♀ Dies 6 Hebdom.	Ægyptijs Zahara Nephta, Arab. Zaharael, Hebr. Nuhariel	Turchesi⁹ Margarita Beryllus	Stannum. Ex liquoribus Aqua rosacea, Quinta essentia ex Venereis plátis	Myrr⁹, Olea, Vitis Satyriorũ Species	Ex quadr. Ceru⁹ Ex volatilib. Cygn⁹ Columba Ex aquatil. Scarus	Muscꝰ, Zibeth, & reliquæ quæ Veneris naturam redolent	Genitalia, Renes. Morbi Satyriasis, Philomania	♉ & ♎ Ex col. Cianeus Purpureus	
Mercuri⁹ mixtus ☿ Dies 4 Hebdom.	Ægyptijs Arab. Adradiel Hebr. Cocabiel	Achates, Chrysolith⁹ Stellatia, Marmor variegatum	Cupru Ex liquoribus Extractum Alchęę siue Hibisci	Narcissus, Liliũ, Mercurialis Persæa	Ex quadr. Ganis, Simia, Ex volatilib Luscinia, Regulus, Ex aquat. Merg⁹	Mastyx, Ben Styrax	Pulmones, Morbi Phthisis Atrophia	♊ & ♍ Color Flammeus	

Porrò cum Ægyptij sedulâ observatione cognoscerent, in singulis Zodiaci duodecamorijs tria, potissimum loca esse, quæ notabiles in alterationibus rerum differentias efficerent; hinc totum Zodiacum in 36 partes diuidere visum fuit, ita vt singulis signis tres domus seu facies competerent;

terent; atque hos Decanos seu Vultus vocabant: Genios verò singulis præsides, teste Trismegisto, nunc vocabant Ephoros, nunc Horoscopos Deos; quibus singulis vnum ex planetis dominari credebant; effectus verò, quos singuli Decani in conceptione vel natiuitate hominis imprimebant, varijs hieroglyphicis designabant. Verum vt harmoniam totius propius intueatur Lector, pinacem hic ordinauimus, in quo omnia, quæ Abenragel Arabs magnis discursibus prosequitur, vna Synopsi comprehenduntur.

Tabula Tertia.

Decanorum 36 vnà cum facicbus, imaginibus, significationibus, Genijsque præsidibus, iuxta mentem veterum Ægyptiorum, situs & ordo.

Characteres cum tribus Decanis		Planetæ dominantes, & promissiones	Imagines hieroglyphicæ singulorum	Prædictiones, & eventus subijs natorum	Ephori, Horoscopi, Decani, Genij præsides
	1	♂ Facies audaciæ & fortitudinis	Vir hastâ & spiculo munitus	Natus spiritu Martio turgebit	Arueris ἁρουηρις
	2	☼ Facies nobilitatis, altitudinis, regiminis	Vir Κυνοκεφαλος throno insidens cum sceptro	Natus nobilitate, potentia, & regio animo pollebit	Anubis ἀνουβ
	3	♀ Facies subtilitatis in opere, mansuetudinis, laetorum, gaudiorum	Figura dececti vultus, lyram portans	Natus mitis ingenij, at subtilis erit, voluptatibus deditus	Horus ωρος
	1	☿ Facies agriculturæ, & Mathematicarum artium	Figura Bouè stimulans, gnomonem manu gestans	Natus agricola, architectus, Mathematicus erit	Serapis σεραπις
	2	☽ Facies victoris, strenui, nobilis, potentis	Figura equitantis, in cuius manu vexillum	Natus fortunam in bello habebit, honoribus exaltandus	Helitomenos ηλιτομενος

	3	♄ Facies seruitutis & vilitatis	Figura compedibus vincta	Natus seruitutis vilitati subiacebit	Apopis ἀπωπις
	1	☼ Facies sapientiæ in responsis dandis & accipiendis	Vir throno insidens, altera manu librum tenens, imperantis actu alterâ	Natus Consiliarius & sapiens euadet	Taurus ταυρος
	2	♂ Facies pressuræ & laboris, quâ res acquiruntur	Vir onus ingens portans	Summam in acquirendis rebus difficultatem habebit	Cyclops κυκλωψ
	3	☼ Facies obliuionis omnium quæ iocos concernûnt	Vir complicatis manibus terræ insidens	Omnium hilaritatum auersator	Titan τιτανα
	1	♀ Facies iucunditatis, & amoris	Vir cytharam manu gestans in actu saltandi	Amoris operibus laxabitur	Apollun ἀπολλων
	2	♀ Facies iucunditatis, hilaritatis, diuitiarum, voluptatum	Vir Κεφαλογ. Arietis forma spargens flores	Iucundam in voluptatibus vitam ducet	Hecate εκατη
	3	☽ Facies rixarum, & contrarietatis	Figura canem iracundum loro ducens	Rixator & refractarius euadet	Mercophta μερκοφθ
	1	♄ Facies crudelitatis, maleficiorum, audaciæ	Figura humana Crocodilum inequitans	Crudelem & belluinam naturam sortietur	Typhon τυφωνος
	2	☼ Facies rixarum & præliorum	Figura gladio minax	Contentiosam vitam ducet	Perocus περοκης
	3	♂ Facies amoris, & societatis non cedendi rixis	Figura fœminea speculo sibi complacens	Socialem vitam amabit	Nephthe νεφθη

	1	☼ Facies agriculturam respicit, congregationis diuitiarum in malum vsum	Figura manipulum spicarum manutenens, altera vitulum dux cens	Agriculturæ operibus diuitias multas colliget	Isis ιcιc
	2	♀ Facies amor congregandi diuitias, ex vilibus ad alta assurgere	Vir formicæ operationes obseruans	Inclinabitur ad quęuis alta per diuitias comparanda	Piosiris ριωcιριc
	3	♄ Facies seruitutis, debilitatis, pigritiæ	Vir incuruatus, testudinē lutariam manutenens, altera baculo innixus	In debilitate senili morietur	Cronus κρονoc
	1	♃ Facies iustitiæ, iuris, & veritatis	Vir libram gestans manibus, & radium mensorium	Iustitiæ, omniumque virtutum custos euadet	Zeuda ζευδὰ
	2	☿ Facies quietis, veritatis, & vitæ tranquillæ ac securæ	Vir dormiens in sinu Virginis	Tranquillam & securam vitam aget	Omphta ωμφτ
	3	☽ Facies gulę, auersæ Veneris, malorum saporum gustus	Vir cum porco & scarabæo	Gulæ, & abominandæ libidini subiectus erit	Ophionius ωφιονιoc
	1	♂ Facies discordiæ, tristitiæ, perditi amici, insidiarum	Vir equo insidens, in cuius capite Otis seu Noctua	Melancholicâ & discordijs plenam vitam aget	Arimanius ἀριμανιoc
	2	☼ Affectus ad malum in omnes tentandum	Figura fœminea manu cor nicem gestans	Peruersissimus imaginator euadet	Merota μερωτ
	3	♀ Bellorum, & ebrietatis violentæ fornicationis	Figura Hippopotami	Ebrietati, luxuriæ, omnibusque vitijs scatens	Panotragus πανωτραγ ωc

Au-

	1	♀ Audaciæ, libertatis, & militiæ	Vir scuto & gladio terribilis	Audax erit, libertati & militiæ deditus	Tolmophta τωλμωφτ
	2	☽ Timoris, ploratus, & timoris de corpore	Figura sub forma hominis sedentis, manu caput fulcientis, cum lepore in sinu	Timidam & facilè perturbabilem complexionem habebit	Tomras τωμρὰc
	3	♄ Sequelæ propriæ voluntatis, & machinationis circa horrenda	Fœmina, cuius caput serpentibus inuolutum	Libertinam vitam sectabitur, horrendorum machinator	Teraph τερὰφ
	1	♐ Gaudij, recreationum, lucri vilis	Fœmina sedens, cui Pan Syringam porrigit	Recreationibus, & lucris vilissimis animū intendet	Soda cωδὰ
	2	♂ Postulandi res, quæ fieri non possunt	Fœmina impertusum vas aquam fundens	Res quas desiderabit, nullum exitum sortientur	Riruphta ριρωφτ
	3	☼ Cupiditatis gubernandi, & suspicionis	Vir canem, sceptrum, & coronam manibus gestans	Ambitiosi regimini subsistabit, cum maxima zelotypia	Monuphta μονωφτ
	1	♀ Anxietatis, lucri, inquietudinis, pauertatis	Vir nudus sub forma currentis extensis manibus	Anxium animū habebit, vilem, & pauperem	Brondeus βρονδεωc
	2	♀ Formæ, vultus, magnitudinis, & modestiæ	Figura Apollinis sedentis formā iuuenili, cytharam tenentis	Insigni corporis & animi forma præstabit	Vucula βωκλὰ
	3	☽ Amor vindictæ, & rependendi malum.	Vir mordens digitos	Vindictas omnibus modis sectabitur	Proteus πρωτεωc

	♄ Incuriæ, & naturæ vagabundæ, & instabilis	Vir Simiam sinu fouens	Incurius, vagabundus, & instabilis in omnibus	Rephan ρεφὰν
	♃ Æstimationis sui de rebus magnis & altis	Vir ambulans super nubes	Superbus, iactator, & gloriæ mirum appetens	Sourut σουρὰτ
	♂ Fornicationis & libidinis, amoris voluptatum auidus	Vir hircum ducens	Epicuream vitam ducens	Phallophorus φαλλοφόρος

De duodecim Domibus.

AEgyptij necdum tam operoso Astrologicæ scientiæ apparatu contenti, miros quosdam effectus, quos Astra tam fixa, quàm erratica in certis cœli plagis efficiebant, notarunt. Alium enim pro natura stellarum sub ortum, alium sub occasum, alium in medio cœli, alium in mediæ noctis puncto, alium denique in intermedijs locis, tam supra, quàm infra Horizontem, præstabant. Hinc cœlum iuxta diuisionem iam antè in Zodiaco peractam, alia diuisione in duodecim interualla, quorum sex supra, & totidem infra Horizontem erant, quæ ἅρδαι, siue Ligaturas, domus, mansiones Deorum nominabant, dirimebant. Atque in hisce domibus diligentissimè situm tùm signorum Zodiaci, tùm planetarum, eorundemque ad inuicem configurationes, oppositiones, coniunctiones, respectusque trigonos, tetragonos, sexagonos, platicos, partiles explorabant; & sic tandem de sorte, fortuna, natura, infortunio, de totius denique humanæ vitæ statu dijudicabant; tempestates, sterilitatem, pestem, annonæ bonitatem prædicebant, & de similibus in hunc vsque diem ab Astrologis vsurpatis. Et nè solis dictis cœli plagis, stellarumque virtutibus ea attribuere viderentur, singulis domibus suos præterea Genios componentes, dominantes, ædificantes, destruentes, benignos, maleficos attribuerunt; quorum potestati, arbitrioque omnia commissa essent à supremo rerum dominatore. Hinc vti infaustos contrariorum aspectus summopere metuebant, ita beneficos sympathicorum Numinum affluxus summis votis exoptabant; vtrosque verò inspecto & examinato themate quopiam, præuijs sacrificijs & cœremonijs appropriatis, vt suo loco & tempore dicetur, maleficos quidem, nè noxam inferrent, beneficos, vt eos propitios redderent, atque in suam sortem attraherent, placare summis precibus contendebant. Sed omnia hucusque dicta verbis Sexti Empyrici ea admodum graphicè describentis comprobemus. *Imprimis er-*

Sextus Empyricus.

go ab eis ponitur, quò terrena consensionem, quam sympathiam vocant, habeant cum cœlestibus, & ex illorum influxibus ea semper innouentur.

Terrenorum hominum mens & sententia talis
Esse diem vult, qualem hominum Pater atque Deorum.

Quid id quod nos ambit, curiosius suspexerunt Chaldæi, dicunt quidem septem stellas tenere rationem causarum agentium in vnumquodque eorum, quæ in vita accidunt, adiuuare autem partes Zodiaci. Atque Zodiacum quidem circulum, vt accepimus auditione, diuidunt in duodecim animalia: vnumquodque autem animal in partes triginta (de hoc enim in præsentia cum eis conueniat), vnamquamque autem partem in sexaginta minuta. (ita enim vocant quæ sunt minima & indiuidua.) Animalium, quæ vocant ζῶια, id est, animalcula, alia quidem appellant masculina, alia autem fœminina; & alia quidem bicorporea, alia verò non; & alia quidem solida, alia verò cauata, id est, matutoria. Atque masculina quidem vocant, & fœminina, quæ adiuuantem habent naturam ad generandos masculos & fœminas; Aries enim est signum masculinum, Taurus autem fœminum; Gemini masculinum, & vicissim reliqua ex simili analogia, alia quidem masculina, alia verò fœminina. A quibus moti, vt arbitror, Pythagorei, vnitatem quidem appellant masculum, binarium verò fœminam, ternarium autem rursus masculum, & simili prorsus proportione & analogia cæteros pares & impares numeros. Nonnulli autem vnumquodque etiam animal diuidentes in duodecim partes, eadem fere vtuntur via ac ratione, vt, in Ariete primam quidem duodecimam eius partem appellant Arietem, & masculum; secundam autem Taurum, & fœminam; tertiam autem Geminos, & masculum. Bicorpora autem dicunt esse animalia, Geminos, Sagittarium, Virginem, Pisces; non bicorpora autem reliqua. Et tropica quidem, seu mutatoria, in quibus cum Sol fuerit, transmutat & facit ambientis aëris conuersiones; huiusmodi sunt signa Aries, & ei oppositum Libra, vti & Capricornus & Cancer: nam ac Ariete quidem vernæ fit conuersio, in Capricorno autem Hyemalis, in Cancro Æstiua, in Libra Autumnalis. Solida autem existimant Taurum, & ei oppositum Scorpium, Leonem, & Aquarium. Verumenimuerò horum quoque omnium ea quæ in vnoquoque ortu dominatum obtinent signa, ad euentum eorum, quæ perficiuntur (quæ quidem dicunt ἀποτελεσματα, *& ex quibus maxime facere prædictiones) dicunt esse numero quatuor, quæ communi quidem nomine appellant centra, proprio autem aliud quidem Horoscopum, aliud autem* μεσουράνημα, *hoc est, medium cœli, aliud autem Occidens, aliud autem subterraneum & ἀντιμεσούρανημα, hoc est, situm ex aduerso medij cœli, quod ipsum quoque est cœli medium. Atque Horoscopus quidem est id quod contigit oriri eo tempore, quo perficiebatur ortus. Medium autem cœli, quartum quod ab illo est signum; Subterraneum est situm ex aduerso medij cœli, quod medio cœli est aduersum ex diametro, vt (exemplo enim fiet clarum) si Cancer sit Horoscopus, in occaso quidem cœli est Aries, occidit autem Capricornus, sub terra autem est Libra. Verumenimuerò vnius cuiusq; horum centrorum animal quidem seu signum præcedens vocant* ἀνάφορα, *hoc est, declinationem; quod autem sequitur,* ἐπαναφορὰν, *hoc est, relationem; iam verò id quidem quod sequitur ani-*

De 12 domicilijs cœlestib.

Centrum domuum.

Medium cœli

Horoscopus quis.

ἀναφορὰ & ἐπαναφορὰ quid.

mal illud seu signum quod est in Horoscopo, sisse in aperto, appellunt mali Demonis; quod est autem posterà (sequitur autem id quod est in medio cœli) bonæ esse dæmonis; quod autem præcedit id, quod est in medio cœli, ματαιωτικὸν, hoc est, inferiorem portam vocant, & μεσουρανίαν, id est, vnicam sortem & Deum; quod autem venit ad Occasum, otiosum animal, seu signum, & principium mortis; quod autem est post Occasum, nec est apertum, panam, & malum fortunam; quod quidem sanum est ex diametro ex aduerso mali Dæmonis. Quod autem venit sub terram, bonum fortunam; quæ per diametrum sita est ex aduerso boni Dæmonis. Quod autem recedit ab eo quod est ex aduerso medij cœli versus Orientem, Deum ex diametro Deo aduersum. Quod autem Horoscopum sequitur, Otiosum, quod rursus Otioso aduersatur ex diametro. Aut vt dicamus compendiosius: Signum quod est in Horoscopo, declinatio quidem vocatur malus Dæmon; Epanaphora autem, Otiosum. Eodem modo autem eius quod est in medio cœli declinatio quidem Deus; Epanaphora autem bonus Dæmon. Similiter autem eius quoque quod est situm ex aduerso medij cœli, declinatio quidem vocatur Dea; Epanaphora autem bona fortuna. Similiter Occidentis declinatio quidem mala fortuna; Epanaphora autem Otiosum. Existimant autem hæc non leuiter, & veluti aliud agendo esse examinanda: censent enim stellas non eandem vim habere ad male vel secus faciendum, si considerentur in centris, & in anaphoris, & in declinationibus, sed alicubi quidem efficaciorem, alicubi verò minus efficacem. Fuerunt etiam quidam Chaldæi, qui vnamquamque partem humani corporis attribuerunt vnicuique signo, vt quæ cum illo haberet consensum, & cum eo afficeretur. Nam Arietem quidem caput nominant, Taurum autem collum, Gemino autem humeros, Cancrum autem pectus, Leonem verò latera, Virginem autem coxendices, Libram ilia, Scorpium pudendum & matrices, Sagittarium femora, Capricornū genua, Aquarium autem tibias, Pisces autem pedes, vt in figura patet.

Idque rursus, non de ipso putant, sine ratione; sed quoniam si fuerit aliquæ stellæ in aliquo horum signorum morsus malefi corum, efficit mutilationem eius partis, quæ est eiusdem nominis. Atque hæc quidem summatim ostensa sint de natura eorum, quæ sunt in Zodiaco circulo. Non absurdum autem fuerit etiam deinceps de eorum

rum diuisione nonnihil dicere. Nam cum non esset certa animaduertendi & inspiciendi ratio, quòd non contemplarentur signa ex propria circumscriptione, sed septem dispersarum stellarum observatione; venit eis in mentem in duodecim partes totum diuidere circulum. Ostendentes enim vnam ac rationem, dicunt qui dicunt Veteres, obseruasse vnam quandam lucidam stellam ex iis quæ sunt in circulo Zodiaco, & deinde perforatam amphoram aquâ implesse, fluxerunt fluere in alterum vas subiectum, donec eadem stella oriretur, coniectantes ab eodem signo ad idem signum fuisse circuli circumuolutionem. Rursus sumpserunt duodecimam partem eius quod fluxit, & considerarunt quanto tempore hoc fluxerit: dicebant enim tanto redisse duodecimam partem circuli, & eandem habere rationem reliquam partem ad totum circulum, quantum habet pars aquæ quæ fluxit ad totam aquam. Ex hac inquiunt relatione duodecimæ partis signabant vltimum finem ab aliqua insigni stella, quæ eo tempore spectabatur, aut ab aliqua ex iis quæ simul oriebantur magis Borealibus; aut magis Australibus. Hoc ipsum autem faciebant etiam in aliis duodecim partibus; sed via quidem & ratio, per quam in tot partes Zodiacum diuiduntur circulum, est huiusmodi. Analogia autem ac proportione ei videbatur conuenire illa, per quam vniuscuiusque ortus Horoscopum ab initio obseruarunt Chaldæi. Nocte enim, inquit, sedebat Chaldæus in alio aliquo promontorio stellas spectans; alius autem assidebat parturienti donec peperisset: cum primum autem peperisset, id significabat Magistro, qui erat in promontorio: is autem cum audiisset, obseruabat ipse quoque signum quod oriebatur tanquam Horoscopum. Interdiu autem attendebat Horoscopo & motus Solis. Sed hæc quidem ex sequi. Ex stellis autem alias quidem dicunt esse benefi cas, alias verò malefi cas, alias autem communes: vtpote benefi cas quidem stellas Iouis & Veneris malefi cas autem Martis & Saturni, communem autem Mercurij, quoniam cum benefi cis quidem fit benefica, cum malefi cis autem malefica. Alij autem eadem stellas, prout est alia & alia habitudo, aliquando quidem benefi cas, aliquando verò malefi cas existimant. Nam præter signum, aut præter aliarum stellarum ad eas affectus ac figuras, quæ malefica est omninò malefica, neque benefica omninò benefica. Cæterum septem quidem stellis arbitrantur præesse Solem & Lunam, minorem autem his vim habere ad eorum, quæ efficiuntur euentus, quinque reliquas. Quam ob causam Ægyptij Regi quidem & dextro oculo Solem assimilant; Reginæ autem & sinistro oculo Lunam: satellitibus autem ac satellitibus quinque stellas: reliquo autem populo alias inseruantes. Et ex quinque cum Sole quidem conuenire, & ei opem ferre diuersis Saturnum, & Iouem, & Mercurium: quos etiam vocant diurnos, propterea quòd Sol, cui dant auxilium, ijs dominetur quæ significantur interdiu. Easdem autem stellas maiorem vim habere, aut quòd sint in propriis domibus, aut in exaltationibus, aut terminis, aut quòd aliquæ ab aliquibus respiciantur tanquam satellitibus: aut quòd se inter se afficiant, & inter se certas suscipiant figuras, aut quòd sint in centris. Vt ipsi autem censent, Solis quidem domus est Leo, Lunæ autem Cancer; Saturni autem Capricornus, & Aquarius; Iouis Sagittarius, & Pisces; Martis Aries, & Scorpius; Veneris Taurus, & Libra; Mercurij Gemini, & Virgo. Stellarum autem vocant in altum elationes, & similiter depressiones, aut abiectiones, ea quibus delectantur, aut in quibus vim habent exiguam. Nam delectantur quidem in altum elationibus, exiguam autem vim habent in

depref-

Qua ratione Assigenes dimensi fuerint Zodiaci reuolutionem.

Horoscopum quomodo Chaldæi obseruarint.

Stellæ aliæ benefi cæ, aliæ malefi cæ, aliæ communes.

Domus planetarum quas secundùm Antiquos. Planetarum exaltatio & depressio quæ

depressionibus seu abiectionibus. Vt, Solis quidem in altum elatio est Arietis exactè autem est 29° perfectè decima nona eius pars seu gradus. Depressa autem, signi quod ei aduersatur ex diametro. Lunæ autem rursus in altum quidem elatio est Tauri: depressio autem, quod ex aduerso eius sitam est ex diametro. Saturni Libræ, Iouis Cancer, Martis Capricornus, Veneris Pisces, & eorum, vt dixi, depressiones, quæ sita sunt ex aduerso per diametrum eorum in altum elationum. Stellarum autem appellant terminos in vnoquoque signo, in quibus vnaquæque stella à quota parte ad quotam vsque partem potest plurimum. De quibus non est ferè apud eos etiam in tabulis dissensio. Dicunt autem stipari stellas tanquam satellitibus, quando sunt in medio aliarum stellarum, in continuatione signorum: vel si eiusdem signi alia quidem stella teneat primas partes, alia autem vltimas, alia autem intermedias, tanquam a satellitibus stipari dicitur quæ est media, ab his quæ tenent eas partes quæ sunt in extremis. Se autem inter se dicuntur aspicere & inter se conuenire, quæ apparent in signis triangula, aut quadrata. Atque triangula quidem conformantur signis, & se ea inter se aspiciunt stellæ, quæ trium signorum spatium habent intersectum; quadrata autem quæ duorum. Et videtur quidem in triangula, benefica malefica in signis conformata, beneficio afficere, & esse magis benefica. Benefice autem benefica hoc solum: & malefica malefice. In centris autem esse dicuntur, quæ cernuntur in aliquo ex centris, aut sub Horoscopo, aut sub medio cœli, aut sub occasu, aut eo quod situm est ex aduerso medij cœli. Sed cum hæc sic sint à nobis simpliciter & crassè exposita, prius sumendum est, quòd his motis Chaldæi præferunt prædictiones eorum quæ sunt euentura, quæ vocant apotelesmata. Est autem eorum differentia: nam alia quidem sunt simpliciora, alia autem accuratiora. Et simpliciora quidem, quæ sunt ex signo, aut ex simplici ac sola vi stellæ: vt quod hæc stella, cùm fuerit in hoc signo, tales efficit. Accuratiora autem, quæ fiunt per concursum, & vt ipsi dicunt, per mulcorum contemperationem: vt si alia quidem sit in Horoscopo, alia autem in medio cœlo, alia autem sic in eo quod est ex aduersa medij cœli, aliæ autem sic vel sic se habeant, hæc eueniunt.

Planetarum termini qui.

Planetarum aspectus seu configurationes.

Atque hæc est Sexti Empyrici de duodecim cœli domicilijs sententia; à quo tamen Ægyptij plurimùm discrepant; quod vt patefiat, paulò altiùs ordiri visum est.

Ægyptij eorum diuidunt in 12 mansiones.

Cœli in duodecim mansiones diuisi inuentum est Ægyptiorum, vti suprà ex varijs Authoribus ostensum fuit; quemadmodum enim Zodiacum in duodecim domicilia quas arces vocabant, & quas Sol annuo decursu perambulabat, ita & domus cœlestes pariter dispertiebantur, hoc tamen pacto, vt vnius diei naturalis spacio, vnamquamque Sol cum asteris suis Luna, planetis, stellisque perambularet. Cùm enim quouis tempore vnus ex Zodiaci gradibus Horizonti immineret, consequens erat, vt & reliqui Zodiaci signorum gradus etiã in aliqua ex duodecim mansionibus, quod & de planetis, & stellis dicendum, reperirentur. Cùm præterea aliæ & aliæ domus alijs & alijs luminis & caloris influxibus paterent; Aiunt recentes Natum quempiam variis quoque impressionibus pro domus vnius cuiusque qualitate notari credebant; quod quidem totius Genethliacæ artis fundamentum. Et primo quidem quatuor potissimùm cardines;

in

in quibus magna vis & potestas influxuum lateret, considerabant, atque hæc κέντρα contra Græci, Ægyptij πλειονοφήφους præcipuas Deorum mansiones vocabant, recentiores cuspides seu angulos vocant, reliqua verò intermedia spatia copos, quorum cùm octo essent, τὰ ἐπόμενα appellabant, ex quibus quatuor ἀναφορικὰ, id est, loci deiecti seu pigri, reliquæ quatuor ἀποκλίνοντα, id est, succedentes. κέντρα ἀγγέλων seu cuspides quatuor cardinum sunt in sequenti figura δεσποτικὰ seu κύριαι. Secundò μεσουράνημα seu medium cœli; Tertiò ἀνατολὴ. Quartò ὑπόγειον siue imum cœli. Cur autem in quadrantibus inceperint, hæc est ratio: imaginabantur Veteres circulos duos magnos transeuntes per polos Mundi, quorum vnus est meridianus, alter ducitur per punctum Ecliptiæ, scilicet in contactu Horizontis ortiui, & in opposito puncto Horizontis occidui, intersecant meridianam ad polos Mundi; hisce duobus circulis Zodiacus in quatuor quadrantes diuiditur, atque adeo statim obuia fiunt centra cardinum, quorum primum ex parte Horizontis ortiui ὡροσκοπικὸν ἀναφορικὸν, signum videlicet ascendens tempore genituræ; Secundum μεσουράνημα, quartum ab eo signum: Tertium ἀνατολὴ occiduum, septimum ab Horoscopo signum; & quartum denique oppositum τὸ ὑπόγειον. Exempli gratia; Ariete horoscopante, in medio cœli est Capricornus, occidit autem Libra, in imo cœli Cancer est; & sic facilè in sphæra armillari dispositione reperiebant gradum dictæ horæ Horizonti applicatum. Hos quatuor quadrantes quatuor hominum ætatibus Veteres attribuebant, ita Demophilus Græcus Author; ὁ μὲν ἀναφορικὸς ἀνὴρ τὴν πρώτην ἡλικίαν. ὁ μεσουράνημα τὴν μέσην τῶν ἡλικιῶν, ὁ δὲ δυτικὸς γέροντα τὸν κλίνοντα. ὁ δὲ ὑπόγειος τὸν ἐκ γενετῆς ἀποθνήσκοντα, καὶ ἀφανίζοντα. Horoscopus quidem manifestat primam ætatem, id est, pueritiam; medium cœli medium, id est, statam ætatem; occidens verò perfectam, id est, senium ætatem; hypogeum verò decrepitum, qui & mortem affert, & quæ post ipsam sunt gloriæ & infamiæ opera. Alij tamen Authores aliter quadrantes quatuor ætatibus applicabant: nam à prima ad decimam domum quadrantem, pueritiæ adscribunt, cumque vocant παιδικὸν; Secundum verò huic oppositum à quarta ad septimam domum, ἀπογηρικὸν vocabant, senectæ congruum; Tertium ab occidente ad medium cœlum, ἀνδρικὸν dicebant, & iuuenturi seu virilitati applicabant; Quartum denique, ἀπογηρικὸν dictum, ab Horoscopo ad imum cœli deductum, morti vicinæ ætati applicabant. Porrò operationes, quas duodecim domicilia significant, ἄθλα vocantur à Veteribus; ita Manilius.

Has autem facies rerum per signa locatas
In quibus omnis erit fortunæ condita summa,
Athla vocant Græci.

Manilius.

Et cùm nullus Astronomorum recentiorum rectè intellexerit hanc vocem ἄθλων, nostrarum partium esse ratus sum hic genuinam eius significationem aperire. Loca fortunæ Hebræi veteres vocant, teste Auenar, מזלות *Chatholoth*, id est, *ligaturas*, à verbo תזל, quod idem est ac *ligare*, & sumuntur

tur quoque pro amuletis, collo puerorum appendi solitis. Dicuntur itaque Ligaturæ, quia nullum rectum iudicium insticui potest, nisi omnia fortunæ lora apte inter se combinentur & se veluti ligent; & inuicé complectantur; vnde Græci audientes has voces *Chatholoth*, ἀθλα ipsis suppositum retinuerunt. Sunt autem 12, iuxta dodecapartitam cœli faciem, & distinguuntur à locis genituræ: aliud enim est thema γενεθλιακόν, aliud Athlorum thema; illud naturam, hoc actiones notat. In genitura prima domus est Horoscopi, in actionibus seu Athlis est sors fortunæ, & nouæ actiones exoriuntur & constituuntur, sortem enim fortunæ tanquam Ducem sequuntur: nam in genitura ☉ & ☾ intrinsecè, in Athlis ☉ & ☾, id est extrinsecè considerantur; atque horum Horoscopus dominans est, illorum sors fortunæ. ita Hermes Ἐν μὲν γὰρ τῇ γενεθλιακῇ τῶν ἀνθρώπων ἡ τῶν φώτων τάξις, ἐν δὲ τοῖς ἄθλοις τὸ σχῆμα τῆς τύχης ἐπακολουθεῖ μᾶλλον subijcit. *Corpora quidem Horoscopo veluti diei, & possessiua sorti fortunæ, spiritalia Lunæ, præcei verò medio cœlo.* Portò quæ à Veteribus ἄθλα dicuntur, ea ab Arabibus dicuntur (الوجى), id est, facies. Hisce iam expositis omnia hucusque dicta ad Veterum mentem in sequenti 12 cœlestium domorum figura contemplare; in qua quidem figura duodecim cœli domiciliorū, singulis domibus primò apposuimus denominationem Ægyptiacā illius domus, quas ipsi τοποθεσίας id est, mansiones vocant; deinde in interioribus domibus primo semper loco Genios tutelares singulares posuimus, & primam quidem domum Hermanubis, id est, Mercurij domum iuxta veterum mentem denominauimus; Secundam Typhonis domum; & sic de cæteris, quæ sequuntur denominationes Græcanicæ; & deinde Athla, id est, significationes operationum, quæ in singulis perficiuntur; in exteriori verò limite κλίμακας & epanaphoras singularum adiecimus; in interiori verò quadrato quatuor Mundi partes cuspidibus correspondentes adiecimus; in medio denique hieroglyphicum Schema quatuor Geniorum Mundi, à quibus potissimùm sors fortunæ dependebat, exhibuimus, quos serpens ambit tùm annuæ, tùm diurnæ circumuolutionis symbolum, quibus & dicta Numina præesse credebantur; in medio verò litera π portam Mundanam signat, per quam Sol & Luna per ☌ & ☍ signati procedentes omnia fœcundo motu suo animant. Verum cùm hoc hieroglyphicum in sequentibus fusiùs simus exposituri, hic eius interpretationi diutiùs inhærere noluimus. Lector peritus vel ex ipso Schemate mentem meam circa duodecim mansionum cœli dispositionem melius assequetur, quàm ego vel longissimis discursibus præstiterim.

ΔΩΔΕΚΑΤΟΠΟΣ

Siue XII. Mansiones Cœli, iuxta mentem Aegyptiorum, Græcorum, & Modernorum.



Conſectarium.

IN hac figura primò vides duplex hemiſphœrium, ſuperius, & inferius, in duodecim æquales partes diuiſum, quas topos ſeu manſiones appellabant. Atque in quatuor quidem cardinibus, Orientis, Meridiei, Occidentis, & Imi cœli, quatuor ponebant veluti præſides, & totius fortunæ arbitros; in reliquis angulis, quos ab octonario numero octotopos vocabant, partim beneficos, partim maleficos principalium Geniorum tutelarium aſſeclas ponebant. Præterea ſingulis domibus certas quaſdam rerum ad fortunam ſpectantium ſortes tribuebant. Hoc pacto Mercurium primæ domui vitæ, & conſtitutionis corporeæ, & quæcunque ad mores formandos ſpectant, præeſſe credebant; verbo, ſingula quæ quouis modo in omnibus naturæ Claſſibus Mercurialia ſunt, & per analogiam quandam ad bona fortunæ, diuitias, honores, vitæ diurnitatem, robur, & pulchritudinem corporis reuocari poterant, reducebant. Pariter IV domui noctis demerſæ profundò Rephan ſeu Saturnum præeſſe volebant, omnibuſque naturam Saturninam redolentibus. Decimæ domui, ſeu medio cœlo Aphroditen ſeu Nephten vnà cum Ioue præponebant; quam ideo & domum dignitatis, honoris, Regiæ fœlicitatis appellabant. Septimæ denique domui, Occidentis angulo, domui mortis Typhonem dominari credebant. Cæteris verò octotopis ſingulis Genios, naturaſque illis conuenientes attribuebant, vt ex figura patet.

Applicatio & vſus prædictorum in Aſtrologico negotio, eorumque confutatio.

CVm mentis oculos continuò in cœleſtium motuum ordines intentos haberent, varioſque influxus à ſupremi cœlorum habitaculi Præſidibus per intermedios planetarum choros in vltima Elementaris Mundi ſeminaria deduci notarent; mutationes verò indies ex continuo cœlorum ſiderumue motu emanare viderent; Zodiacum planetarum expanſo, hiſque domos, manſioneſque hoc pacto adaptarunt, vt vel ex ipſo Syſtemate, qualitatum, influxuumque aut amicorum, aut inimicorum occurſum perciperent. Si enim in domo felicis fortunæ felices & beneficos Præſides reperirent hora nati, felicem quoque eum ex tot bonis conſpirantibus pronunciabant; ſin beneficos cum maleficis domui alicui dominari comperirent, talem fortunæ ſortem & natum aſſecuturum pronunciabant; ſin denique maleficos cum maleficis in domo aliqua conjungi deprehenderent, natum iniquæ & infelici ſorti ſubiectum fore opinabantur. Summo itaque ſtudio quatuor cardines notabant, & quem ad inuicem Præſides Genij ſitum haberent, explorabant. Quòd ſi inimicum occurſum comprehenderent alicubi, ſummis continuò precibus, ſacrificijs, cœremonijſque maleuolos Genios, nè nocerent; bonos, vt in bonorum affluxu perſeuerarent, placare contendebant. Atque hoc modo non tantùm circa Nati fortunam, ſed in ijs, quæ ſterilitatem, & fertilitatem agrorum, incrementum & decrementum Nili, medicas electiones, itinerum, negotiorumque auſpicia concernebant, procedebant. Totam ſiquidem fœlicitatem & infœlicitatem humanam, ex Geniorum arbitrio dependere apprimè ſe nôſſe ſomniabant. Vide quę de huiuſmodi plura adduximus in Gabala Aſtrologica tùm Hebræorum, tùm Saracenorum. Cur verò Ægyptij domus tali ordine, & talibus ſignificationibus, & promiſſis adornauerint, explicat in Aſtrologia ſua Hebraicè conſcripta Auenar, quem vide; cùm enim omnia huiuſmodi Ægyptiorum deliramenta iam dudum ab Eccleſia orthodoxa, tanquam animarum pernicies & exitium proſcripta ſint; minimè quoque expedire indicaui, rem fuſioribus verbis apud Arabes & Hebræos Authores deſcriptam hoc loco adducere.

CAPVT VI.

De 48 Aſterismis, ſiue Manſionibus Deorum aſtriferis.

ITÁ hominum conditioni comparatum eſt, vt mox ac abſtruſa & exotica quædam intuentur, in admirationem rapiantur, rapti latentium cauſarum rationes ſcrutentur. Quod vel maximè Ægyptijs vſu venit. Habitantes hi ſub perpetua cœleſtis ſerenitatis facie, dum innoxijs nocturni temporis vigilijs ordinatiſſimos illos Aſtrorum exercitus, intentamentis, oculorumque acie aſſiduò contemplarentur, ſtupore quodam impulſi, fieri non poſſe ſibi perſuaſere, aut otioſum eſſe illud, quòd tantis nuntiaretur oſtentis, aut infructuoſum, quod tam mirificis effectibus in inferiori Mundo cuncta irradiatione ſuâ compleret. Hinc præmiſſis multorum annorum obſeruationibus, cœlum ſtelliferum vniuerſum in certas quaſdam Claſſes diuiſerunt, quas Deorum manſiones primò Ægyptij, deinde Græci Aſterismos ſeu Iconiſmos nuncuparunt. Primò ſiquidem duodecim Deorum principalium choros Zodiaco incluſos, tanquam Vniuerſi moderatores, vt ſuprà viſum eſt, vtpote à quorum arbitrio & diſpoſitione omnes inferioris Mundi bonæ malæue fortunæ ſortes, dependerent, vnicè coluerunt. His vtrimque tam in Boreali, quàm Auſtrali hemiſphœrio, veluti ſubſidiarias quaſdam Deorum cohortes, in varia officia diſtributas adiunxerunt; in Boreali quidem Typhonis regno, auſteras quaſdam, & vt cum Zoroaſtro loquar, implacabiles quaſdam potentias; in Auſtrali verò Oſiridis regno, humano generi beneuolas & ſummè fauentes, veluti Borealium inclementiæ & auſteritati oppoſitas collocarunt, quorum antitechniâ & perpetuâ volitatione, bonorum, malorumque commiſtionis exorta ſunt ſeminaria. Hinc vti ad malorum auerruncationem, Boreales ſummo ſtudio placare contendebant; ita Auſtrinos quâ ſacrificijs, quâ cœremonijs ſingulari induſtriâ inſtitutis in ſuam cuſtodiam attrahere conati ſunt. Quæ omnia ſuse ſuprà in tractatu de Mundi Syſtemate hieroglyphico, vti & in Obeliſco Pamphilio fol. 206. explicata ſunt.

Stellarum in Aſterismos diuiſio facta ab Antiquis.

Asterismi 48. ab Ægyptijs inuenti.

Hoc itaque posito, Dico primò, primos omnium mortalium Ægyptios, cœlum in 48 imagines diuisisse, teste Hyginio. *Chaldaicæ*, inquit, *sunt, atque Ægyptiacæ notæ & imagines, quibus astra & planetæ ab Astronomis insigniuntur.* Diuisio autem apposite facta fuit, vt 24 sub Austro, totidemque sub Arcto ponerentur imagines; quas omnes Deorum stationes seu mansiones Deorum, vt diximus, vocarunt. Nam singulis imaginibus choragum quendam præponebant, cui reliquæ stellæ vnius & eiusdem asterismi veluti assecłæ iungerentur. Singulis autem certum quoddam rerum in inferiori Mundo contentarum præsidium assignabant, beatumque prædicabant qui catenas horum asterismorum, queis in inferiori Mundo congruæ & correspondentes Classes connecterentur, cognosceret. His enim cognitis, difficilè non putabant, Genios vnicuique rei congruos, in suam rem, quà sacrificijs, quà varijs compositionibus, ex dictis rerum naturalium classibus assumptis, per consuetos ijs ritus attrahere bonos, malignos depellere. Nam vt rectè Ptolomæus: *Sunt enim cultus huius inferioris Mundi subiecti viribus cœlestibus.* In medio autem horum Numinum, Mithram, quem & *Mneuin*, hoc est, Mediatorem ponebant, id est, Solem, qui veluti Dux & supremus cœlestis Mundi Monarcha cum reliquo planetarum comitatu nunc in Austrum, nunc in Boream remeans, subsidiarias dictorum Numinum copias quotannis interuisens, singulos confortando ad mundanæ œconomiæ conseruationem virtute suâ incitat. Quæ omnia in Obelisco Pamphilio fol. 157. cùm suis stabilita sint authoritatibus, eò Lectorem curiosum remittimus. Secuti sunt hos deinde Græci, qui imagines Ægyptiorum hieroglyphicas, quas non capiebant, in Deorum ab ipsis confictorum Iconismos conuerterunt, quibus & posteri in hunc vsque diem vsi sunt. Verùm vt primæuam cœli faciem ab Ægyptijs hieroglyphicè descriptam cum Græcorum Iconismis luculentius conferre possis, primò hoc loco vtrumque Hemisphœrium, asterismis Græcorum insignitum ponemus, deinde Ægyptiorum quoque Iconismos posituri.

Deorum stationes seu mansiones quæ.

Ptolomæus.

Græci hieroglyphicas stellarum imagines conuerterunt in Deos.

Iconismi Græcorum Boreales. Signa Borealia 21.

I. Vrsa minor, Helice seu Cynosura; Arab. الركبة *Alracaba*; Græcè Ἅμαξα, *Plaustrum*; Hebr. עש רבוית, *Gnasch Gallina cum filijs suis*. & continet stellas 21, occupatque ☊ ☋ ☽; naturæ Martis & Veneris.

II. Vrsa maior, Gr. Ἅμαξα μεγάλη, *Currus maior*; Arab. الدبة الاكبر *Dubbe ellekbar, Vrsa maior*; Hebr. דוב גדול; Indis mare aureum. Continet stellas 57, & occupat ☋ ☽ ♅; naturæ Martiæ.

III. Draco, Gr. Δράκων, *Serpens, Python*; Arab. تعبان *Taaban*; Hebr. התנין *Tanin, Anguis*. continet 32 stellas, & occupat ♃ ♄ ♂ ☉ ☿ ☋ ☽ ♅ ♆; naturæ Iouiæ cum Saturno.

IV. Cepheus, Græcis Κηφεύς; Arabibus قيفوس *Keiphus*; Hebræis בעלת חלחב *Dominæ flammæ, Inflammatus*. continet stellas 13. & occupat ♀ ♈ ☽; naturæ Iouis & Saturni.

V. Boo-

V. Bootes, seu Arctophylax, *Plaustri custos*; Arab. الرمح *Elramech*; Hebr. בלב חנובח, *Canis latrans*. continet 29 stellas, & occupat signa ♎ ♏; naturæ Saturninæ & Mercurialis.

VI. Corona Borea, Gnosia; Arab. الكليل الشمالى *Elklail elschamali*; item الفخ *Elphta*; Hebr. כור שבשמי, *Corona firmitatis*. continet 8 stellas, & occupat signum ♎; naturæ Venereo-Mercurialis.

VII. Engonasi seu Hercules; Græcis Ἐγγόνασιν, *genuflexus*; Arab. الجاثى على الركبة *elgeti elracba. ingeniculatum*, Hebr. ברוש על ברבוי, *cadens super genua*. & 28 stellas continet, & occupat ♓ ♈ ♎ ♐; Martio-Mercurialis naturæ.

VIII. Lyra, seu Vultur cadens, Fidicula; Græcis Λύρα; Arabib. العود *Alabore*; Hebr. נור חסונל, *ingeniculati psalterium*. continet stellas 11, & occupat signum ♑; naturæ Venereo-Mercurialis.

IX. Olor siue Cygnus, Gr. Ὄρνις; Arab. الدجاجة *Eldegiagieb, Gallina*; Hebr. תרנגולת *Tharnigoleth, Gallina*. continet stellas 26, & occupat signa ♑ ♐; naturæ Venereo-Mercurialis.

X. Cassiopea, Gr. Θρόνος; Arab. الصدر ذات الكرسي *Sadar dat elkarsi, pectus ipsa est sedes*; Hebr. חשבת על כסא, *sedens super sedem*. continet stellas 26, & occupat signa ♈ ♉; naturæ Saturno-Venereæ.

XI. Perseus, Cyllenius; Arabibus راس الغول *Rasalgol*; Hebræis מכושא את ראש חשטן, *ferens caput Diaboli*. continet stellas 35, & occupat ♉ & ♊; naturæ Venereo-Saturninæ.

XII. Auriga, Heniochus seu Erichtonius; Arab. السماك *Elsamaki*; Hebr. זרוע שביד חרטן, *pastor tenens in manu frenum*. continet 27 stellas, & occupat signum ♊; naturæ Martio-Mercurialis.

XIII. Ophiuchus, seu serpentarius; Arab. الحاوى *Elhaui*, corruptè *elangui*; Hebr. עיוורת חוית, *tenens serpentem*. continet stellas 24, & occupat signa ♏ ♐; naturæ Saturno-Venereæ.

XIV. Serpens Ophiuchi, Gr. Ὄφις; Hebr. חויה *Huchaia, serpens*, idem Arab. الحيوان *Elhiuan*; continet stellas 18, & occupat signa ♍ ♎; naturæ Martio-Saturninæ.

XV. Sagitta, siue telum; Gr. Οἰστός; Arab. الشهم *Schabam*; Hebr. חשטן, *Satan, Dæmon*. continet stellas 8, & occupat ♑ ♒; naturæ Martio-Venereæ.

XVI. Aquila seu Vultur volans, Gr. Ἀετός, seu Διὸς ὄρνις, *Iouis ales*; Arab. النسر الطير *Altair*; Hebr. נשר *Nescher*. continet stellas cum Antinoo 19, & occupat signum ♑; naturæ Iouio-Martialis.

XVII. Delphinus, vector Arionis; Gr. Δελφίς; Arab. دلفين *Delphin*; Hebr. דג חים, *piscis maris*. continet stellas 10, & occupat signum ♒; naturæ Saturnino-Martialis.

XVIII. Equiculus, Gr. Ἵππου πρῶτον ἀνάθεμα, *sectio equi minoris*; Arab. الفرس الكى *Alpharez elmek*; Hebr. ראש חטוס, *caput equi*. continet stellas 4, & occupat signum ♒; naturæ Martio-Iouialis.

XIX.

XIX. Pegasus, seu equus alatus, Gr. ἵππος, Arab. الفرس *Alphara-so, equus*; Hebr. חסוס בעל קרנים, *equus cornutus*. continet stellas 23, & occupat signa ♒ ♈; naturæ Martio-Mercurialis.

XX. Andromeda, Mulier catenata, Arab. امرء المسلسلة *Emrat elmoschelseleth, vxor catenata*; Hebr. אשת שלשלת חזית לה בעל, *femina circumcirca viro*. continet stellas 26, & occupat signa ♈ ♉; naturæ Veneream.

XXI. Triangulus, Gr. Δέλτα, Δελτοειδὲς, Τεσσαρικὸν; Arab. مثلثين *Motlatun*; Hebr. משלושים *Hammoschlusch, tripartitus*. continet 4 stellas 3, & occupat signum ♉; naturæ Mercurialis.

Cui additur coma Berenices, & continet stellas 14, & occupat signum ♏.

Signa Zodiaci.

XXII. 1 Aries, Gr. Κριὸς, Iuppiter, Ammon; Arab. الحمل *Elhammel*; Hebr. טלה *Teleh*. continet stellas 22, & occupat ♈ & ♉; naturæ Martio-Iouialis.

XXIII. 2 Taurus, Io, Ifis, Apis; Gr. Ταῦρος; Arab. الثور *Altaur*; Hebr. חשור *Hefchor*. continet stellas 52, & occupat ♉ ♊; Martio-Venereæ naturæ.

XXIV. 3 Gemini, Gr. Δίδυμοι, Caſtor & Pollux, Apollo & Hercules; Arab. الجوزاء *Elgieuze*; Hebr. תאומים *Hatheomim*. continet 30 ſtellas, quæ occupant ſigna ♊ ♋; naturæ Martio-Mercurialis.

XXV. 4 Cancer, Gr. Καρκῖνος; Arab. السرطان *Elſartan*; Hebr. סרטן, *Sartan*. continet ſtellas 16, quæ occupant ♋ ♌; naturæ Saturno-Iouialis.

XXVI. 5 Leo, Arab. الاسد *Elleſed*; Hebr. ארארית *Haarieh, Leo*. continet ſtellas 40, quæ occupant ♌ ♍; naturæ Saturnino-Venereæ.

XXVII. 6 Virgo, Gr. Παρθένος; Arabib. العذرى *Elaadri*, vel السنبلة *Sanbalet, ſpica*; Hebr. הבתולה *Habetulah, Virgo*. continet ſtellas 41, quæ occupant ♍ ♎; naturæ Saturno-Martio-Mercurialis.

XXVIII. 7 Libra, Gr. Ζυγὸς; Arab. الميزان *Elmizan*; Hebr. מאזנים *Moznaim, bilanx*. continet ſtellas 10, quæ occupant ♎; Saturnino-Iouio-Martialis nat.

XXIX. 8 Scorpius, Gr. Σκόρπιος, Arab. العقرب *Akrab*; Heb. עקרב. continet ſtellas 24, & occupant ♎ ♐; naturæ partim ♂ & ♂ partim ♄ & ♃.

XXX. 9 Sagittarius, Gr. Τοξότης; Arab. القوس *Elkaus*; Hebr. קשת *Keſchebt, Sagitta*. ſtellas habet 32, quæ occupant ♏ ♑; naturæ Iouio-Saturninæ.

XXXI. 10 Capricornus, Gr. Αἰγόκερως; Arab. الجدى *Elgiedi*; Heb. גדי *Gedi*. continet ſtellas 28, occupant ♑ ♒.

XXXII. 11 Aquatius, Gr. Ὑδροχόος; Arab. دلو *Dallu*; Heb. דלי *Dali, ſtitula*. continet ſtellas 45, quæ occupant ♒ ♓.

XXXIII. 12 Piſces, Gr. Ἰχθύες; Arab. حوت *Haut*; Hebr. דגים *Dagim, Piſces*. continet ſtellas 40, & occupant ſigna ♓ ♈.

Auſtralia ſigna 15.

XXXIV. Cetus, Arab. القوط *Alkeit*; Hebr. אריה חום, *Leo marinus*; Gr. Πῆτος, ἰχθὺς; Lat. *Balena, piſtrix*. continet ſtellas 25, & occupant ♈ ♉ ♓; naturæ Saturninæ & parum Venereæ.

XXXV. Orion, Ὠαρίων; Arab. الجوزء والكبر *Elgieuze* ♌ *Elkebar*; Hebr. כסיל תגבור, *canis fortis, bellator fortis*. continet ſtellas 62, quæ occupant ♊ ♋; naturæ Iouis & Saturni.

XXXVI. Fluuius, Eridanus, Nilus, Græc. Ποταμὸς; Arabib. نهر الزرنار *Nahar alebarnar*; Hebr. נהר *Nahar, fluuius*. continet ſtellas 39, & occupat ♈ ♉ ♊; naturæ Saturni.

XXXVII. Lepus, Λαγωὸς; Arab. الارنب *Elarneb*; Heb. ארנבת *Arnebet*, Siculis Λάγωος. continet ſtellas 13.

XXXVIII. Canis maior, Syrius, Canicula; Arab. البهر *Elbabor*; Hebr. כלב תגדול, *Canis maior*. continet ſtellas 29, & occupat ♊ ♋; naturæ Venereæ.

XXXIX. Canis minor, Gr. Πρόκυων; Antecanis; Arab. الجميزا *Elgiemeiza*; Hebr. כלב חקטן, *Canis minor*. continet ſtellas 5, & occupat ♋; naturæ Martialis & Mercurialis.

XL. Nauis, Gr. Ναῦς; Arab. مركبة *Marketh*; Hebr. ספינה *Sephina, Nauis*. continet ſtellas 50, & occupat ♋ ♌ ♍; naturæ Saturninæ, & parum Iouiæ.

XLI. Hydra, Gr. Ὕδρος; Arabib. افعا *Aphaah*; Heb. חויה *Haia, ſerpens*. continet ſtellas 34, & occupat ♌ ♍; naturæ Saturninæ cum Venere.

XLII. Crater, Gr. Κρατὴρ, κάλυξ; Arab. القوس *Alphus*; Hebr. כוס *Kus, poculum*; continet ſtellas 8, & occupat ♍ ♎; naturæ Mercurialis cum Venere.

XLIII. Coruus, Gr. Κόραξ; Arab. الغرب *Elgorab*; Hebr. עורב *Corab, Coruus, Ales Phœbi*. continet ſtellas 7, & occupat ♎; naturæ Saturni & Veneris.

XLIV. Centaurus, Chiron, Φόλος; Arabibus البزء *Albeze*; Hebr. חנשאת חאריה חצי צורות חאדם וחצי צורות סוס, id eſt, *portans Leonem medium homo, & medius equus*. continet ſtellas 37, & occupat ♎ ♏; naturę Saturni.

XLV. Lupus, Gr. Θηρίον: Arab. اصبة *Eſſeda, leana*; Hebr. נמר *Nemer*, id eſt, *Pardus*. continet ſtellas 19, & occupat ♏ ♐; naturę Saturninę cum Marte.

XLVI. Thuribulum, Θυμιατήριον, *Altare*: Hebr. מקטרת, id est, *Thuribulum*. continet stellas 7, & occupat ♎; naturæ Veneris & Mercurij.

XLVII. Corona australis, Gr. Στέφανος Νότιος, *Cœlum parvum, Rota Ixionis*; Hebr. מגן דרומית, *Corona australis*. continet stellas 13, & occupat ♐; naturæ Saturninæ & Martialis.

XLVIII. Piscis australis seu Notius; Gr. ἰχθὺς μέγας, κατὰ Ζωροάστρην: Hebr. דג הדרומית, *piscis meridionalis*, continet stellas 17, & occupat ♓.

Atque hæ sunt 48 Imagines, quibus Græci vniuersum cœlum, mysticis rationibus inducti, insignierunt, quas quidem, vt postea videbitur, ab Ægyptijs mutuatas, varijsque fabulis adornatas sui iuris fecerunt. Quæ porrò primæuæ illæ imagines, quibus Ægyptij cœlum cohonestarunt, fuerint, iam aperiamus.

CAPVT VII.

Quomodo, & cur Aegyptij Cœlum in 48 Asterismos diuiserint.

Ægyptij putabant Deos siue Genios inhabitare astra.

COelestes Deos seu Genios astra incolere, Ægyptiorum dogma est: horum enim virtute & efficacia inferiorem Mundum consistere putabant, non vi quâdam propriâ influxiuâ astrorum, sed dispositiua Numinum, qui in astris ceu solio quodam regali considentes, virtute astrorum naturali veluti instrumento quodam vterentur ad inferiorum dispositionem. In singulis verò asterismis primarium quoddam Numen residere docebant, in reliquis verò stellis ad eundem asterismum pertinentibus, Genios residere principalis Numinis veluti assecl as & ministros, quorum virtus pyramidali quodam influxu, cuius basis in ipsius asterismi magnitudine, vertex in terræ centro desineret, credebant; hasque σύνταξεις seu arces Deorum nominabant: totum enim quod intra huiusmodi pyramides continebatur, id eorundem potestati & dispositioni subiectum esse arbitrabantur. Et de duodecim Zodiaci Numinibus iam suprà Capite quinto fuse disseruimus; restat vt & de reliquis asterismis, quà boreis, quà austrinis, pari passu disseramus; quod vt maiori cum methodo fiat, primo loco dispositionem Iconismorum, secundùm ternas singulorum signorum facies, ex mente Auenaris Hebræi Astrologi, atque Iudorum exhibere visum fuit.

Dispositio Iconismorum, qua Aegyptij ex mente Auenaris, singulorum signorum dodecamoria in tres facies subdiuiserunt, singulisque faciebus appropriatas Imagines attribuerunt.

VEteres Astrologi, vti in præcedentibus dictum fuit, Zodiacum in 12 signa, quas arces Deorum appellabant, partiti, vnumquodque ex 12

ex 12 signis in tres iterum partes distribuerunt, quas facies seu vultus, Moderni Decanos nuncuparunt; ita quidem, vt singulis faciebus denos gradus attribuerint. Hisce verò faciebus seu vultibus certos quosdam Iconismos seu imagines affinxerunt, quibus ratio influxus in tali & tali facie vigentis symbolicâ quâdam adumbratione exprimeretur: ex tali enim & tali facie ascendente, talem Nati conditionem futuram prædicebant, quàlem symbolica imaginis constitutio expressisset. Quæ quidem imagines non tantùm in Zodiaco secundùm longitudinem concipiendæ sunt, sed & secundùm latitudinem eiusdem, ita vt Ex. gr. omnes illæ imagines, quæ intra eiusmodi Rhombum reperiuntur, quem binæ lineæ faciem quampiam terminantes, & in vtroque polo coëuntes, constituunt, ad illam, quam dictæ binæ lineæ terminant, faciem pertinere censeantur. Notandum quoque non exiguam inter hos iconismos, & asterismos, quorum 48 in cœlo Veteres constituebant, differentiam esse: Iconismi enim facierum iuxta Zodiaci latitudinem; asterismi verò iuxta æquinoctialis latitudinem considerabantur. Vnde dum hos cum illis Authores passim confundunt, maximæ inde perplexitatis occasionem dederunt. Quam quidem confusionem inde natam putem, quòd posteriores Ægyptij, alia & alia Schemata cœlo ingerentes, priscinisque iconismis nouos identidem superaddentes, vti totum cœlum paulatim innumeris monstrorum characterismis, ita posterorum Astrologorum animos summâ confusione replerunt. Vt itaque huiusmodi fyrtes vitaremus, primo loco & seorsim imagines facierum, prout eas R. Auenar, Beneka Indus, & Abenragel Arabs Ægyptiorum traditionem secuti, descripserunt, exhibebimus, deinde quoque 48 iconismos astriferos, quos vetusta Sapientum authoritas, veluti primordialis sapientiæ specimina, pósteris consecrauit, pari passu exhibituri. Sic itaque dicit Auenar:

R. Auenar, Beneka Indus, Abenragel.

ובטלח יעלה בפנים הראשונים ממנו צורת אשת חיא
במראה והרג מחים כרמות צפעה וראש משלוש:

1 Et in Arietis prima facie oritur mulieris figura quasi igne coruisca, & piscis ex mari in similitudinem serpentis, & caput trianguli seu ταλία in secunda facie Ammonis ponuntur. Quæ consentiunt verbis Benekæ Indi Gymnosophistæ, cuius verba recitat citatus Auenar Hebræus Astrologus. Secundam verò faciem sic describit:

Decani signorum prima facies.

ויעלה בפנים השניים אשת יש מסרק בראשה ושרביט
נחושת וראש השטן ויאמרו אנשי חודו כי יעלה שם צורת
אשה מתעפפת בבגדים יש לה רגל אחת וצורתה צורת
הנשר:

Et ascendit in secunda facie mulieris figura, in cuius capite pecten, & virga enea in manu, & caput Diaboli; & putant Indi quòd ibi ascendat mulier inuoluta Vestibus, cuius pes figuræ Aquilinæ est. Atque hoc pacto Numen illud Nephten asseclam, vti ex Tabula Bembina patebit suo loco, exhibebant. Sequitur nunc alia imago, quam Auenar his verbis describit:

Secunda facies.

ויעלה בפנים וחשלישים בחור יושב על הכסא עליון
מכסה וכירו תרפים:

Tertia facies.

Et in tertia facie exsurgit iuuenis sedens supra sedem stratam, & in manu eius Theraphim. Quid per Theraphim intelligatur, fuse declaratum fuit in primo Tomo Syntag. 3. Cap. Baalim; erat enim idolum auerruncum, quod secum portabant Ægyptij. Sed vide de his citatum locum. Hanc sequitur alia imago genuflexa, quam his verbis ex Astrologia Ægyptiorum describit Auenar:

ואדם השפיל ראשו למטה והוא צועק אל השם
:

Exurgit quoque homo, caput suum versus inferiora declinans, & Deum suppliciter inuocans. Quæ quidem imago nihil aliud est, quam imago Genij tutelaris, superiori supplicantis, & passim inter hieroglyphica reperitur, & confunditur cum Engoniasi Græcorum asterismo.

Apidis fur. Tauri Affec.

2 Intra Apidis regnum ascendunt primò, iuxta Ægyptiorum Astrologiam, imago viri gladium in manu sinistra, in dextra baculum tenentis; deinde verò Nauis magna, supra quam Leo est. Sed audiamus verba Auenaris:

ויעלה בפני שור הראשונים חגבור שיש לו חרב בידו
השמאלית ועוד עלה ספינה גדולה בה אריה:

Confundit hoc loco Auenar figuras facierum cum ipsis asterismis. Quid per Gygantem, nisi Orion indicatur? Quid per Nauim, nisi Barys illa celeberrima, leoninâ figurâ insignis, quem Mophta dicimus, & cum Naui Argonautarum hoc loco perperam confunditur? Indi loco Leonis in Naui posiri, ponunt Arietem; quod pulchrè quadrat figuræ Arietinæ in Naui Tabulæ Bembinæ positæ. Dicunt præterea Indorum Astrologi, sub Naui dimidium esse mulieris mortuæ. perperam; Ægyptij enim hoc loco Horum ponebant, Typhone in Nilo submersum, in quius locum Græci Icarum in Eridano submersum substituerunt. Iterum, in facie Borea dicunt ascendere virum Caprino habitu, quo quidem nihil aliud indigitatur nisi Erichtonius hœdino pondere prægrauatus. In tertia Apidis facie ascendit primò Anubis caninâ facie insignis, teste Auenar, in cuius manu est serpens.

Geminorum Affectæ.

3 In Geminorum facie prima ascendit pariter figura canino capite transformata, & correspondet Caniculæ seu Syrio Græcorum, quem Ægyptij nunc *Adenon*, nunc *Cicuth* dicunt. Iterum intra hoc spacium ascendit quoque serpens erectus, lupusque habens in manu sua notam:

ויעלה שם חית עומדת על אילן ואב שיש בידה סימן
ואדם יש לו בלי גבון מוחב והוא מומר בו
:

Ascendit ibi Serpens habitans in arbore, & Lupus in cuius manu signum, & homo in cuius manu instrumentum Musicum quo psallit. Pro Lupo hoc loco Græci feram Centauri, pro Musico Lyram ponunt.

Cancri & Leonis Affectæ.

4 In domo Cancri & Leonis ascendunt Vrsæ maior & minor, vera Typhonij Regni insignia, quarum ipse Hermes in Pymandro mentionem facit

facit his verbis: *Nam arctos*, id est, *Vrsæ ipsius, quæ nō sti, exortes nunquam, necmergi, circa idem perpetuò recurrentes*, quamuis alij loco Vrsæ maioris ponant porcum ferreum, habentem caput cupreum; melius Ægyptij currum maiorem & minorem; vti suprà dictum est; alij ponunt virum serpentipedem anguibus inuolutum, cuiusmodi Typhonem in Tomo primo, Syntag. 3. Cap. de Typhone exhibuimus, quicquid sit, symbola omnia Typhonium quid indicant.

Virginis & Libræ Affectiones.

5 Intra Virginis & Libræ mansiones ascendunt Aspis magna, quæ & Agathodæmon Ophionius dicitur, vnà cum cratere vini, teste Auenar. Tametsi Indorum Astrologi hoc loco arborem ponant magnam, in cuius ramis Canis, & Ibis existant. Sed audiamus verba Authoris:

ויעלה שם אילן גדול על סעיפיו כלב ועוף הנקרא
רחמה:

Ascendit, ibi arbor magna, in cuius ramis Canus & Ciconia, quæ & Ibis dicitur, & à Philosorgia appellatur Hebræis Rachama. nihilque hoc aliud, quàm stationem Mercurialium Numinum indigitant. Dicunt præterea Ægyptij apud Auenarem, hoc loco poni virginem pulchram, capillorum longitudine spectabilem, duas in manu spicas habentem; sedet autem in throno, & puerum lactat paruulum, nutritque ipsum summâ diligentiâ. Verùm cùm verba Auenar consideratione dignissima sint, ea hîc adduco:

Virgo puerum lactans in Zodiaco ex Ægyptiorum & Hebræorū opinione.

ויעלה בפנים ראשנים בתולה יפת ושערה ארוך ובידת
שני שבלים והיא יושבת על בסא והיה תרבה עוד קטן
ותניקהו ויאכילהו:

In prima, inquit, facie Virginis, ascendit Virgo pulchra, longis capillis, & duas in manu spicas continet, sedetq; supra sedem, & nutrit puerum adhuc paruulum, & lactat eum, & cibat eum. Expressiùs mulrò Albumazar ea in suo in Astrologiam introductorio describit, quæ verba allegat Stefflerus in sphæra Procli; ita autem disserit: *Oritur in primo Virginis decano puella, Arabicè dicta *Aderenosa, id est, Virgo munda, Virgo immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixo, manu duas aristas tenens, suprà solium auleatum residens, puerum nutriens ac iure pascens, in loco, cui nomen Hebræa, puerum dico à quibusdam nationibus nominatum Iesum, significantibus Issa, quem & Græcè Christum dicunt.* hæc Albumazar. Ex his manifestè patet, Saluatorem nostrum ex illibata Virgine natum indigitari. Oritur ergo hæc Virgo IESVM pascens. Pudeat hîc proternos Hebræos, dum Virginem matrem renuunt, cùm tantis ætatibus, tot ante secula Gentiles ista præuiderint. Quòd si Verpus dicat: *Non dicunt hi ipsum Virginem pueri illius matrem, sed tantùm iure ipsum pascentem*; erubescat insolix, quia quæ iure ipsum pascit, non nisi mater est. Simile quid legitur apud Sybillam Europæam: *Veniet montes & colles transiliens, & in paupertate regnans cum silentio dominandi è Virginis vasexiliet.* Ponitur quoque hoc eodem loco ab Ægyptijs figura hominis *Tweidion*, id est, figuræ Taurinæ, ita Auenar:

* corrupè

ויעלה שם ארם שיש לו חצי צורת וראשו כראש השור
ובידו צלם אדם חציו ועריה וגם יעלה שם חצי צורת בראשה
תניין והוא מרש בה הארץ:

Ascendit ibi homo, qui habet figuram Ταυροκεφαλον, *id est, Tauri caput transformatus, & in manu eius idolum hominis dimidiati & nudi. ascendit etiam ibi dimidiata figura, in cuius capite trabs est, qua terra aratri solet.* Quorum mysticæ rationes posteà explicabuntur.

Libræ & Scorpionis Affectæ.

6 In signo Libræ & Scorpionis ascendit similitudo viri, in cuius manu sinistra Libra, in dextra libri scripti:

ויעלה שם צורת אדם בירך השמאלית מאזנים וביד
אחר ספרים כתובים:

Et ascendit ibi similitudo viri in manu sinistra Libram bilancem, in dextra libros scriptos tenentis. Atque hæc est, quem suprà, cùm de signo Libræ ageremus, Omphta appellauimus.

Sagittarij & Capricorni Affectæ.

7 Intra Sagittarij & Capricorni latitudinem Austro-Boream ponunt Ægyptij figuram hœdi cornua tenentem; & eadem figura est, quam suprà in signo Capricorni exposuimus: deinde Accipitris volantis figuram; & loco quidem Accipitris, Græci dein Aquilam volantem supposuerunt. Ponunt præterea Ægyptij hoc in spacio Κυνοκεφαλον, id est, corpus Simiæ cum capite canino, *ita docet ex Astrologia Ægyptiorum Auenar:*

ויעלה שם גוף הקוף וראשו כראש הכלב:

Et ascendit ibidem corpus Simiæ, & caput eius instar capitis Canis. De quo Cynocephalo, eiusque significatione, vide Obeliscum Pamphilium lib. 3. Hierogrammatismo Simiæ.

Aquarij & Piscium Affectæ.

8 Intra Aquarij & Piscium mansionem ponunt Gallinam cum pullis, Oxyrinchus piscis & Nili figura.

Atque hæ sunt imagines quas ad mentem Ægyptiorum cœlo inserta fuisse refert Auenar, reconditarum actionum symbola, quas Græci deinde suis fabulis adornatas expolitasque posteris confinxerunt; quas hic apponendas duxi. Merito ramen hoc loco quispiam interrogauerit, quinam viâ ad tam reconditam antiquitatem penetrauerim; quare vt id constet, rem explico. Michael Schatta Coptita Ægyptius, meus olim Romæ in Copticis & Arabicis ex Bibliotheca Vaticana transcribendis Amanuensis, postquam in Ægyptum reuersus esset, inter cœtera à me sollicitatus fuit, vt si quid hieroglyphicarum inscriptionum reperiret, id delineari curaret, pecunia certa in hunc finem assignata; quod & præstitit. Inter alia itaque fragmenta hieroglyphica, de quibus suo loco mentio fiet, hanc quoque Astronomicam 48 Iconismorum descriptionem ex vetusta Monasterij S. Mercurij Bibliotheca depromptam, & quantum potuit fieri, adornatam, ad promissam mihi fidem exoluendam transmisit. Quam cùm Veterum lucernam olere, & hieroglyphicæ doctrinæ conformem cognoscerem, eam hoc loco ceu raram & inusitam curioso Lectori oportunè communicandam duxi; in qua tametsi multa fuerint mutilata & imperfecta, continuo tamen studio & diligentia factum est, vt quæ vel deessent, aut obscuriora existerent, ex hieroglyphicorum fonte Dædaleæ mentis limâ expolita illucidarentur. Disseruit inter hæsce & Græcorum sanè insignis elucet. Ponebant Ægyptij non Æquatorem, sed Zodiacum basis loco, ita vt centrum hemisphærij vtriusq; non polum Mundi, sed polum Zodiaci referret. Secundo, figuræ hieroglyphicis adumbratæ symbolis, non exactè suis locis correspondent, sed vtplurimùm differunt. neque hoc cuipiam mirum videri debet, cùm Ægyptij hisce hemisphœrijs non tàm stellas, quàm stationem Numinum in vasta illa firmamenti facie exprimere sint conati, vti suprà dictum est: neque enim, vti Græci, figuras Numinum, stellarum coacernatione componi putabant; sed certam quandam stellarum congeriem talis & talis Numinis stationem vocabant, quod tali & tali cœli loco dominari credebant. Neque enim vti posteri, effectus in inferiori Mundo elucescentes stellarum occulto influxui; sed Numinum virtuti & efficaciæ tali & tali cœli loco constitutorum, adscribebant, vti dictum est. Et Achilles Statius in sua Isagoge circa finem hoc idem testatur. verba eius cito: Ἐτ γαὶτὴν τῦ Λεγυπίων σφαῖραν, ὅτι ὁ ἀρχαῖος ἔζωτο τοιαύτ᾽ ἦν. ἐ γὰρ ἐκ τῶν ἀστέρων ἐκάστων ἐδόξαζον, ἀλλ᾽ ἐτέρα τις φύσις ἐν τοῖς τόποις ἐνῆν ἑκάστοις. ὅτι δὲ τὰ τοιαῦτα. Ἕλληνες δὲ ταῦτα ὡς ἱστορίας ἔλαβον ἐκ τῶν ἐγχωρίων καὶ ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐξήνεγκαν. *In Ægyptiaca, inquit, sphæra neque Draco, neque Vrsa, neque Cepheus, sed aliæ sunt idolorum formæ nominaq; vt indita; vti neq; in Chaldæorum Astrologia; Græci porrò vocabula illa de insignibus Heroibus transtulerunt, vt comprehendi & agnosci facilius possent.* Zodiacum quoque latiorem, quàm Græci posuerunt; in cuius Boreali hemisphœrio figuræ hieroglyphicæ 12 signorum Zodiaci expressæ cernuntur, iuxta priscæ rudiorum adhuc seculorum Astronomiæ inuentionem. In Australi verò hemisphœrio easdem repetitas inuenies; sed abbreuiatas: ex quibus prorsus, vnde characteres signorum in hunc vsque diem vsitati, quibus similes sunt, profluxerint, patebit. neque hic Lector gradus aut declinationis, aut latitudinis stellarum, aut similes diuisiones requirat; cùm, vt dixi, ea priscorum mens non fuerit; sed Deorum stationes solummodò per 12 Rhombos, quod ipsi ἀνὰ κεφάλαια vocabant, exprimere conati sint. Quæ omnia hic fusiùs deducere volui, ne Lectorem curiosum Ægyptiorum in Astronomicis 48 imaginibus cœlo imponendis consilium lateret. ad Rhombum itaque.

Achilles Statius.

Nota Signorum ordinem hic positum fuisse initio sumpto ab ♈, cùm Ægyptij tamen Hieromanthæ initium eorundem sumpserint à Capricorno; cuius rationem in præcedentibus dedimus. Vnde binis diuersis numericis figuris ea insignire visum fuit ad confusionem vitandam.

HE-

HEMISPHAERIVM BOREALE ZODIACI

Ex mente Aegyptiorum.



HEMISPHAERIVM AVSTRALE ZODIACI

Ex mente Aegyptiorum.



Dispositio Iconismorum Astronomicorum, ac mensæ Ægyptiorum, quos Michael Schatta Ægyptius ex vetustis Ægyptiacis monumentis extractos, ad Authorem transmisit.

IConiſmi Aſtrologico-hieroglyphici, cœlo ab Ægyptijs impoſiti, ſunt omninò 48, vti ſuo tempore in Obeliſci Barberini interpretatione patebit; quibus eam in aſcenſione aut culminatione eorum Natis fortunam, quam ſymbolis exprimebant, pollicebantur. Referunt enim, vt ſuprà dixi, eos certas quaſdam Numinum diſpoſuiſſe ſtationes, in quibus ea particulari influxu in inferiora fidei tutelæque ſuæ commiſſa agere opinabantur; vnde & ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΑ ſtationes aut manſiones Deorum ab Ægyptijs vocabantur, quòd in ijs vigili curâ rebus ſibi commiſſis intenderent. Quarum duodecim principales in Zodiaci obliquitate diſponebant, reliquas partim in Borea, partim in Auſtro; prout ex adiunctis hic binis hemiſphæriis à Michaele Schatta Ægyptio mihi tranſmiſſis patet, collocabant. Atque hunc quidem 48 Iconiſmorum numerum Græci, & tota demùm poſteritas amplexa eſt; tametſi, vti ex hemiſphæriji patet, Ægyptij à Græcis, & ſitu & ordine diſcrepent. Græcis ſua in locum Ægyptiorum, Numina ſubſtituentibus, & hâc cœleſti ΑΝΑΘΕΣΕΙ veluti cohoneſtantibus. Et de myſtica quidem duodecim præſidum in Zodiaci decamorijs manſionibus diſpoſitorum ſignificatione ſupra Cap. 3. amplè diſſeruimus; reſtat vt de reliquis pari paſſu nonnihil diſſeramus, à Boreo hemiſphærio initium facturi.



Primus itaque Ammonij Regni Iconiſmus poſt duodecim Zodiaci Occodeſporas, è regione Ammonis, ſiue Arietis diſtrictu occurrit triangulum, quod ΔΑΛΑ Ægyptij nominant, & in lingua Copta idem notat ac portam triquetram, per quam Deorum in Ægyptum ingreſſui aditus patet; ac nihil aliud eſt, quàm inferior illa Ægypti pars, vti in I. Tomo Syntagm. primo oſtenſum fuit, quàm Nilus ad Memphim diuaricato flumine diuiſus olim ex Nilotici congerie limi enatam conſtituerat; tantæ proinde fœcunditatis, vt non immerito domùm Deorum immortalium, cœlumque Deorum eam nunquandam exiſtimârint. Portam Deorum dicunt, quòd per illam ad omnium bonorum copiam Deorum liberalitate ac beneficentiâ conceſſam aditus pateat; quam Ibis, Mercuriale animal, dum pedibus diuaricatis exprimit, ſimul etiam ſub cuius tutela Numinis ΔΑΛΑ ſit, indigitat. Hinc in ea cœli plaga Ægypto ſupereminente ſimile triangulum ſiue ΔΑΛΑ è tribus ſtellis conflatum, conſtituerunt, idque tanquam Mercurialium Numinum Ægypta fauentium ſtationem ſummo cultu & veneratione poſteri profecati ſunt, quod & Græci inter ſuos quoque aſteriſmos retulerunt. Vide quæ in primo Tomo fol. 8. 9. 10. 11. in Obeliſco Pamphilio lib. 3. aliiſque locis paſſim recitauimus.

II. Iconiſmus ſtatio notatur Nephtæ, quæ cum res inferioris Horizontis fidei ſuæ commiſſas habeat, Delta Niloticum, id eſt, Ægyptum, cui ſupraponitur, contra omnes nocturni rigoris iniurias defendendam ſuſcipit. Sedet, ad indicandam poteſtatem; ſcêptrum in manu tenet, ad propulſationem malorum arcane ſignificandam. Tutulum gerit germinibus compactum, ex quo duo ſerpentes emergunt, ad vitam & fœcunditatem, quam confert, indicandam. Crucem anſatam gerit, ad influxus amplitudinem indicandam.

III. Iconiſmus in eodem Ammonis diſtrictu contentus, ſimulachrum ponitur alterius Numinis tutelaris, genibus flexis, ipſoque ſitu, & corporis diſpoſitione Numen Ammonis, vt alibi oſtendimus, exprimit, quaſi Ammoni contra IV. Iconiſmum Draconem Typhonium (qui circa polum Boreum ſuam collocauit ſtationem, & eſt veluti Regni Typhonij index) ſupplicaturum.

V. Iconiſmus ponitur intra Rhombum Apidis, Tauri iuriſdictioni ſubditum; eſtque Gallina cum pullis, quam Ægyptij Venereum fœcunditatis Numen venerabantur. Vide quæ de Gallina cœli ſeu Succoth Benoth copioſè diſſeruimus in Pantheo Hebræorum fol. 354. toto Cap. 18.

VI. Iconiſmus, intra eundem Rhombum conſtitutus, continet ſimulachrum ſedentis in throno, tutulo ſpicarum, cornibuſque Bouinis inſigne, vnâ manu Theraphim, alterâ Crucem anſatam geſtans, atque Iſidis, tutelaris Numinis Ægypti, inuentricis frumenti, & agriculturæ per boues, vti ſymbola monſtrant, ſimulachrum eſt; ſedes eſt poteſtatis index; Theraphin Apidis amuleti, Crux influxus benigni ſymbolum eſt, quaſi ſe Draconi Typhonio, quem IV. Iconiſmus exhibet, oppoſitura. Vide Tomi primi folium 185. vbi de hoc ſimulachro ampla fit mentio. reſpondet hic Iconiſmus Græcorum Caſſiopææ.

VII. Iconiſmus, intra Rhombum Geminorum conſtitutus, ſimulachrum Anubidis eſt, canino capite conſpicui, qui vnâ manu ſagittam, alterâ ſitulam portat, quæ ſunt Nilotici Numinis ſymbola, & ſignificant ſicitatis, caloriſque exceſſum, qui Anubidis moderamine temperatur. vide de Obeliſcum Pamphilium.

VIII. Iconiſmus Panos eſt ſimulachrum in forma humana hœdum portans, vnâque manu baculum, alterâ ſerpentem geſtans. Hœdus ſymbolum fœcunditatis laſciuientis, vt in Obeliſco Pamphilio probauimus; baculus poteſtatis & vigilantiæ; ſerpens vitæ ſymbolum eſt. Innuunt hoc Iconiſmo Numinis Panici curam & diligentiam, quâ in rebus fidei ſuæ commiſſis defendendis contra imminentem Typhoniam vim, veluti fœcunditati & vitæ rerum contrariam impellatur.

IX. Iconiſmus intra Rhombum Hermanubis, qui Cancro reſpondet, ſimulachrum eſt tutulo inſignitum, manibus inſtrumentum muſicum portans, loco cuius Græci lyram poſuerunt. Indicat autem, authoritate poteſtateque ab Hermanubi ſibi conceſſa, ſe æſtus ardentes, quas Typhonia vis hoc loco inuehit ad rerum deſtructionem, ad harmonicum temperamentum reducere, & contra hoſtilem Typhonis vim defendendam ſuſcipere.

X. Iconiſmus, intra Rhombum Momphtæ ſiue Leonis contentus, ſimulachrum exhibet Aſpidis ſurrectæ ceruice ſpectabilis, quam Ægy-

ptij Ἀγαθοδαίμονα vocant; de quo amplè in Obeliſco Pamphilio.

XI. Iconiſmus Vrſæ maioris imaginem exhibet, quam (بنات النعش) *Benat-alnaaſh*, id eſt, *filiæ feretri* Arabes, Aegyptij *Vehiculum Oſiridis* vocant: hoc enim dodecamorio Oſiris id eſt, Nilus, ſuper Tellurem Aegypti veluti vehiculo quodam per inundationis vim, quæ ſub ſigno Momphtæ contingit, vehi fingitur, ad eandem cum aſſeclis ſuo Ophionio Agathodæmone animandam, ſecundandamque, quæ omnia amplius explicata reperies in Obeliſco Pamphilio l. 8. Hierogram. Leonis, & infrà in Capite de 28 manſionibus Lunæ.

XII. Iconiſmus intra Rhombum Iſidis ſiue Virginis conſtitutus, arbor eſt, in cuius ramis hinc inde Canis & Ibis reſident, vti ſuprà ex Aſtrologia Aegyptiorum, quam R. Auenar in linguam Hebraicam traduxit, probauimus. Arbor quidem exhibet totam vegetabilis naturæ ſubſtantiam, cuius præſides ſunt Mercurius & his Numina, quæ aptè per Canem & Ibidem notantur, vti in Obeliſco Pamphilio demonſtrauimus. Cùm enim ſub Spicilegæ Virginis, hoc eſt, Iſidis dodecamorio Nilotica rum aquarum exuberantia magnam opimæ ſegetis, cæterorumque vegetabilium ſpem daret: nec concepta in tellure ab incubante eidem humentis naturæ ſubſtantia, ſemina vi Typhonia, defectu aquæ vel exſiccarentur, vel ſuffocarentur exceſſu, appoſitè hoſce velut excubitores, Mercurialia inquam Numina huic dodecamorio conſecrarunt, quorum vigilantia & cura, *Nili* incrementum, optatum contra aduerſas poteſtates emolumentum telluri Aegyptiæ præſtaret.

XIII. Iconiſmus, intra Rhombū Omphtæ ſiue Libræ conſtitutus, Numen Ἥρωος ſiue heroiſce apite transformatum exhibet, cui ſuperemineat trabs in formam aratri, vti ſuprà ex Auenar probauimus. Quibus ſtatio notatur ſpermaticæ naturæ Præſidum, quæ ſub præſidio Omphtæ Numinis cuncta æquâ proportione libranſis, per agriculturæ Præſidum induſtriam, quorum ſymbolum Bos & aratrum erant, tum promouebatur perficiebaturque, poſtquam Nilotico exuta optimento, in vberem ſegetem varia propullulatione erumpebat.

XIV. Iconiſmus, ſub Typhonis, id eſt, Scorpionis ſigno conſtitutus, teſte Auenar, erat ſimulachrum figuræ humanæ nudæ, vnâ manu facem, alterâ ſpiculum exhibens, & Coruum in capite geſtabat, & Typhonis aſſeclas Genios indicabat. Per nuditatem tellus indicabatur aquis nudata; per ſpiculum vis radiorum exſiccatiua, quâ vegetabili naturæ per ſubtractionem humoris neceſſarij, deſtructionem minatur, quod & per facem innuunt; per Coruum verò, animal quod cadaueribus & morticinijs veſcatur, venenatorum animalium ex putrilagine terræ hoc tempore naſcentium contagium aptè denotatur: qui omnes ſunt Typhonis & aſſeclarum eius effectus. Vide Obeliſcum Pamphilium.

XV. Iconiſmus, ſub Arueris ſeu Sagittarij ſigno conſtitutus, ſimulachrum eſt ſub forma humana, tripartito tutulo ſpectabili, quod hircum apprehenſis cornibus mactare videtur. Quibus quidem nihil aliud indicant, quàm ſtationem Geniorum Typhoniæ phalangis πέντεχον, quorum cura

cura eſt reſciſſis cornibus hœdi, id eſt, domitâ radiorum Solarium aduſtiuâ vi Typhoniam fœcunditatem, ſemente terræ viſceribus incluſa, ad notam vegetabilis naturæ ſobolem producendam, fouere & ſuſtentare; quod ſub hoc ſigno contingit, vti ſuprà in Zodiaci Ægyptiaci interpretatione oſtendimus. Inuenitur & hoc ſimulachrum in Tabula Bembina, vti ſuo loco videbitur.

XVI. & XVII. Iconiſmus, ſub Anubis ſeu Capricorni ſigno, Cynocephalum ſtantem, qui Capricornum loro ligat, exhibet. Quo aptè indicabatur, ligatâ fœcundâ Capricorni naturâ ab Anubi, id eſt, virtute Solis ob depreſſionem ſuam debilitatâ, Lunam, eiuſque aſſeclas Genios, quos per Cynocephalum indicabant, aſſurgere, & vicariam Solis poteſtatem exercere, humoremque ſufficientem ad ſeminalem terræ viſceribus incluſam ſubſtantiam ſouendam roborandamq; ſubminiſtrare. Canis verò Iconiſmus XVIII. ſtationem notat Sothiacorum Numinum.

XIX. Iconiſmus ſub Aquarij Rhombo conſtituitur, atque ſimulachrum eſt hominis Gygantei Ægyptiaco more veſtiti, tutuloque πεντεσπειρο-πυραμιδοειδεῖ conſpicui, quòd dextrâ clauam, ſiniſtrâ ſceptrum Momphtæ tenet: per Gygantei corpus & clauam robur in res terrenas; per tutulum multiformem poteſtatem, quam in aërem, ignem, terram, & vitam rerum obtinet, ſignificat; per ſceptrum Momphtæum, in humentis naturæ ſubſtantiam dominium notat; quod in Regno Canubico exerit, dum pluuijs, niuibuſque incluſam terræ ſementem fouet, ſolidat, roborat, ſubigit, & ad variam rerum fœturam concipiendam animat. Atque hæc eſt ſtatio, quam Ægyptij, Oſiridis in aream incluſionem dicebant, vti in Syntagm. II. ex Plutarcho probatum fuit, vbi & ſymbolicas alluſiones fuſè interpretati ſumus.

XX. Iconiſmus ſub Ichthonis Rhombo ponitur, & eſt figura fœminea, quæ in Tabula Bembina exſtat velo conſpicua, ſedens, & vbera turgida, vnâ manu ſceptrum Lotomorphum, alterâ Crucem anſatam gerens, cuius & fœmur iiſdem Tauticis characteribus ornatū eſt: per figuram fœmineam, vbere turgidam, & velo conſpicuam, notabant fœcundorum Numinum ſtationem, tectis quidem adhuc ſub terra rerum Mundi ſeminibus, ſed iam terræ Solis ſpiritu imbuta, in apertam germinationem erumpente; quod per Lotiferum ſceptrum aptè inſinuatur, & per Cruces anſatas, quibus fœmorale inſignitur, oſtenditur, quibus variæ ſeminalium rationum miſcellæ, Solarium radiorum ſpiculis percuſſæ, in omnium rerum fœcundam generationem prorumpunt; quod ſub hoc Ichthonis Rhombo, ſeu ſtatione Piſcium contingit: Ichthon enim per aſſeclas ſuos latentium, teſte Iamblicho, rerum rationem è tenebris ſub quibus iacuerunt, in lucem educit, vt quæ præcedentis ſigni Numina terræ clauſa abdiderant, illa, terrâ paulatim apertâ, id eſt, Sole ſenſim aſſurgente, & radijs ſuis terram potentius feriente, in apertam fœcundamque propaginem deducat.

Vidimus myſticas Aſterismorum Boreorum ſignificationes, reſtat vt & Auſtrinorum arcana pari paſſu aperiamus.

Iconismus XXI. In Australi Osiridis Regno, sub Rhombo Ammonis siue Arietis primo loco occurrit serpens stipiti circumplicatus, quo Agathodæmonum vitæ rerum Præsidum statio indicatur; hi enim per Delta Niloticum, id est, Deorum portam, vt suprà expositum est, ingressi, omnia sub Ammonis præsidio ad vitam excitant, humorem suo tempore proficuum in vltimis Austri finibus, quem per Nili suprapositas fluentas, Iconismus videlicet XIX. aptè insinuat, disponunt.

Iconismus XXII. Sub Apidis signo in Austro ponunt simulachrum Panos, id est, stationem Panicorum Numinum, sub quorum præsidio omnia in fœcundam rerum productionem conspirant, quod hoc tempore contingit.

Iconismus XXIII. & XXIV. sub Geminorum & Cancri signo constitutus, exhibet Serpentarium cum lancea, cui supereminet nauis Argentini capitibus conspicua, in cuius medio Bos existit seu Apis. Per Serpentarium lanceatum statio indicatur Arimaniarum Potestatum; quâ vis humectatiua radiorum Solarium adustiuâ vi destruitur; huc ponitur Apis naui vectus, id est, Orimazes, Sol Australi plagæ veluti per humidum superuectus, radiorum attractiuâ vi nonum humorem ex fluminibus, lacubus, maribus attrahit, quibus in imbres resolutis, noua Nilotici incrementi præludia parantur.

Iconismus XXV. & XXVI. sub Cancri & Leonis Rhombo constitutus, Anubis est Lupum siue feram Typhoniam transfigens; quo indicare volebant, Mercurialium seu Niloticorum Numinum stationem, quorum cura est, Nilotica incrementa hoc tempore accelerare; quod fit sub ortum Caniculæ, quæ Ægyptiacè ϲιωϑ, seu Sothis, quo nomine & Mercurium appellatum fuisse in Obelisco Pamphilio ostendimus; hoc enim tempore terrea & adustiua Typhonis vis, non incongruè per Lupum, animal terrestre & præferum, in quod se Typhon transmutasse dicitur, indicata, Nilotici humoris exuberantia destruitur.

Iconismus XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. sub Virginis & Libræ signo constituuntur, sunt que primò Gygas, quem Græci Orionem vocant; cui iungitur Noctua & Coturnix, testæ Auenæ, suntque mali ominis symbola. Per Gygantem inauspicata statio Titanica prænotatur, id est, Geniorum humoris excessu omnia præfocantium, quorum tyrannidi opponitur Leo naui vectus, id est, Momphta & Omphta, quorum ille cum asseclis suffocanti humore tellurem beare, hic excessum humoris suffocatiui per Titaniam vim intemperanter illatum temperare, & in mediocritatem reducere satagit. Vide quæ de hisce copiosè disseruimus in Bembinæ Tabulæ interpretatione.

Iconismi Australes.

Iconismus XXXI. sub Scorpionis Rhombo australi constitutus, exhibet Crocodilum, Typhoniæ tyrannidis argumentum; estque statio infesta, quia bonum quod per humoris excessum destruere non valebant aduersi Genij, per defectum eiusdem, Nilo iam intra alueum reducto, & terra crescente, conficere attentant. vocatur statio Suchi, id est, Crocodili, in quem Typhonem transformatum referunt Ægyptij.

Ico-

Iconismus XXXII. & XXXIII. sub australibus Sagittarij & Capricorni Rhombis constituti, continent simulachrum figuræ humanæ vnâ manu Hippopotamum transfigentis, alterâ Ibidem, quæ Serpentem deuoret, indicantis figuram. Per hominem pueriliis habitus virtà conspicuum Horus, per Hippopotamum Typhon intelligitur; & Horus quidem renascentis Mundi symbolum, qno humoris remanentis contagiosa vis transfigitur. quæ & per Ibidem Mercurialium Geniorum symbolum indicantur, quorum ope noxiarum rerum, atque ex putrefactione terræ nascentium pullulans multitudo hoc tempore absumitur.

Iconismus XXXIV. XXXV. XXXVI. sub australi Aquarij & Piscium Rhombo contenti, sunt Nilus, Hydra, & Altare summum; quibus trium Geniorum Niloticorum, australium aquarum custodum, & igneæ naturæ conseruatorum stationes exprimuntur. primi humorem terræ visceribus ineluctum actuant; secundi eundem fœcundant; tertij calorem subterraneum, quibus fœcundatur, administrant; quæ quidem, aptè per Nilum, Hydram, & Altare igne instructum exprimuntur. Sed de hisce in Obelisci Barberini interpretatione copiosa suo tempore dabitur differendi materia.

Nota Lector, à suprà citato Michaële Schatta figuras solummodò, easque admodum imperfectas esse missas, quas tamen quantum ex literis ipsius Arabicè ad me scripris colligere potui, ad rectam Ægyptiorum mentem reduxi, & in certas quasdam Deorum stationes dispescui, vt Ægyptiorum in illis instituendis intentio luculentius pateret. Sed hæc omnia, vti dixi, melius in Obelisci Barberini interpretatione patebunt.

Habes itaque 48 Iconismorum ab Ægyptijs in cœlo positorum dispositionem, eorundemque physicas interpretationes, quas & secundùm analogiam quandam ad archetypas moralesq; rationes accommodabant; ita vt per dicta Iconismorum symbola, intellectualis Mundus intelligatur, in quo distributis officijs vnicuique Geniorum choro competentibus, quos tum in triplici Mundorum serie, tùm potissimùm in animarum sphœris effectus imprimunt, subtiliter insinuabant; hinc enim satorum ordinem deducebant. Ex hisce Iconismis Geniorum ascendentibus decuiuscunque Nati fortuna vel fato, infallibilem se coniecturam nosse posse credebant. Hinc sollicitè singulas dictas Deorum stationes, mox vbi ab Horizonte emerserant, aut ascensione culminarent, quâ sacrificijs, quâ ritibus cœremonijsque placare contendebant: vti enim ex aduerso Geniorum ascensu, omnem Nati miseriam & calamitatem dependere credebant, ita ex beneuolo propitioque Agathodæmonum ascensu fortunam & felicitatem sibi pollicebantur; hinc illos sacrificijs, ne nocerent, placare; hos vt prodessent, appropriatis ijs rebus & sacrificijs attrahere contendebant. Cùm verò septem principalia planetarum Numina continuò nunc bona bonis, iam bona malignis, subinde maligna malignis coniungantur; hinc pro ratione coniunctionis prosperæ vel aduersæ de rerum euentibus prosperis & aduersis pronunciabant. Vide quæ de hisce fusiùs suprà Capite 3. 4. & 5. disseruimus.

Impia Ægyptiorum & Chaldæorum superstitio ac diuinatio ex Iconismis 48 desumpta.

To-

Tota hæc Asterismorum congeries, quatuor principalia Numina habebat, quorum virtute influxiua, tùm Geniorum concatenatorum series, tùm inferioris Mundi œconomia gubernatur; quam quidem Geniorum tetradem, Ægyptij, quadruplicis Mundanæ catenæ capita, Græci, τὴν θεῶν τετράδα nominabant. Et Ægyptij quidem hanc tetradem ijs adornabant symbolis, quibus in sequentis Sectionis Iconismo, annorum Ægyptiorum περιόδους insignitos spectabis, Serpente complexos; Græci verò eâ prorsus ratione, quâ in subiuncta figura patet, suam exhibebant Deorum tetractym, quam ex Gemma à Petro Stephanonio Antiquitatis peritissimo Viro mihi communicata extraximus; quam τετρακτὺν ἀδωδεκαπτρωτον Deuterophilus peruetus Author, vti aliàs ostendimus, nuncupat.

ΤΕΤΡΑΚΤΙΣ ΔΩΔΕΚΑΠΤΡΩΤΟΣ.

In medio huius figuræ Zodiaco quatuor dicta Numina inclusa vides; Iouem cum Aquila, cui respondet Osiris; Mercurium caduceatorem, cui Anubis; Martem casside & lancea spectabilem, cui Horus; Neptunum denique aquis innatantem, & tridente instructum, cui Isis tergemina respondet. Atq; hæc est 12 cœli arcium tetractys. Quid verò triangulum tria superiora Numina connectens notet, videamus. Veteres Poetæ, vt est apud Proclum Diadochum, triadem finxerunt, Mundorum gubernatricem, & hanc triadem dixerunt esse cœlum, Saturnum, & Iouem: per Cœlum, Numen supremum Archetypum; per Saturnum primam & regiam

giam mentem, siue naturam intellectualem, in sola rerum supernarum contemplatione defixam; per Iouem, vitam actiuam, siue vniuersalem rerum omnium administrationi eius subiectarum prouidentiam innatere, quæ quidem tria Numina, si naturam spectes, prorsus vnum, si effectuum varietatem, tria diuersa considerantur. In hac figura Iuppiter medium locum tenet, qui sensibili Mundo per dodecaprygon indicato præsit, regnumque suum, tribus filijs suis, Mercurio, Marti seu Plutoni, & Neptuno diuisisse à Poëtis fingitur; aëreâ quidem Mercurio; Neptuno aquea; Plutoni denique siue Marti subterraneo, terrestri substantia distributa. Verùm hæc omnia fusè tractata vide Tomo II. Gymnas. Hierogl. Patet itaque propositi Schematis significatio.

DIGRESSIO.

Num Cœlum Liber quidam sit; & num variæ stellarum combinationes scripturam quandam conficiant, in qua futura digito Dei inscripta legi possint.

HEbræos & Arabes primos huius dogmatis asserores fuisse reperio. Cùm enim Cœlum tam miris & inusitatis fulsorum Numinum imaginibus ab Ægyptijs & Græcis insignitum intuerentur, tum inconuenientiâ rei, tùm lege prohibente impulsi, aliud dogma architectati sunt, ex cœlestibus characteribus constitutum. Hi enim cùm partim leges fatales cœlo descriptas opinarentur, partim antiquissimorum Authorum testimonijs illusi, minimè vanum & otiosum esse arbitrarentur, quod tam insolitis se in inferiorem Mundum excrebat effectibus; in eam deuenere sententiam, firmamenti expansum nihil aliud esse, quàm librum quendam stellis veluti literis quibusdam insignitum, ex quorum congruâ combinatione, omnium seculorum euentus decretaque hominum Dei digito inscripta legi possint. Vt verò hoc insulsum commentum scitius defendant, probant id ex sacris textibus, quos vti ad sua placita stabilienda ridiculè detorquent, ita iniris modis contra rationem depranant. Asseganteque primò illud Isaiæ 34.

Hebræi & Arabes asserunt cœlum esse librum in quo futura legantur.

ונגלו כספר השמים:

Et complicabuntur cœli sicut liber. quod ita explicant: *Et complicabuntur cœli sicuti liber, omnium præsentium, præteritorum, & futurorum euentuum relationes exhibens.* Confirmant hunc locum ex 1. Geneseos versu:

Insulsa Hebræorum Astrologorum interpretatio refutatur.

בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ:

Quæ verba hoc pacto perperam interpretantur: *In principio creauit Deus literas seu scripturam cœli*; vbi particulam nx *literas* seu *scripturam cœli* exponunt. Incongrua prorsus expositio, & ad superstitiosam illam scripturam cœlestem imperitis persuadendam, dolosè contorta. Quis enim vnquam ex sacræ Scripturæ Commentatoribus hanc particulam aliud, quàm articulum accusatiui casus interpretatus est? quod & manifestum

sit

sit ex sequenti vocabulo: קוכבי שמים, (quod tamen studiosè causæ suæ male conscij subticent) vbi eadem particula repetitur; loco cuius in Chaldaica paraphrasi habetur כוכבי Tath; articulus Chaldæis in accusatiuo formando vsitatus. Iuxta horum igitur opinionem primus Geneseos versiculus ita legi deberet: *In principio creauit Deus lituram cæli, & literam terræ*; quâ quidem interpretatione nihil insulsius, nihil inepti⁹ fingi potest. Pari pacto illum eiusdem Geneseos locum שמים וכוכבי, *& erunt in signa*: ipsi legunt, *& erunt in literas*; temerario prorsus ausu. Nec hic desistunt, vt intentum suum tandem obtineant. in illo Psalmi 19. *In omnem terram exiuit sonus eorum*; illi vocem קו *Kolam* interpretantur קו *Kauam, linea eorum*, id est, lineæ scripturales; pessima pariter & inconcinna expositio, priori non inferior.

Hisce itaq; vermiculis fundamentis positis aiunt, cœlum seu Rakia, illud inquam expansum, esse veluti pellem quandam pergamenam, in qua stellæ literas, asterismi verba futurorum euentuum digito Dei insculpta exhibent, iuxta illud: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*. In hoc ajunt omnes futurarum rerum successus, mutationes regnorum imperiorumque, vti & omnem priuatorum hominum sortem & fortunam veluti per librum quendam solis Sapientibus intelligibilem, exposita esse. Atque huius quidem sententiæ propagatores fuisse aiunt primò Iochaidem, quam in Zohar exponit, Akibam Authorem libri Ietsiræ, Rambam, Abrahamum Dior, Ebenezram, Radak, Iomtos, Ralbag, Abarbanel, aliosque innumeros; quos Latini nonnulli secuti sunt cæteris superstitiosiores, suumque dogma stabilire contendunt ex libro quodam apocrypho, qui intitulatur *Narratio Iosephi*, quem Origenem citare asserunt in libro, vtrum stellæ aliquid agant; in quo habentur hæc verba: *In tabulis cæli legi, quæ contingent vobis & filijs vestris.* Huc quoque torquent illud S. August. l. 2. contra Manich. c. 21. *Neque in illis corporibus cœlestibus sic latere posse cogitationes credendum est, quemadmodum in his corporibus latent; sed sicuti nonnulli motus animorum apparent in vultu, & maximè in oculis, sic in illa per sbicuitate ac simplicitate corporum cœlestium omnes omnino motus animi latere non arbitror.* Vbi tamen scripturæ cœlestis nulla fit mentio, sed S. Doctor ibi solummodò comparationem, quandam cœlestis faciei ad faciem humanam instituit. Neque illud Orphei: Ἀστρῶν δ' ἐν σῇσι φρεσὶν ἀθάνατοι νόμοι ἔστωσαν. *Certus tuus ordo immutabilibus mandatis currit in astris*, ipsis fauet: hoc enim dum huc trahunt, vanitatis luculenter arguuntur, cum qui hymni Orphaici contextum scrupulosiùs ponderauerit, in eo non de scriptura cœlesti, non de literarum characteribus, quibus illi cœlum deformant, sed de immutabili naturæ necessitate in cœlis potissimùm eluceſcente sermonem esse, sit inuentus.

Inter cæteros tamen Cornelius Agrippa hanc opinionem fusè exponit in occulta sua Philosophia, Paracelsus in suis Archidoxis, Robertus de fluctibus, qui in Apologia quadam pro defensione fraternæ roseæ Crucis, sic dicit: *In cælo inserti & impressi sunt huiusmodi characteres, qui non aliter ex stellarum ordinibus conflantur, quàm lineæ Geometricæ, & literæ vulgares ex pan-*

ctis

Authores impiæ sententiæ asserentis cœlum esse librum, in quo futurorum euentus digesti Deo sint descripti.

Cornelius Agrippa. Paracelsus. Robertus de fluctibus.

ctis, superficies ex lineis, & corpus ex superficiebus; quibus verò huiusmodi linguæ, & scripturæ arcanæ, characterumq; auditorum cognitio à Deo concessa est, *his etiam datum erit, veras rerum naturas, mutationes, alterationes, & proprietates siderum, omnesque alias operationes & executiones occultas, quasi illuminatis legere, & legendo intelligere.* Qui subscribit Postellus qui in Commentario in Ietsira vanè, ne dicam stolidè, cœlestis huiusmodi scripturæ notitiam sibi arrogat, his verbis: *Si dixerò in cœlis me vidisse in ipsis sacræ linguæ characteribus ab Esdra primum pulchrè expositis, ea omnia quæ sunt in natura rerum constituta, vt vidi non explicite, sed implicite; vix vllus mihi credideris, tamen mihi Deus est, & Christus iuris, quòd non mentior.* rectè dixisti, *vix vllus mihi crediderit*, cùm qui ingenium tuum norunt, merito de verbis tuis dubitare possint. Postellum certè totam hanc notitiam ex Arabum superstitiosa doctrina, cuius perstudiosus erat, hausisse, ex sequentibus verbis liquet: *Ariani*, inquit, *sunt dæmum delineati, fuisq; lineis adumbrati igne diuino in aquis cæli scilicet expresso, sanctis characteres, & tanta virtute insculpti expressi, vt posset etiam futurorum vates haberi, cuius scientiæ vestigium adhuc in Iericho, & multis alijs Ismaelitarum ciuitatibus extant, licet simodum deprauatæ, & adulteratæ figuræ sanctæ.*

Postellus.

Scripturæ quam stellis exhibere sentiunt pauci.

Atque scripturam quandam cœlestem stellas exhibere sentiunt pauló antè citati Authores. Iam videndum est, quibus characteribus sit exarata, & quomodo lectio eiusdem instituenda sit. Et quòd ad primum quidem attinet, hanc difficultatem enodare se putat Neotericus quidam Author Gaffarellus nomine, in libro, quem Gallice intitulat, *Les Curiositez inouyes*, hoc est, *Curiositates inauditæ*; concluditque ex mente tum Rabbinorum, tùm aliorum huius sententiæ Authorum, aliam hanc scripturam esse non posse, nisi Hebræam, tametsi Arabes non nisi suam, id est Arabicam esse velint. Litis decisorem Postellus agit, qui Arabum, verfutissimorum hominum vanitate & præsumptione suppressa Hebræorum cautæ subscribit, quam Gaffarellus in citato Gallico libro fusè & per varia exempla describit, vt paulò post videbitur. Alphabetum à Gaffarello prolatum ex Grammatica Hebræa Abrahami Balmis, quod cœleste vocat, extractum, illud est quod sequitur, in quo puncta nigra stellas dicunt referre.

Neotericus.

ALPHABETVM SCRIPTVRÆ COELESTIS SIVE STELLIFERVM.

HEMISPHÆRIVM BOREALE CHARACTERVM COELESTIVM.

HEMISPHÆRIVM AVSTRALE CHARACTERVM COELESTIVM.



Alphabetum Cœleste, vanum & ioculare.

Hæ Alphabeti literæ vtriusque hemisphærij asterismis ita inseruiunt, vt singuli asterismi ex dictis literis constructi, ex literarum constructione aliquid, siue bonum, siue malum, legendorum characterum peritis exhibeant; cuius vtrumque characteristicum hemisphærium huic loco inserendum duxi, vt quot nugis humana se curiositas inutili conatu intricet, ex tam lubrici, & prorsus arbitrarij, nulloque fundamento nixi negotij exhibitione veluti prototypo quodam cognoscere Lector. Est enim id deo incertū, inconcinnum, & *stultum*, vt tametsi summo studio & industria dictorum characterum cum asterismis Astronomicis comparatione adornassim, tamen ne vnum quidem comperire licuerit, qui vel per coniecturam vulgò notos asterismos referret, ideoque tanquam inutile & phantasticum machinamentum prorsus respuendum duxi. Accedunt ad hæc scripturæ lectionem rite perficiendam ingentium difficultatum scrupuli, qui nullâ ratione superari posse videntur. Si enim lectio instituenda est, quæro, vbi primum lectionis exordium fieri debeat? Nam præterquam quod asterismi characteristici semper, & vbique locorum ijdem sint & immutabiles, singulis etiam, & quibus illi spectari poterunt, locis & horizontibus communes existunt, ac proinde in hoc bonum, in altero malum æquo intuitu ex ijs cognoscere licet. Quis igitur æquum se iudicem & definitorem in hoc negotio adeo lubrico interponet? cùm definiri non ratione possit, cur huic potiùs bonum, aut malum, quàm illi regioni, aut ciuitati, aut homini portendatur, aut quo tempore scriptura mirabilis complenda sit. Respondet ad hoc Gaffarellus ex R. Abiudam: *Pour se rendre parfaitement entendre cette escriture celeste, il faut exactement remarquer les estoilles verticales; car celles qui sont sur vn Royaume, monstrent ordinairement ce qui luy doit arriver.* hoc est: *Ad perfectam cælestis hujus scripturæ rationem cognoscendam, oportet exactè notare stellas alicui Regno Verticales, eæ enim ordinariè monstrant quicquid illi euenire debebit.* At contrà; cùm illæ alicui regioni verticales attendendæ sint, omnibus autem ijs, qui eidem parallelo subsunt, dictæ stellæ æquè verticales sint; necessariò sequitur omnes circumsitas terræ globum eundem effectum fortituras, cùm nulla sit ratio, cur periœcis sub hoc potiùs meridiano, quàm ijdem sub alijs & alijs dictum parallelum secantibus, dictus effectus competat; cùm eædem semper immobilis & immutabilis scriptura omnibus sub eodem parallelo habitantibus semel 24 horarum spatio verticalis sit. Verùm experientia docet, magnam periœcos effectuum varietatem habere, alijs bonorum, famis, cœterisque calamitatibus pressis, alijs verò pacis felicitate perpetuâ gaudentibus. Hisce argumentis abstertiti hoc reperiemus effugium, vt dicant, stellas quidem semper immobiles & immutabiles esse, hoc sensu legi minimè posse scripturam illam cœlestem, sed Deum tum per planetarum vltrò citròque commeantium disparatos motus, tùm per cometas, nouaque stellarum subinde apparentium portenta, Sapientibus futurarum rerum, cuentuumque secuturorum veritatem manifestare; enim dum omnes cœlorum semitas peruagantes, semper alicubi cum dictis asterismis coniungantur, fit vt ex hac Synodo nunc in principio, post in medio, & tandem in fine alicuius asterismi notabilis, sensus eliciatur earum rerum, quas indicant. Exemplo rem declarat Gaffarellus; in hac, inquit, Gallica voce AME, si ei in principio iungatur F, constituet vocem FAME; si eidem in medio iungatur R, constituet vocem AFME, & sic de cæteris. Addit; cùm in asterismis diuersæ magnitudinis stellæ sint, maiores se per modum maiusculorum literarum habere, & magis significatiuas esse, ac proinde ad ipsas solas interdum esse attendendum. Sic (ait ipse) si in hoc verbo, EMPEREVR, volo legere verbum PERE, scribam verbum EMPEREVR sic, emPEReur; & sic solæ maiusculæ significant PERE. Similiter si in voce ROYAVME, volo legere vocem ROME, scribam ROyauME. Sed quis puerilem hanc & inceptissimam philosophandi rationem non rideat? Si enim planetæ, cometæ, cæteraque noua stellarum phœnomena, hanc sensus in scriptura cœlesti mutationem efficiant; peto vt mihi indicent, quam literam solitaria illa sidera constituant, cùm vna sola stella cuiuspiam literæ constituendæ incapax sit, sed plures stellæ, vt vltrò fatentur, ad figuram constituendam, necessariæ sint. Forsan respondebunt, hoc fieri in magnis coniunctionibus, quibus planetarum fit concursus. Sed ponamus, eos quadratum efficere; quis iam cognoscere poterit, vtrum illud quadratum Aleph, num Beth, num He, aut Gheth, num Mem, aut similem quampiam quadratæ formæ literam efficiat; cùm quadratum illud, quod planetæ cum stellis efficiunt, omnibus dictis literis conuenire possit, vt in sequentibus literis apparet, מחהבא: in quibus cùm solus linearum ductus, literarum figuras tantùm denominet, frustraneus & prorsus otiosus videatur stellarum in quadratum situs. quod idem de literis lineolibus, quæ duabus tantùm stellis constant, vt in ז ר ו ן; & in triangularibus literis, quæ tribus stellis vtplurimùm efformantur, vti sunt סלרמא &c. dicendum est. Sed summam huius scripturæ vanitatem non meliùs quàm per exempla conspicere licebit. Exempla adducit ex R. Ghomer, Gaffarellus sequentia: primò caput Medusæ, cuius stellæ quinque principales & verticales, vltimam Græcæ portendebant desolationem, dum hanc vocem, Hebræam constituunt חרב, *Charab*, hoc est, *desolatum*. Verùm qui hæc perfricatiùs rimatus fuerit, is sub his non nisi apertam impostùram latere reperiet; quod ita ostendimus. Quinque principales stellæ denominantur per quinque puncta candida literis impressa; vbi prima literæ ח *Cheth* duabus stellis, ר *Resch* vnâ, & tertia ב *Beth* pariter duabus constat stellis: sed vti ex Alphabeto cœlesti patet, עיגסמו eundem prorsus stellarum situm habent, quem habet prima dictæ vocis literarum ח *Cheth*: secunda literæ ר *Resch* eundem quem ו *Vau*, ק *Koph*, ד *Daleth*; tertia denique eundem, quem literæ תנכגב. Vnde sequitur ex dicta constellatione non tantùm colligi posse vocem חרב, id est, *desolatum*, sed & omnia sequentia vocabula: פרת, סוף, ת, צוף, נקי, חדק, ההר, עיר, שוב,

quo-

Chirillus in contra Alphabetum Cœleste.

Responsio Gaffarelli.

Ignorantia contra Gaffarellum.

Refutatio Gaffarelli.

Confutatio.

Vanitas Alphabeti cœlestis ostenditur per exempla.

quorum prius טוב idem sonat ac *bonum*, sensusque est priori prorsus contrarius; secundum ערב idem ac *spondere, miscere, coruus, fallax*; tertium דרף idem ac *probris afficere, hyemi*; quartum ורק idem quod *mouere, sollicitare, &c.* quintum זקן idem quod *senescere, barbi*; sextum אף idem quod *natare, euolare, fauces*; septimum יום idem quod *dies, oleum*; octauum סוף idem quod *terminus, finis, deficere*; nonum סות idem, quod *experimentum*, significant, vti ex Lexico Hebraico patebit. Cùm itaque vna & eadem interpretatio tot & tam variis modis confici possit, sensum nunc bonum, nunc malum inuoluentibus, quis vnquam de sensus veritate asseuerabitur? Patet igitur dictam scripturam penitus nugacem esse, nec vllam rationem excogitari posse, quæ ei quouis modo satisfacere valeat.

Obiectio 2. contra Alphabeti coniecturas.

Altera difficultas consistit in hoc, quòd sciri non possit, cui potissimùm regioni huiusmodi infortunia portendantur. Verùm nè & in hoc nihil dixisse videantur, ad Cabalica diuertunt artificia; ex numeris enim vocis v. g. חרב, summo, at inutili labore, quærunt vocem alicuius regionis eundem numerum continentem, cuiusmodi dicunt יון *Iuan*, id est, *Græcia*; Græciæ itaque desolationem instare diuinant, eò quòd hæc eundem numerum contineat, quem vox חרב, videlicet 12. Sed pessimè sicuti omnia alia, ita hæc ratio, inepte & violenter ad propositum detorta: dum enim viderent se intentum non obtenturos, quibusdam literis diuersos numeros attribuerunt, quam communis Arithmeticorum Schola ijs attribuit. Sic ש, quæ 200 significare solet, illi attribuunt 2 reiectis zyphris. pari pacto ר, quæ 10 significat, illi attribuunt 1 reiecta zyphra. Quod si א occurreret, quæ 1 significat, quomodo hanc ab vnitate *ad* distingueret? video eos hærere, & ad nihil respondere posse, nisi quòd se aperte omnibus eximios prostituant impostores.

Arguitur vitiositas vanitas ac falsitas Alphabeti coniectur.

Pidra similia stolida & insanæ mentis technasmata ex RR. Chomer, Kapol, & Abiudan adducit. Cùm Nabuzardan, ait, templum Ierusalem destrueret, stellæ eidem verticales has quinque literas constituebant מקשח, quod idem est, *ac vastare, excidere, in vltimam ruinam deducere*; cuius literas *& alia ieiunia* resoluras eundem aiunt conficere numerum, quem anni, quibus templum à Soi conditu vsque ad istud tempus durauit. Ierum antequam Iudæi sceptrum viderent concussum, libertatemque suam in Babylone captiuam reperirent, quinque stellæ hastæ literas nyſticas exhibebant בקיח, quod idem est, ac *rumpere, demolire, exterminare*; cuius numerus 595. vt ipsi ponunt, respondet numero annorum, quibus à Saule vsque ad Sedechiam durauit regnum Hebræorum. Falsum, vti omnia alia; ego enim non 505, sed 550 numerum sub voce *Nasah* reperio, vti in margine patet. Pari pacto Persæ & Assyrij post euersas Regnorum, Imperiorumque Monarchias, legebant in quatuor stellis versi-

ב	50	
ח	400	
ף	100	
	550	

calibus hanc vocem רוב, quod *litigare* significat, & numerum 208 constituere aiunt, eundem cum numero annorum, quibus hæc Monarchia durauit, à Cyro stabilita. Finis Græciæ pari pacto monstratus fuit per quatuor stellas, quæ componebant vocem יון, id est, *dauidere*, quorum numerus 284 durationi huius Monarchiæ congruit. Iterum Monarchia Athenienſium durabat 490 annis, quam durationem exhibent tres literæ quatuor stellarum quæ sub voce ארוד continentur, & significat *augustus affici*. Cum hisce quatuor stellis videntur quatuor aliæ in formam כס dispositæ, quas literas fatales & lugubres appellant, Rabbi verò Chomer ait duplici Caph, significari *Ceteropum & Codrum*, sub quibus potentissimum hoc Regnum & inceptum & consummatum est. Talibus se nugamentis oblectant maleferiatorum hominum ingenia. Porrò aiunt, Romanum Consulatum non potuisse potentiam suam extendere vltra 501 annos, quia sic ipsi, & non aliter decreuerat fatale illud cœlorum volumen per 8 stellas, quæ componebant hanc vocem ראמש, quod *caput & cacumen* significat, & numerum continet 501. quanto tempore videlicet durauit Consulum Romanum dominatus. Rursus Monarchia Julij Cæsaris ad Consulatum Romanorum opprimendum fundata, totidem ferè annis duravit, indicata per sex stellas, quæ componebant hanc vocem שבר, quod idem est, ac *frangere, rumpere*, & numerum habet 502. Denique R. Chomer putat se per stellarum lectionem vicinum Ottomanici Imperij terminum repetisse hoc pacto. hodierno die septem stellæ huic verticales sunt, & constituunt vocem כאת, quod significat *vsi mari, conquassatum esse, magnoq; dolore affici*; & numerum quidem durationis dicti Imperij indicat numerus sub voce כאת absconditus, videlicet 1025. Cùm itaque hic annus completus fuerit, suum & Monarchiam hanc dominatum complere necesse; quod fieri deberet 1655. Nam subtrahendo à currente Christi anno, 630 annos, quibus post Christum perfidia Mahumedana incepit, remanet 1025 durationis Regni Ottomanici tempus.

Verùm hoc data opera totum dolosè confictum esse, inde patet, quòd vox כאת non contineat numerum 1025, quem tam anxiè ad suum commentum detorquet Chomer, quisquis ille fuerit Rabbinaster, sed numerus eius *ieiunio* proprius est 26. vti illum ex arte resoluenti patebit. nec valet illum pro א accipere millenarium, cum hæc absurdissima licentia sit, & nullâ ratione toleranda; neque enim א vnquam pro millenario numero acèpitur, nisi punctis signatum. Patet igitur, in omnibus hisce nugamentis manifesta impostura; dum contra leges numeris literarum ab antiquis præscriptas, illos nunc mutent, nunc addendo, demendoque adeo depranent, vt vix amplius dignosci possint. Vt igitur ad scopum præfixum, sub certa numerorum summa, quæ durationem alicuius Regni notet, latentem perueniant, hâc tam effronti licentia in numerorum responso *& alia ieiunia* adornando combinandoque sine scrupulo vti solent;

ר	200	
ו	6	
ב	2	
	208	
פ	80	
ר	200	
ד	4	
	284	
ע	90	
ר	200	
ר	200	
	490	
ר	200	
א	1	
ש	300	
	501	
ש	300	
ב	2	
ר	200	
	502	
כ	20	
א	1000	
ה	5	
	1025	

כ	20	
א	1	
ה	5	
	26	

nu-

numerosque cæteroquin imparabiles ad suum intentum, velint, nolint, coactâ ac violenta compositione adigunt. O Asininam ruditatem, non nisi fustibus dignam. Quæ quidem fusus confutanda duximus, vt maleriatorum hominum stoliditas & insania luculentius innotesceret; nescio enim quem adeo speciosum cœlestis scripturæ dogma in imperitorum animis pruritum excitarit, postissimum hoc tempore, quo quantò commenta fuerint absurdiora, tanto in animis superstitiosorum hominum plausibiliora sunt, ac veluti ambobus brachijs auidius excipiuntur, quibus quidem erroribus paulatim serpentibus remedium efficacius adhiberi non posse existimaui, quàm insanorum, huiusmodi dogmatum apodicticam confutationem; quorum suppressa salutate, veritas tandem suæ integritati restituatur.

CAPVT VIII.

De Horologijs, seu Sciathericis Veterum.

SI verum est quod sciuit Stoicorum Schola, & retulimus lib. 1. c. 2. Artis Magnæ Lucis & Vmbræ, tempus esse normam rerum & custodiam, quia veritatis index atque examen est, & rerum gestarum memoriam, ac diuturnitatem posteritati tuetur; ij sanè non exigua laude digni sunt, qui leges temporum vmbraticis alligantes vinculis, fugitiuos annos, menses, dies, horas retractas, ita præsentes, ac si res permanentes forent, ingenioso sane commento, fistere conati sunt. Cum enim tempus nihil aliud sit, quàm μέτρον τῆς περὶ τὸν τόπον τοῦ πρώτου κινήσεως, *primi mobilis secundum prius & posterius*, Philosopho teste, mensura autem hæc omnium humanarum actionum regula sit, ad confusionem vitandam assumpta: certè tempus ipsum priscis sæculis, dum horarum nomine tempus necdum sibi constaret, quotidianis actionibus distinctum appellarum fusè docet Centorinus. Ita βαλανεῖν vesperam vocabant, nimirum, vt Poeta inquit:

Demeret emeritis cum iuga Phœbus equis.

Item tempus antemeridianum designantes dicebant πρωΐ ἢ πρωΐθεν ἀγορῆς, conuenientibus scilicet eo tempore in comitium viris, vt Heliodus dicit ἀπὸ πλατάνου δεῦρο καὶ πρὸ τοῦ ἀγορᾶς. Sic Homerus meridiem designat, ὅτ' ἀγορῆθεν ἴασιν ἀνέρες. Imò, Athenæo teste, verbo ἄριστον, ἄριστον ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας ἐτίθεντο. Latinis quoque tempestas dicitur: idem censeas de veteribus Hebræis, qui diem in Mane, Meridiem, & Vesperam diuidebant, quas partes Horas dicebant. Ijdem totum νυχθήμερον in quatuor partes (quas Vigilias vocabant) diuisum obseruabant: prima Vigilia erat à Vespere: secunda à media nocte: tertia ab aurora: quarta à meridie. Vnde quidam concludunt, Priscos horarum spacijs caruisse, perperam; nam Gnomonices artem, & horarum distributionem à principio fuisse, facile mihi persuadeo, dum insi-

Tempora diuisio apud Antiquos ex-cepta in tres partes.

Gnomica ab initio fuit.

signem antiquorum in rebus adinueniendis solertiam penitius considero. Nam cùm ea, quibus carere nequimus, quibusque necessariò vtimur, maximè vtilia iudicemus; certè non est verisimile, primos Mortales vsum Musicæ, vocumque interualla magis abstrusa, minusque necessaria inuenisse; Gnomicam minus difficilem, magis necessariam neglexisse. Quòd si; Philosopho teste, tempus est numerus motus, adeoque actionum nostrarum mensura; necesse est, aut Veteres caruisse tempore, quo actiones suas mensurarent, aut Gnomices rudes non extitisse. Astronomiam certè, imò & Astrologiam omnes ferè in primos parentes Adamum eiusque progeniem referunt, vt suprà & Classe II. vidimus: quem autem latet neutram ipsarum absque Gnomonica stare? Partitio enim temporis vtriq; summe necessaria est. Antiquissima igitur fuit diuisio diei in certas partes, שעות, quas Horas vocabant; cuius principia ipse quasi sensus designauit. In sacris libris passim horarum vsus clare indicatur. Exod. 9. Deuter. 28. Eccl. 3. cap. 2. Iob 11. mentio fit horæ dimidiæ, & cap. 12. *Per tres horas prostrati orarunt.* Eccles. 12 *Vna hora permanebit secum.* & 30. *Omne opus hora sua.* E quibus tale conficitur argumentum: Si Antiqui horas habuerunt, habuerunt etiam instrumenta, quibus eas cognouerunt; ergo & Gnomicam excoluerunt: talia autem instrumenta, horologia sunt dicta; ergo, Sed de his plura infrà in hoc eodem capite. Porrò antiquitus in vsu fuisse Horologia Sciatherica, demonstrat locutio ἐπὶ δώδεκα εἶναι, pro hora esse, vel ἐστὶ δώδεκα ὥρα, quia notis literarum singularum horæ distinguebantur; testatur & Ἐπιγραμματίον de Horologio apud Athenæum, de quo 5. II. sequenti.

Horarū vsus antiquissimus.

Herodotus l. 2. Gnomonicam ab Ægyptijs ad Græcos peruenisse scribit, Gnomicen autem, & dierum in partes xij fractionem à Babylonijs ad eosdem manasse. Verba eius sunt: Πόλον τε καὶ τὸ γνώμων, τὸ ἐν Ἑλλάδι ἐόν, καὶ τὰς δυοδεκάδας τῆς ἡμέρης, ὅτι παρὰ Βαβυλωνίων ἐμάθοσαν οἱ Ἕλληνες. *Polum enim, & Gnomonem, & duodecim partes diei à Babylonijs Græci didicerunt.* Hoc loco tamen nonnulli horas non pro duodecim diei partibus, sed pro signis ciuilibus negotiationibus deputatis, & pro Solstitialibus temporibus sumi debere contendant; nos tamen putamus horas verè 12. diei partes fuisse æquinoctiales, & æquabiles, quas καιρικὰς & populares vocant, quæ omni die & nocte sunt duodecim. Certum enim est, Mathematicos illos, qui Horoscopia, vel Heliotropia publice & in propatulo collocabant, non solis eruditis & Astronomiæ peritis, sed vulgo ea proposuisse; quæ non ad solam discernenda Solstitia ex vmbrarum ratione, sed ad ciuiles diei partes, & ad quotidiana gubernanda negotia pertinebant. Quid enim interesset plebeiorum hominum ac ciuium, scire quo momento exactè Solstitia committa sint? vt eiusmodi obseruationis vsus ad rusticorum quorundam operum procurationem vocaque spectaret, non tam limatâ subtilitate opus fuit, sed pinguiori Minerua discerni hæc facilè potuit, vt ex mensibus ciuilibus annuos cardines æstimarent; vt prudenter notauit Petauius noster in suo Oaranologico Opere l. 7. c. 7. Quis porrò credat, vnius in anno diei, vel paucorum, quibus cardines illi accidunt, machinas illas

Horarum nomine quid intellexerint Antiqui.

fuisse proprias? præclarâ verò & publicâ commendatione digna hæc opportunitas, nôsse, diebus abhinc centum, aut ducentis, æstiuum incidisse Solstitium, vel post hac futurum. Imò verò horologia Veterum, machinæ erant ad distinguendas diei duodecim partes, quæ à Solis conuersione ita sint dictæ, vt perinde nihil absurdiùs dici possit, quàm vni tantùm tempori, aut etiam vni diei tantùm, tantam illam molem seruisse. Neque obstat, illa horologia vocata fuisse θερινὰ, æstiua, vel χειμερινὰ, hyberna; cùm hisce non æstiuæ & hybernæ conuersionis tempus, sed horologia æquinoctialia indigitauerint; hæc enim supra planum æquinoctialis posita, perpetuo gnomone suo demonstrant horas Sole æstiua signa transeunte superiùs; inferiùs verò eisdem monstrant reliquo dimidij anni tempore, Sole hyberna signa transeunte, vt vel pueris in gnomonica facultate constat. Fuerunt autem varia horologiorum genera Antiquis vsurpata: Gnomonica, siue Sciatherica, Hydraulica, Sympathica. Gnomonica iterum varia erant. De quibus singulis ordine, à Sciathericis initium facturi nostræ disceptationis.

§ I.

De Horologio Sciatherico Achaz.

INter cætera Veterum celeberrima Horologia vnum fuit Horologium Achaz; quod nobis hisce verbis refert c. 20. libri 4. Regum:

ויקרא ישעיהו חנביא אל יחוח וישב את חצל במעלות
אשר ירדה במעלות אחז אחרנית עשר מעלות:

Et clamauit Isaias Propheta ad Dominum, & reuersa est vmbra in gradibus, quos descenderat in horologio Achaz, retro 10 gradus. vel vt Isaias habet capite 38. v. 8.

חנני משיב את צל המעלות אשר ירדה במעלות אחז
בשמש אחרנית עשר מעלות ותשב השמש עשר מעלות
במעלות אשר ירדה:

Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, seu graduum, per quos descenderat in horologio Achaz, in Sole retrorsum decem lineis seu gradibus; & reuersus est Sol decem gradibus per gradus quos descenderat. vel vt Paraphrasis Chaldaica habet:

הא אנא מתיב ית שול אבן שיעא דנחתה במסקנא
דאחז שמשא לאחורוהי עשר שעין ותב שמשא עשר שעין
בגוורת אבן שיעא דנחתה:

Ecce ego reuerti faciam vmbram lapidis horarum, quæ descenderat per gradus Achaz Sol, retrorsum decem horis: & regressus est Sol decem horis in figura lapidis horarum, quæ destruebat. Septuaginta sic habent: ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιστρέφω τὴν σκιὰν τῶν βαθμῶν οὓς κατέβη ἐν αὐτοῖς ὁ ἥλιος τῇ σκιᾷ τῇ κατεβαινούσῃ ἐν τῇ κλίμακι Ἄχαζ δέκα ἀναστρέφειν δὲ κατέβη ἐν αὐτοῖς ὁ ἥλιος δέκα βαθμοὺς τῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἥλιος δέκα βαθμοὺς ἐν τοῖς βαθμοῖς οἷς κατέβη ἐν αὐτοῖς. Ecce ego verto vmbrã graduum, quos descendit decem gradus domus patris sui Sol; auertam Solem decem gradibus, quos descendit vmbra.

Habemus itaque, Horologium hoc fuisse gnomonicum seu Sciatherium: habemus fuisse in domo Achaz, patris Ezechiæ Regis Iuda; habemus & illud horarijs lineis insignitum. Quale tamen fuerit illud, & quo horarum genere fuerit insignitum, restat explicandum. Horologium Achaz fuit sciatherium, & linijs horarijs insignitum.

Nonnulli putant, hoc Horologium fuisse horizontale; & id colligunt ex paraphrasi Chaldaica, vbi habetur: אבן טעיא *Aucn Schaja*, hoc est, *lapis horarum*. Quidam putant fuisse hemicyclum, in formam Scaphij, ante fores Regis positum. Plerique Rabbinorum existimant, fuisse in muro domus Regiæ. ita colligitur ex expositione huius loci: R. Radak.

ושב חשמש אחרנית ויהי הצל במעלה הראשנה
במעלות אחז כי הוא בנה אותם המעלות וברר ואשר
ירדה במעלות אחז:

Et reuersus est Sol retrò, & fuit vmbra in primo gradu in Horologio Achaz, quoniam ipse ædificauerat Horologium in domo sua, in quo descendebant gradus. Vel vt Ralbag habet: R. Ralbag.

שבנה אחז בבית המלכות:

Quod Horologium ædificauerat Achaz in domo Regia. Quod quidem verticale fuisse, & recta in meridiem respexisse, R. Salmon in hunc locum his verbis ostendit: R. Salmon.

והיה בין מדרגות עשויות כנגד החמה לבחון שעות
היום:

Erat autem quasi species graduum, qui è regione Solis, id est, versus meridiem dirigebantur, vt per eos horæ diei probarentur. Cùm autem horologium vsui publico, & negotijs ciuilibus in Regia domo peragi solitis iuxta certa horarum tempora determinandis destinaretur; verisimile est, illud fuisse grande, elegans, & vti omnibus patulum, ita in principali Vrbis loco, hoc est, Regio palatio, tùm ad ornatum, tùm ad publicam vtilitatem, vt dixi, negotiorumque opportunè tractandorum rationem supra portam domus constitutum. Neque video cur Authores nonnulli illud Scaphij hemicycli formam habuisse velint; cùm illud, præterquam quòd exiguum, publicis vtilitatibus non adeo seruire potuisset, cùm horæ nequaquam, nisi concauum saxum propè inspicientibus, patere possint. Manet itaque, in ingenti & verticali, vt Gnomonici loquuntur, politi mármoris superficie, quod meridiem præcisè respiciebat, illud fuisse delineatum. Dubium hoc loco tantùm occurrit, quali horarum genere illud fuerit insignitum; horarijs enim id lineis fuisse descriptum, ex Paraphrasi Chaldaica paulò antè citata patuit. Quod vt exponatur, Notandum, quadruplex horarum genus passim ab Astronomis assignari. Primum genus constituit horas 24 ab ortu vsque ad ortum, Babylonijs vsurpatum potissimùm; alterum 24 horas contrà ab occasu ad occasum numerat, & maximè Italis in Horologium Achaz fuit verticale, meridiem directè respiciens. Quatuor horologiorum Sciatherico-rum genera.

vsu est; tertium horas 24 à meridie in meridiem, vel Astronomi solent, numerat, vnde & Astronomicæ appellantur; vel etiam à media nocte in mediam noctem, cuiusmodi Ecclesia in festorum celebratione vsurpare solet, easdem computat; quartum horas 12 computat ab ortu in occasum, & totidem ab occasu in ortum; ita vt hora huiusmodi nihil aliud sit, quàm duodecima tam diei, quàm noctis artificialis portio. Quæ horæ tametsi omnes æquales sint, inæquales tamen sunt, diuersorum dictum ac noctium, nunc longiorum, nunc breuiorum respectu, de quibus vide fol. 215. Artis magnæ Lucis & Vmbræ. Atque hæ quoque passim vocantur antiquæ, eò quòd tota antiquitas semper ijs vsa comperiatur; quas & Martialis lib. 4. Epigram. eleganter describit. Vocantur etiam Iudaicæ, eò quòd Hebræi Veteres ijs, & non alijs fuerint vsi, vt ex sacris literis comprobatur. Huc alludit illud Christi Saluatoris nostri, *Nonne duodecim horæ diei sunt?* huc, vti est in Actibus Apostolorum, hora tertia aduentus Spiritus Sancti super Discipulos, & vt in Euangelijs habetur, hora nona mortis Christi, alludunt; quorum illa nonæ Astronomicæ, hæc tertiæ Astronomicæ respondet. Potrò in Sanedrin Thalmudico tractatu celeberrimo mentio fit horarum huiusmodi, dum Adami à Deo singulari mysterio iuxta horarum distributionem membra producta fabulantur; in prima quidem hora, id est, ab ortu Solis Deus collegit puluerem eius; hora secunda, facta est massa corporis; hora tertia, extensa sunt membra eius; quarta, infusus est spiritus in eum; quinta, stetit supra pedes suos; sexta, seu in meridie, imposuit rebus nomina; septima, coniuncta est ei Eua; octaua, ascenderunt ipsi duo ad lectum, & descenderunt quatuor; nona, prohibitus est edere de ligno scientiæ; decima, data sunt ei alia præcepta; vndecima, significauit mensam; duodecima, ad occasum Solis, præuaricatus est Adam.

Hebræis itaque horarum genus aliud non fuit, quàm quod descripsimus; vnde consequens est, horologium Achaz non alio horarum genere quàm inæqualium, vti omnibus Orientalibus communi, insignitum fuisse. Ex quo colligimus, vmbram dicti horologij eo tempore, quo Ezechiæ à Propheta vitæ prorogatio promittebatur, monstrasse horam decimam, retrocessisse verò summo miraculo vmbram ad primæ horæ initium, vti suprà ex Radak probauimus; quod quidem fieri non poterat, nisi Solis cursu in ortum Solis reflexo, stupendo quodam miraculo; quod quidem non fuit, vt nonnulli putant, oculorum illusio, sed vera & realis Solis ex occasu in ortum retractio, ex qua dies naturalis in vniuersa terra decem horis solito longior efficiebatur. Quod & inde patet, quòd Babylonij hac insolitâ diei longitudine stupefacti, & Solis in horologio Achaz recessu certiores facti, ad Ezechiam Viros ad mirifici huius euentus rationem examinandam, vt citato loco habetur, amandarunt.

Patet itaque ex dictis, non tantùm Hebræis, Chaldæis, Romanis, sed & Ægyptijs horas huiusmodi nullo non tempore fuisse vsitatas. Verùm iam ordo postulat, vt Ægyptiorum horologiorũ rationem propiùs ostendamus.

§ II.

§ II.

De Horologijs Ægyptijs.

TRiplex lego Ægyptijs fuisse vsurpatum Horologium: Sciathericum, Naturale, & Sympathicum. Primum erat illud, quo horaria tempora ex vmbris Gnomonum ediscebant. Erat autem & hoc multiplex. Nonnulli ex vmbris Obeliscorum & pyramidum, certis in ambientis superficiei planitie signis fixis, ad quæ vmbra apicis pertingeret, talem & talem horam esse discebant. Hoc pacto Obeliscum Heliopoli erectum horas indicasse alibi ostendimus. Pyramidem quoque maximam, totius anni meridianum tempus: Solstitia item & æquinoctia, vmbris meridianis nunquam extra basin cadentibus, exhibuisse, Strabo & Solinus docent. Præterea baculo terræ superficiei implantato horas per pedes, quibus vmbram baculi metiebantur, didicisse, & sic in temporis actionibus peragendis constituti notitiam peruenisse, docet locutio ἑπτάπους σκιὰ, id est, *vndecim pedum vmbra*, pro hora undecima; vel ἑπτάπους ἀνθρώπου σκιὰ, quæ notis literarum singularum horæ distinguebantur, vt testatum reliquit Athenæus sequenti Epigrammatio.

Horologiorũ triplex genus apud Ægyptios, Sciathericum, Naturale & Sympathicum.

Obeliscorum vmbræ apud Ægyptios monstrabant horas, meridiem & Solstitia. *Strabo. Solinus.*

Vmbra baculi per pedes dimensa diebantur Ægyptij horas.

Athenæus.

ΑΒΓ φησὶ μέχρι τριῶν ἐργάζονται, οἱ δὲ μετὰ ταῦτα. Δεῖπνον δ' ὀνομάζουσι, ΖΗΘΙ λέγουσι δεῖπνα.

Sex horæ laboribus sufficiunt, sequentes negotijs destinantur; ΖΗΘΙ verò, id est, 7. 8. 9. 10. cœnales vocant.

Ita vt ΑΒΓ, id est, 1. 2. 3. laboribus; ΑΕϚ, id est, 4. 5. 6. negotijs ciuilibus; ΖΗΘΙ denique, id est, 7. 8. 9. 10. cœnali refectioni deputarentur.

Ægyptios quoque quadrantis in horis inueniendis vsum tenuisse, quadrans inter hieroglyphica passim insertus satis docet, quo ex altitudine Solis datam horam eliciebant.

Quadrantis in horis inueniendis vsus apud Ægyptios.

§ III.

De Scaphio Ægyptiorum Sciatherico.

PEr vmbras intra Scaphia collectas, Veteres telluris magnitudinem, summo sanè ingenio deprehendisse, Apazael Astronomus Arabs libro de Mundi mensura testatur. Hinc quoque Eratosthenem in Ægypto vsum Ptolomæus testatur. Erat autem Scaphium, vt Macrobius in somnium Scipionis explicat, saxeum quoddam vas (quod inde Veteres πυθμένα, hoc est, *lapidem horarium*, dum horologium Achaz suprà descriptum interpretantur, dixerunt) in hemisphærij formam curuatâ ambitio-

Apazael. Scaphium, & eius vsus in horis inueniendis apud Ægyptios. *Macrobius.*

bitione cauatum, infrà per lineas designato duodecim dici horarum numero, quas styli prominentis vmbra cum transitu Solis prætereundo distinguebat; hoc enim erat huiusmodi vasis officium, vt tanto tempore à priori eius extremitate ad alteram vsque styli vmbra percurreret, quanto Sol medietatem cœli ab ortu in occasum, vnius scilicet hemisphærij conuersione metiebatur. Nam totius cœli integra conuersio diem nocte mque concludit. Et ideo constat, quantum Sol in circulo, quolibet parallelo meat, tantum in hoc vase vmbram meare. Huius vasis mentionem à Martiano Capella quoque factam lego: *Scaphia*, inquit, *ex ære vasa sunt in quibus horarū ductus styli medio fundo suā proceritate discriminant, qui stylus, gnomon appellatur*. Vide Plinium lib. 2. c. 2. Vitruuium lib. 9. c. 9. Præ cæteris itaque, vti & hieroglyphica suo tempore producta monstrabunt, Scaphio hoc vtebantur Ægyptij. Cùm enim vsum sphæræ iam perfectè callerent, Scaphium autem nihil aliud esset, quàm hemisphærium concauum, in quo summa facilitate tùm parallelorum Solis, vnà cum tropicis, & æquinoctiali, tùm horarum inæqualium discrimina delinearentur; hoc pacto, æquinoctialem primò in duodecim partes æquales diuidebant, & in totidem Tropicum ♋ & ♑; per quarum sectiones si lineæ curuæ ducebantur, necessariò horarum inæqualium ductus prodibant; quorum primus, siue Horizon, obtinebat horam duodecimam, meridies sextam, vltimus tandem iterum duodecimam ad occasum Solis monstrabat. Quomodo verò Eratosthenes, Possidonius, & Alammon Rex, per Scaphium terræ quantitatem inuestigauerint, vide amplè tractatum in Arte nostra magna Lucis & Vmbræ fol. 737.

Martianus Capella. Iaam. Vitruuius.

§ IV.

De Cercopitheco Horologio Ægyptiorum.

Cynocephalus vrinam metiebatur horaria tempora apud Ægyptios.

ERat inter alia aliud non minus ridiculum, quàm mysteriosum. Obseruabant in Cynocephalo (est ea Simiarum quædam species) nescio quam occultam proprietatem, quâ Sole Arietē & Libram subeunte, abdito quodam naturæ instinctu duodecies interdiu, noctuque vrinam daret. Hinc prodijt Horologium hydraulicum Ægyptijs proprium. Ex ære formabant Cynocephalum sedentem, ex cuius veretillo aqua delabebatur in subiectam plialam oblongam, cuius augmentū paulatim ascendens intra cyliandraceæ vitreæ machinæ latera in duodecim circulos diuisa, gradatim horas monstrabat. ita Horus lib. 1. Hieroglyphico 16. quem consule. Simulachrum quoque Cynocephali vide in Obeliſco Pamphilio fol. 300. vbi fusè omnia descripta reperies. Horologium inuentum infrà in Mechanica Ægyptiaca.

Horus.

§ V.

De Horologio Ægyptiorum Sympathico.

Horologium sympathicum apud Ægyptios constructum aquatica.

SYmpathicum Ægyptiorum Horologium erat solis Philosophis & mystis notum, quò in consultationibus suis mysticis vtebantur. Erat autem Lorus aquatica; quæ planta est paluſtris, ea occultâ naturæ vi prædita, vt simul ac Sol oritur, & ipsa veluti ex aquarum profundo exoriens paulatim se erigat vsque ad meridiem, quo tota supra aquas existens normali erectione suâ Solem veluti æmulari videtur: ad occasum verò Sole vergente, & ipsa inclinatione suâ de horis in horas eâdem sibi leges, mirificâ suâ conuersione seruat, vsque ad aquæ superficiem; Sole denique Horizontem subeunte, & ipsa aquas subiens, ita pertinaci submersione ambit, vt quantum in meridie sese extulerat, tantum infra aquas submersa, Solem veluti deperire videatur. Nouerant Sacerdotes occultum naturæ impetum; ea de causa, aquis circulum ligneum, vt hìc vides, Sola-

ris circuli æmulum implantabant suis horis insignitum: siebatque vt horas, quas vix Sciatherico, eas abditâ quâdam naturæ ambitione perfectè discerent. Verùm cùm de hiſce in Obeliſco Pamphilio iam egerimus, & iterum tractatu de plantis Ægyptijs ex professo acturi simus, Lectorem eò remittimus. Vide etiam quæ diximus in Arte Magnetica lib. 3. parte 5. cap. 4.

CAPVT IX.

De Horis planetarijs, Geniorumque singularum Præsidibus.

Planetæ singulos singulis septimanæ diebus præsidebant Ægyptij.

VT in omnibus, ita Ægyptij potissimùm magnum in septem planetis, singulis diei horis dominantibus, mysterium posuisse visi sunt. Hi enim primi fuerunt, qui singulos septimanæ dies singulis planetis attribuerunt. Putabant enim, singulis horis ab ortu Solis vsque ad alterum ortum noctu diuque aliquem ex præsidibus planetis præesse. Vnde & in hunc vsque diem Astrologica vanitas profluxit, quia Astrologi nihil fere, nisi priùs planetæ dominantis hora inspecta perspectaque, auspicantur. Verùm vt negotium reconditum luculentius pateat, de eo pariter altius ordiri visum est.

§ I.

Horæ planetariæ quæ, & quales:

Horæ planetariæ quæ, & quales.

HOræ planetariæ, quæ hîc describuntur, inæquales sunt. Quæ quidem sic dicuntur, non absolutè ad Solis cursum, vti horæ æquales, sed ad planetas dominantes referuntur. Cùm enim septem planetas hoc ordine referrent, ☽☿♀☉♂♃♄, singuli horis diei singulis ordine retrogrado dominari & præesse putabantur. Nam si prima diei hora dominabatur Saturnus, secunda dominabatur Iupiter, tertia Mars, quarta Sol, quinta Venus, sexta Mercurius, septima Luna, octaua iterum Saturnus, nona Iupiter, & sic deinceps; quibus sic ordine spacio 24 horarum reuolutis, sequentis diei hora prima necessariò competebat Soli, secunda eiusdem diei Veneri, tertia eiusdem diei Mercurio, & sic de cæteris, donec reuolutione 24 horarum facta, tertia diei competeret Marti; quemadmodum ex sequenti tabula exactè conspicitur.

Tabula regiminis Planetarum.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
Dies Solis	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂
Lunæ	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
Martis	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
Mercurij	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Iouis	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
Veneris	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Saturni	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂

Tabula dominij seu regiminis planetarum in singulis diei horis.

Atque ex Tabula hac perspicuum sit, cur in diebus Septimanæ planetæ non sibi ordine respondeant, sed semper ab inuicem ordine interrupto

pto distantq; ieuius quidem rei ratio alia non est, nisi quòd dominum planetarum ordine retrogrado 24 horarum fiat dies naturalis spacio absoluatur, vndo semper vigesima quinta hora, quæ est prima sequentis diei, competit planetæ qui ordine retrogrado sequitur. Exempli in Tabula die Solis hora diei prima, dominium competit Soli, à quo dies denominatur; secunda hora Veneri, quæ immediatè Solem ordine retrogrado sequitur; & sic de cæteris, vsque ad octauam horam, quam vbi peruigerie septem planetarum dominio totidem horis reuoluto Sol, incipit denuò dominium hora octaua, quem & reliqui planetæ ordine, vt priùs, sequuntur, vsque ad tertiam noctis horam; ad quam Sol, reuoluto planetarum dominio, denuo suum auspicatur imperium, quod & ad horam decimam noctis repetit; post quem Veneris pro vndecima, & Mercurij pro duodecima hora noctis dominia sequuntur; post quæ, à 24 horarum reuolutione factâ, ordine retrogrado, necessariò sequentis diei, videlicet diei Lunæ, prima hora competit Lunæ dominio; & sic de cæteris, vt ex Tabula patet. Atque hinc patet ratio, cur dies Septimanæ nominibus planetarum insigniti, nec ordinem planetarum naturalem, nec ordinem retrogradum, quemadmodum in Tabula fit, seruent, sed semper ordine intercepto se consequantur. Non ignoro multos rerum ignaros varia de hisce commiscisse. Dion Nicæus inter alios l. 36. hanc discontinuationem ex harmonia seu consonantia, quæ diatessaron dicitur, nasci putat, quâ videlicet vnâ totius Musicæ vis contineri, cuiusque fundamentum stabile. Veterum iudicio credebatur; siquidem habita huiusmodi consonantiæ ratione, eamque cum cœli ornatu, orbiumque & planetarum cœlestium ordine comparantes, conuenientiâ quâdam & similitudine in illis notata atque animaduersa, postquam dies vnus ab vno planeta fuit appellatus, diem sequentem à quarto planeta post illum, ordine tamen

Ordo dierum Septimanæ, qui à Planetis denominantur, hinc sequitur ordinem Planetarum, & cur.

retrogrado, nominandum censuerunt: vt post Saturnum quarto loco sequatur Sol, deinde Luna, deinde Mars, & post hunc quarto loco Mercurius, & post hunc Iupiter, deinde quarto loco Venus, & tandem in Saturnum

num reuolutione factâ, dominium reuertatur, vt ex Tabula patet. Quòd si disponas Planetarum ordinem eo modo, quo heptagonum præcedens ostendit, disponendo scil. planetarum progressum eo modo, quo factum esse vides in septem pentagoni cuspidibus; conspicies manifesto huiusmodi planetarum dispositionem per Septimanæ dies, originem suam traxisse ex natura septenarij numeri, qui spacio 24 horarum ternâ reuolutione peracta, cum binis ordine sequentibus planetis, necessariò efficit, vt primam horam dierum Septimanæ is nanciscatur planeta, qui in præcedentis dici planetariâ reuolutione post vltimum immediatè sequitur, vti dictum est; vt proinde hoc mysterium aliud non sit, quàm quod diximus: nec video quid *Iamblichus*, quam consonantiam tantopere Dion. Nicæus prædicat, hic faciat. Sed de his vide, quæ copiosius tractauimus in Arte magna Lucis & Vmbræ fol. 537.

§. II.

De Regimine seu dominio Planetarum.

Regimen Planetarum Nocturnum antiquum.

INuentum Ægyptiorum fuit, singulis dierum horis, tam diurnis, quàm nocturnis succenturiatum Planetarum dominium disponere; quod & in hunc vsque diem vniuersa Astrologorum Schola, tanquam sacrosanctum amplectitur & deosculatur. Veteribus etiam tantopere placuit, vt inde vel ipsæ Septimanæ dies denominationem suam auspicatæ sint, vt vidimus: tumidum sanè & secundum superstitionem seminarium, ex quo innumera vti olim, ita & hodiernâ die portentosorum partuum monstra veluti ex equo quodam Troiano & prodierunt, & prodeunt, dum vix vlla Magica, Cabalistica, aut Astrologica operatio instituitur, quæ non in hac vanissima planetariæ horæ obseruantia fundetur. Quam & acriùs tunc confutabimus, vbi priùs superstitiosam huius machinationis Syntaxin à fundamentis ostenderimus.

Ægyptij fingunt Mundo præesse septem Intelligentias.

Finguntitaque Ægyptij, in magno illo Hermetico anno, Mundo secundùm septenarios quosdam præesse septem Intelligentias, quarum vnaquæque 354 annis cum quatuor Mensibus gubernet, & omnes diuersis muneribus & officijs fungantur; Mundum consequenter varias diuersasque alterationes pro septem errantium siderum influxu atque dispositione, subire; quæ ex mente Ægyptiorum recitat Abraham Auenar Hebræus Astrologus in libro rationum his verbis:

Abraham Auenar.

ותכן חמליך אלוה לעולם שבע שלשורים ושמותיהם כפיאל מיכאל אנאל ראפאל גבריאל וחנת שבע מלכים לשבע בוכבי לבח וכל אחד ואחד ימליך חמלים שבר' שנים וד' חדשים:

Picta septem Angelorum septem Planetis prædestinatorum nomina.

Ecce præposuit Deus Mundo septem potestates, quorum nomina sunt Cabiel, Zadkiel, Camael, Michael, Anael, Raphael, Gabriel; & insuper singulis septem planetis septem Angelos præfecit, quorum vnusquisque gubernat Mundum 354 annis, & quatuor Mensibus, & sunt Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Pergit deinde recensere officiorum qualitates, quas

quas hîc Latinis verbis apponam. *Saturnus præcessit, quoniam Sol & Luna fuerunt à principio producti hora Saturni, & duxit Cabiel Mundum 354 annis & Mensibus. Deinde Venus, & posteà alij, ita vt perfectum circumuolutione, sua constituant circulum. Inuenies quoque per istum reuolutionis intelligentiarum numerum, Martialis Angeli seu Camaelis dominium incidisse in tempus diluuij; & Lunaris Intelligentiæ dominium in linguarum confusionis tempus, item in excidij Sodomæ & Gomorræ, exitusq; filiorum Israel ex Ægypto, qui fuit annus Mundi 2400. post 48 annos dominium Mundi Solaris Intelligentia arripuit. Templi verò prima destructio anno Mundi 3338 dominium Mundi Iuppiter accepit, cuius tempore Templum secundi restauratum fuit. In destructione verò huius secundæ Mercurius rerum potitus est anno Mundi 3828. Completis verò annis 4708. Sol seu Michael dominium super Mundum auspicatus est, iuxta illud Danielis, Illo tempore stetit Michael inter Principes.* Hæc Auenar. Trithemius in libello de septem Secundeis Polygraphiæ suæ annexo, hasce Intelligentias aliter describit; in quo tamen neque ordinem Angelorum, neque numerum annorum Mundi eundem cum Auenare seruat. Saturni Intelligentiam vocat Oripliel, & hunc ab Orbe condito dominatum suscepisse asserit; quem secutus est post 354 annos & 4 Menses Anael Veneris Spiritus; hunc post alios 354 annos & 4 Menses secutus est Zachariel Iouis Spiritus; deinde Raphael Spiritus Mercurij. Hunc Samael Spiritus Martis, & deinde Spiritus Lunæ Gabriel, ac eundem Spiritus Solis Michael. Ita vt circulus primus reuolutionis dominij, quem ordine Spiritus planetarij obibant, 2480 annorum & 4 Mensium fuerit; secundus verò circulus absolutus fuerit anno 4960 cum 8 Mensibus, & sic vsque ad consummationem seculi. Verùm vt vnica Synopsi, quæ Trithemius integro libello digessit, oculis Lectoris satisfaciam, sequentem epilogismum apponere visum fuit.

Trithemius.

Circuli dominantium Mundi Spirituum Planetariorum.

	Nomina iuxta annos Mundi.	*Initium gubernationis Anni. Menses. Dies.*			*Gesta.*
1	Oriphiel Spirit. ♄	0	0	15 Mart.	Rudis Mundi status & agrestis.
2	Anael Spirit. ♀	354	4	24 Iunij.	Cultior Mundi status, inuentio artium.
3	Zachariel Spir. ♃	780	8	26 Oct.	Politicus Mundi status. Henoch translatus.
Primus Circulus annorum 2480. 4	Raphael Spirit. ☿	1063		24 Feb.	Scriptoria ars, Musica, nauigatio excolta.
5	Samael Spirit. ♂	1417	4	26 Iun.	Iniquitas Mundo dominatur, diluuio omnia destruuntur.
6	Gabriel Spirit. ☽	1771	8	28 Mart.	Noe cum filijs Mundū instaurat.
7	Michael Spirit. ☉	2125	12	24 Febr.	Dominatus Nembrod, & diuisio linguarum

	Nomina	Initium gubernationis iuxta annos à Mundo cond. Anni.	Menses.	Dies.	Gesta.
	8 Oriphiel Angel. ♄	1480	4	26 Iunij.	Ortus Abrahæ. Regnorum variorum initium.
	9 Anaël Ang. ♀	2834	8	29 Oct.	Idololatria per Mundum sparsa. Ioseph Ægypti Dominus.
	10 Zachariel An. ♃	3189	12	28 Febr.	Mundus legibus instructus,
Circulus II. annor. 4960. iunctus primo.	11 Raphael Ang. ☿	3543	4	1 Iulij.	Sapientiæ studijs excultus: Moyses floret.
	12 Samaël Ang. ♂	3892	8	2 Octob.	Iliacum bellum, & excidium Troiæ. Iudices dominantur Israel.
	13 Gabriel Ang. ☽	4252	12	30 Ian.	Saul, Dauid, Salomon, cæteriq; Reges Israël dominantur.
	14 Michael Ang. ☼	4606	4	1 Maij.	Roma condita, Monarchia Persarum. Alexander Magnus.
	15 Oriphiel Angel. ♄	4960	8	30 Sept.	Machabæorum historia.
	16 Anaël Ang. ♀	5315	12	31 Ian.	Persecutio Imperatorũ in Christianos. Constantinus Ecclesiam erexit.
	17 Zachariel An. ♃	1669	4	1 Iunij.	Regna varia in Europa constituta. Mahumedis principia.
Circulus III.	18 Raphael Ang. ☿	6023	8	2 Nouēb.	Gothorum diluuium. Carolus Magnus; Imperium in Germanos translatum.
	19 Samaël Ang. ♂	6378	12	3 Martij.	Varia Mundi Stratagemata.
	20 Gabriel Ang. ☽	6732	4	4 Iunij.	Rudolphus I. Austriaci Imperij fundamentum.
	21 Michael Ang. ☼	7086	12	30 April.	Hucusque futura Propheta requirunt.

Trithemius in assignando Mundi domino seqvens Angelos, dissentit ab Hebræis.

Atque hi sunt Circuli dominij Angelorum Planetariorum, quos Trithemius ex Hebræorum traditione recitat; in quorum tamen ordine, vti & temporum ratione assignandâ, ita confusi sunt, vt non videam quâ ratione aliquid certi inde concludi possit. Hebræi ordinem annorum Mundi sequuntur ipsis vsitatum. Trithemius verò iuxta computum annorum à 70 interpretibus constitutum procedit, qui anni cùm mille circiter annorum differentiam habeant, inde fit, vt dominium Angelorum iuxta constitutum ijs numerum temporibus nunquam congruat: siquidem tempora, quæ Oriphielis dominio apud Trithemium competunt, illa

la apud Hebræos Anaëlis, aut alterius dominio competere inuenientur; vt proinde totum negotium conflictum, & nullo solido veritatis fundamento nixum, neque vllius emolumenti meritò ab omnibus ijs, qui res limatiori rationis trutina ponderare solent, censeri debeat.

Ægyptij singulis diei horis singulos Planetarios dominantes attribuerunt.

Comperio quidem in vetustis Ægyptiorum monumentis, Ægyptios simile quid, vti postea de Anno Sothiaco siue Caniculari exponemus, tradidisse, & in præcedentibus tactum fuit, & in sequentibus, vbi de Anno Platonico, & μιλλεναρίοις rerum agemus, fusiùs exponetur. Certum tamen est Ægyptios primos, Genios singulis horis, qui noctu diuque rerum fidei suæ commissarum curam haberent, per totius hebdomadis curriculum, distribuisse, ita vt prima hora primi diei competeret dominio Genij Solis, secunda illius diei Genio Veneris, tertia Genio Mercurij, quarta Lunæ, quinta Saturno, sexta Ioui, septima Marti; & huius dominio reuoluto, Sol dominium repetebat, quos reliqui eodem ordine, quo dictum fuit, sequebantur; vsque dum 24 horarum, scilicet vnius diei naturalis reuolutione peractâ, vigesima quinta hora, id est, prima sequentis diei hora Lunæ, à qua & nomen dies ille obtinebat, competeret; & sic altera vnius diei reuolutione peractâ, dominium tertij diei horæ primæ competeret Marti, & quarti diei primæ horæ Mercurio, & quinti diei primæ horæ Ioui, & sexti diei horæ primæ Veneri, & tandem septimi diei horæ primæ Saturno competeret. Nomina verò Geniorum, quæ ex Ægyptiorum Coptitarum monumentis extraximus, sunt sequentia.

Copiosa Nuomina Geniorum seu Angelorum seqvens.

ⲡⲓⲣⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥⲓⲣⲓⲟ ✕ id est, *Piriel Angelus Solis*:

ⲥⲟⲣⲟⲧⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉⲫⲧⲁⲗⲟ ✕ id est, *Surotiel Dominus Veneris*.

ⲁⲛⲁⲃⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉⲡⲓⲥⲓⲁⲭⲓ ✕ id est, *Anubiel Dominus orationis & inuentionis*.

ⲡⲓⲟⲩⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥ ⲛⲫⲱⲙⲉ ✕ id est, *Pioüel Dominus muris & fundorum*.

ⲣⲉⲫⲁⲛⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉⲭⲣⲟⲛⲟⲥ ✕ id est, *Rephaniel Dominus temporis & actionum*.

ⲡⲓⲥⲉⲩⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉⲡⲓⲙⲓ ☥ ✕ id est, *Piseuiel Dominus vitarum*.

ⲧⲉⲫⲁⲛⲓⲏⲗ ⲡⲟⲥ ⲫⲧⲉⲣⲙⲟⲩⲧⲉ ✕ id est, *Typhaniel Dominus destructionis*.

Atque hi Genij dies noctesque veluti succenturiati obtinebant totius naturæ dominium iuxta Ægyptiorum mentem; ita vt Piriel Angelus Solis primæ primi diei horæ, octauæ, & decimæ quintæ, & vigesimæ secundæ dominaretur; secundi diei horæ primæ, octauæ, decimæ quintæ, vigesimæ secundæ Pioüel Lunæ Angelus dominaretur; & sic de cæteris, vt dictum est. Hasque horas tantâ superstitione obseruabant, vt nihil serè operum ijs inconsultis aggrederentur. Quæ consuetudo ab ijs ad hæc nostra vsque tempora deriuata, communi Astrologorum calculo appro-

Astiquorum ac Neotericorum superstitio in obseruandis horis Planetarum.

probata, adeo mentes hominum infatuauit, vt radicibus iactis vix euelli posse videatur. Hebræi putant, Ægyptios non septem, sed tot diuersos Genios singulis horis dierum per totam hebdomadam ordine currentium attribuisse, quot horæ in vna septimana computantur; eorumque nomina & officia loco ingentis secreti, vt superstitiosissimi sunt, habent. Quæ quidem nomina & officia continentur in libro quodam Ietsirę annexo; quem librum olim eruditissimus Abrahamus Ecchellensis Ionæ Gallicæ, Hebrææ linguæ in Lycæo Romano Professori, hic mihi communicauit. Sunt verò omnia ex peruetusto Arabico Codice, teste dicto Abrahamo, in linguam Hebræam versa, & continent propemodum vniuersa, quæ in Astrologia consultoria & adiuratoria tractari solent: vnde ea, vtpote igne quàm luce digniora, nè incautis Philosophastris offendendi occasionem præberem, silentio suppremenda duxi, solummodò nomina prolaturus, vt Lector, si quando in huiusmodi nomina inciderit, ex cuius officina prodierint, cognoscat, & ea tanquam apertam Idololatriam Ægyptiacam inuoluentia rideat.

Ægyptij credunt singulis totius septimanæ horis singulos Genios attributos. Abrahamus Ecchellensis.

Tabula, Geniorum horis 12 nocturnis dominantium seriem, & ordinem continens.

ואלה שמות חטרים ומשרתים וממונים על שעה הלילה

Hæc sunt nomina Principum & Potestatum, qui præsunt horis nocturnis.

Nocte I. præsunt horis.	*Nocte II. præsunt horis.*
Hora 1 Papus, Genius medicamentorum.	Hora 1 Sinbuk, Angelus iudicij.
2 Sfera, Angelus amoris & desiderij.	2 Toruatus, Genius diuidij.
3 Hahabi, Genius apprehensionis.	3 Phlogabitas, Genius ornamentorum.
4 Phalgus, Genius iudicij.	4 Thacrinus, Genius confusionis.
5 Zeiazua, Genius infirmitatis:	5 Tabtibik, Genius fascinationis.
6 Tabris, Genius Consultor inter bonum & malum.	6 Susabo, Genius itinerum.
7 Sialul, Genius prosperitatis & pacis.	7 Sabrus, Genius sustentationis.
8 Nanrur, Genius scripturæ.	8 Toglas, Genius thesaurorum.
9 Rifnuch, Genius seminationis & plantationis.	9 Suclagus, Genius præses ignis, noxius.
10 Sefarbil, Genius aduersus.	10 Azcuph, Genius puerorum raptor.
11 Æglum, Genius vastator ignens.	11 Zuphlas, Gen. venationis.
12 Tarab, Genius concussionis.	12 Mizran, Genius persecutionis.

No-

Nocte III. præsunt horis.	*Nocte V. præsunt horis.*
Hora 1 Rasphuia, Genius Necromanticus.	Hora 1 Heiglus, Genius Niuium.
2 Nitibus, Genius stellarum.	2 Sachluph, Genius Herbarum.
3 Eirucus, Genius destruens idola.	3 Zaroh, Genius præcipitiorum.
4 Eistibus, Genius diuinationis.	4 Sizlas, Genius venenorum.
5 Tacritan, Genius magicarum operationum.	5 Sair, Genius Antimonij.
6 Eirulus, Genius fructuum.	6 Hastan, Genius retractionis furum.
7 Libeabis, Genius abscondit auri & argenti.	7 Cauzub, Genius Incantationis serpentum.
8 Zalburis, Genius consultationis medicæ.	8 Tukiphar, Genius lapidis Samir.
9 Kilabus, Genius apprehensionis linguarum.	9 Schachil, Genius incantationis equorum.
10 Armilos, Genius diuitiarū.	10 Razand, Genius lapidis Onychis.
11 Phaldorus, Genius interrogationis de occultis.	11 Adiuchas, Genius cæsuræ lapidum.
12 Labus, Genius inquisitionis veritatis.	12 Hanbad, Genius ciborum regiorum.

Nocte IV. præsunt horis.	*Nocte VI. præsunt horis.*
Hora 1 Zahun, Genius scandali & offensionis.	Hora 1 Mizkun, Gen. Amuletorū.
2 Hizarbin, Genius rerum maris.	2 Baglis, Genius ponderationis.
3 Mascarun, Genius vastationis.	3 Butatas, Genius numerationis & computus.
4 Pharzuph, Genius fornicationis.	4 Schickron, Genius custodiæ animalium.
5 Suphlatus, Genius pulucrum terræ.	5 Barcus, Genius præfecturæ.
6 Nitika, Genius politionis lapidum.	6 Hatiphas, Genius vestimentorum.
7 Mizgitari, Genius volucrum rapacium.	7 Salilus, Genius apertionis clausuræ.
8 Alphun, Genius volucrum mundarum.	8 Zizuph, Genius clausuræ portarum.
9 Sablil, Genius furtorum.	9 Colopatiron, Gen. carcerū.
10 Kataris, Genius Canum.	10 Buchaphi, Gen. lamiarum.
11 Rolabis, Genius lapidum.	11 Zopharis, Genius incluſionis Pythonis.
12 Kalab, Genius vasorum.	12 Marnes, Genius cognitionis spirituum.

No-

Annotatio.

Nocte VII. præsunt horis.

Hora 1 Hauen, Genius dignitatis.
2 Labezerin, Genius bonæ operationis.
3 Cahor, Genius deceptionis.
4 Achahayr, Genius ludi & iocorum.
5 Camuysar, Genius concubitus.
6 Zaren, Genius vindicationis.
7 Iafer, Genius amoris comparandi.
8 Cumah, Genius fœderationis.
9 Zeffar, Genius electionis rerum.
10 Masiho, Genius aspectuũ.
11 Halacho, Genius amicitiæ.
12 Sellen, Genius gratiæ Principum.

Vanitas Ægyptiorum in observandis horis planetariis scribet perstringitur.

Nonadem hoc loco, hanc Tabulam tantùm Geniorum dominij in 12 nocturnis horis, eodem Septimanæ dispositionem continere; per diurni verò temporis duodecim horas, dominia Geniorum, eodem prorsus ordine, quo nocturnis horis, sese consequi.

Sed vanitatem paulò fusiùs exponamus. Disponebant Veteres dominia planetarum secta ordinem horarum inæqualium, quæ cum Sole in Boream vergente crescant interdiu, decrescant noctu, & contrà Sole in Austrum vergente; necessariò sequebatur dominia planetarum quoad durationem fuisse inæqualia, non quidem quoad diem ipsum, sed quoad noctem comparatum ad diem, & alios Solis parallelos. Ita in Tropico æstiuo, cum Romæ v. g. horæ duplo quasi maiores horis eiusdem noctis sint, dominia planetarum quasi horâ vnâ æquinoctiali & 15 minutis durabant, cum nocte non nisi 45 minutis durarent. Hinc quæro, quomodo Astrologastri tam præcisè horas obseruare potuerint ad Genium eius horæ. Præsidem inuocandum, præsertim nocte, cùm Sol Sciatherica in hunc finem erecta non illustraret? Certè necessariò grauissimos subinde errores incurrebant, dum, quam horam ipsi Martis putabant, illa adhuc ad Iouis imperium pertineret. Portentosa verò illa Geniorum planetariorũ, qui in tutelam rerũ singulis horis præesse finguntur ab Arabibus, Hebræis, Ægyptijs, nomina & officia, originem aliam non habent, quàm ex caliginosa Diaboli culina depromptam; & superstitiones horrendæ, quas ad Genium quempiam constituta hora trahendum, & ad votis sollicitationibusque suis fauendum exercent, tales sunt, vt Vulcanijs focis suscitandis, quàm publici dominis commendationi aptiores iudicem, vtpote quas horreant cæstæ Christianorum aures veluti impiissimas, & tanquam à Cacodæmone adinuentas. Visum nihilominus hîc fuit ea recensere, tùm ad sæcenturiatæ superstitionis contextum, tùm ad superstitiosæ Ægyptiacæ Syntagmatis lucubrationis demonstrandæ. Qua quidem in re S. Irenæum secutus sum, qui vt infrænem Gnosticorum in ijs fingendis libidinem & inuentiones ostenderet, eorundem Deastrorum, quos Æones vocant, longum Catalogum vnà cum horrendis superstitionibus pertexit. Idem inquam ad piorum cautelam hoc loco mihi faciendum censui: est enim hæc Tabula damnata radix

radix illius clauiculæ Salomonis, vt vocant; ex qua ad æterna infernalis barathri præcipitia aditus patet, ad vltimum ijs ventium exterminium; ex qua omnia sua execranda facinora Dæmonum ope perficiunt Magi. Ex hac Cornelius Agrippa, Paracelsus, Petrus de Albano, alijque damnatæ & diabolicæ artis Magistri, dogmata sua desumpserunt, quæ omnes timoratæ conscientiæ homines, tanquam Scyllam & Charybdin fugere consulo. At quis nomina illa Angelorum fanatica illis reuelauit? non alius nisi Cacodæmon, totius Matæotechnias magister & artifex. Quod quidem apertè liquet ex effectibus, quos præstare perhibentur, perniciosissimos, imò prorsùs diabolicos; quos quidem in Angelos bonos non cadere, nemo tam imprudens, ne dicam, stolidus est, qui non videat. Meræ itaque Magorum, & hominum diabolicis artibus deditorum opera, & commenta sunt.

CAPVT X.

De viginti octo Mansionibus Lunæ.

HOris planetarijs, earumque Genijs, succenturiantur 28 Mansiones Lunæ, cum appropriatis sibi Genijs. Vocantur Coptè מנזלות, hoc est, *habitacula*, seu *diuersoria Lunæ*; Arabicè منازل القمر, *habitatio Lunæ*. Nonnulli stationes Deorum Lunarium ea quoque dicunt. Ego rectius Dæmonum fabula appellauero; cum tot ac tantis superstitionibus referta sint, vt vix Astrologicum commentum sit, in quod Mansiones Lunæ non ingrediantur. Est autem Ægyptiorum figmentum, qui Lunæ cursum 28 dierum numero definientes, eidem singulo die naturali vnam stationem, vnà cum Genio eius stationis veluti administro quodam & conseruatore assignabant. Summo itaque studio, primò horam planetariam inquirebant, deinde quæ eadem horâ in stratione Lunæ esset, considerabant; atque sic ex inimico vel amico Genitorum concursu, opus suum auspicandum, vel non auspicandum, iudicabant.

Mansiones Lunæ superiorum fœmineum sexum, & rectè. Dæmonum fabula appellantur.

Mansiones Lunæ sunt Ægyptiorum figmentum.

Verùm antequam ad Mansionum explicationem perueniamus, portam earum prius hoc loco explicare visum est. Vocant Ægyptij portam Mansionum Lunarium cum circulum, quem Astronomi communi nomine Ianuam vocant, Coptè verò appellatur πυλωνα ⲛⲓⲙⲉⲛⲧⲟ, quæ quidem vox, vt dixi in Supplemento Prodromi Copt. c. 5. Ægyptia seu Copta est, eamque nos *viam luminis* seu *lucis* interpretamur; hoc enim nomine Ægyptij appellant circulum illum candidum, quem Græci, seu Hellenistæ, ὁδὸν γαλακτος Græci, Latini *viam lacteam* vocant, Ouidius verò itet, quo ad Iouem accedebant Superi, his verbis:

Porta mansionum Lunæ Græcis & Ægyptiis est Via lactea.

Est via sublimis cœlo manifesta serena,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.

Lactea via quomodo à diuersis populis vocetur.

Hâc iter est Superis ad magni regna Tonantis,
Regalemq; domum. &c.

Dicitur autem lacteus circulus à Poëtis, ob lac Iunonis effusum, de qua re consule Hyginum, Phornutum, aliosque Mythologos. Hæc, inquam, via Coptice vocatur *via straminis* seu *paleæ*; quam denominationem reliqui Orientales ferè omnes sequuntur. Constat autem duabus vocibus, quarum prima ⲧⲙⲉⲩⲉ *viam*, alia ϣⲓⲧ, *stramen* seu *paleam* significant, ⲛ verò est nota regiminis, vt in Grammatica Coptâ docuimus. Atque hanc interpretationem nostram veram esse, docent Arabes, Syri, Æthiopes, Hebræi, alijque Orientales. Arabes طريق التبن vocant vtplurimùm العجر *Almagiret*, quasi diceres *fluxum* seu *tractum ex sparsa palea*: Au-
Author Scalæ, Abenragel, Mor Isaac. thor Scalæ, vti & Abenregel, ita eum describit: العجر وهي طريق التبن *Almagiret, eo est via straminis* seu *paleæ*. Mor Isaac in sua Philosophia Syriaca, pari ratione, hunc circulum lacteum vocat *semitam straminis* his verbis:

ܫܒܝܠܐ ܕܬܒܢ ܐܝܬ ܠܗ ܫܡ ܐܚܪ ܠܫܒܝܠ

Zona verò quæ in 12 signorum Orbe spectatur, vocatur via straminis seu paleæ.
Æthiopes quoque, vt ab Abyssinis Sacerdotibus hic Romæ audiui, eam *Chasara tsamangadu, viam straminis* vocant: vt Hebræi חבן מסלת, omnes
Ægyptiorum fabulæ de vita lactea. hujus Ægyptiorum subscribentes. Fingunt enim Ægyptij Typhonem, filiis Osiridis fugientis fasciculum aristarum sibi obiectum in cœlo disperfisse; vnde & plagæ illi *via straminis* nomen in hunc diem mansit.

Ægyptij igitur, vt dicebam, statuunt 28 stationes Lunæ, id est totidem constellationum, quas Luna singulis suis periodis, hoc est, 28 dierum
Luna 28 stationes peragens ab appellatas ab Ægyptijs. spacio attingit, loca, eaque loca vocant Copto nomine ⲛⲙⲉⲥⲟⲩⲛⲓ ⲛⲧⲉⲥⲧⲏ ⲙⲟⲩⲧ, hoc est, *habitacula siue diuersoria Lunæ*, (Arabicè المنازل القمر) *hospitia Lunæ* seu *stationes Lunæ*:) ⲛⲙⲉⲥⲟⲩⲛⲓ enim plur. num. mansiones, ⲙⲟⲩⲧ verò Lunam significat. Atque has stationes Lunæ à primis temporibus vsque in hunc diem Astrologos, cùm ad mutationem aëris explorandam, tùm ad inchoationem operum secundandam opportunas & fcitu dignas, vt aiunt, ob stellarum influxus locis memoratis significet variosque rerum effectus introducentes, observare videmus.
Quælibet statio Lunæ continet 12 gr. 24. m. Constat autem quælibet statio 12 gradibus & 24 minutis præcisè, vt cujuslibet circuli 360 partes dispescenti patebit. Hæ stationes licet aliàs in octava sphæra à capite Arietis inchoentur, eas tamen ob motûs augium nunc à 20 Arietis gradu moderni auspicantur Astrologi. Ordo stationum lunarium, earumque explicatio sequitur.
Ordo & explicatio 28 stationum Lunæ.

I. ⲡⲓⲥⲓⲛⲓ Coptè *piscis*, significat hoc loco *stationem piscis*; Arabicè appellatur بطن الحوت *Venter Ceti*, siue *piscis*; estque prima statio Lunæ, ab humiditate pernicioſa sic dicta; incipiebatque à 0 gr. Arietis, terminaturque in 12 gr. eiusdem signi & 24 min. Genius huius stationis iuxta Arabes est جماجيل *Kiamel*, statio infestationis inimici.

II ⲡⲓⲥⲓⲛⲓ

II ⲡⲓⲥⲓⲛⲓ ⲙⲡⲓⲟⲩⲣⲓ, id est, *piscis Hori*, Arabicè الشرطين *statio Lunæ* est, quam Author Scalæ his verbis describit: الشرطين وهو راس الحمل *Sartin eo est caput Arietis*. Abenragel ita dicit:

الشرطين وهو منزل القمر في برج الحمل فهو راس الحمل

Id est, *Sartin statio Lunæ est in signo Arietis, accipiturq; pro ipso capite Arietis*. Initium eius 12 gr. Arietis & 24 m. finis eius in vigesimo quinto gr. eiusdem. Huius Genius est حجاجيل *Hiaiel*, statio reconciliationis Principis est.

III ⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ, *statio connectens*, Arabicè بطن *Bathin*. ita eum describit Chamus:

بطن هو منزل القمر فهو مثلث عند بطن الحوت

Bathin, statio Lunæ est, & est triangulum prope Ventrem Ceti. Nos hanc stationem aliam non dicimus, nisi quam Triangulum siue ♈, caput Arietis, & Pisces Boreus eiusdem fere latitudinis fundant. Initium huius stationis est à vigesimo quinto gr. ♈ inchoato, finis in nono ♉. Huius Genius جحجاجيل *Gimchiael*, & statio est prosperitatis & bonæ fortunæ.

IV. ⲁⲡⲣⲓⲥ id est, *statio Hori*, Arabicè العرفة *Altarieh*; statio Lunæ est, quam Pleiades præstant Lunæ. Vocarunt autem Hori stationem ab Horias, eò quòd Horus, quo Mundi fœcunditatem, Plutarcho teste, ἱερογλύφοι innuebant, maximè in Tauro, Veneris domo. Pleiadum consortio sese exercere. Vnde & Hebræi has eadem Pleiades כימה, siue סוכות בנות *Gnasch*, siue *Succoth benoth*, id est, *congregationem*, siue *filias tabernaculi, filias apertas, ex-foras* vocant: vt enim Gallina pullos suos fouet & sustentat, ita Hori Mundum inferiorem in hoc signo, Tauri statio. Vnde & idolum, cius fuisse aiunt Gallinam cum pullis suis. ita Rasli in cap. 5. Amos, & in Iob:

Rasli סוכות בנות דמות תרנגלה עם אפרוחיה:

Succoth Benoth simulachrum erat Gallinæ cum pullis suis: Hæ autem Succoth Benoth eædem sunt cum Horiæ Ægyptiorum, & Arabum العرفة *Altarieh*, quod idem est ac statio Taurina. العرفة *Altarieh* enim aliunde nomen suum non inuenit, nisi à voce Arabicâ ثور *Tzaur*, quæ Taurum significat. Expressè docet id his verbis R. Ioña in 5. Amos.

R. Iona. סוכות בנות חמה ז' כוכבי המזלה אשר בלשון אשמאלים אלתריא:

Succoth Benoth sunt septem stellæ in Zodiaco, quæ linguâ Ismaëlitica, id est, Arabica vocantur Altarieh. Verùm de hisce consule Templum Ægyptiacum, id est, primum Tomum Oedipi, vbi de hisce curiosa multa traduntur. Respondent hisce verba Abenragel, qui in sua Astrologia, mansiones Lunæ describens, de hac ita dicit:

Abenragel. العرفا هو منزل القمر في برج الثور ويسمى بجاجيه الصغير وجلها

Altaria statio Lunæ est in signo Tauri, eo vocatur Gallina cœli cum filiabus suis. Sunt nonnulli, qui confundunt العرفا cum بنات النعش & بنات لعازر id est, *cum filiabus feretri*, & *feretro Lazari*, quas alij Arcturum, alij Vrsam minorem dicunt. Sed quid nos de eo sentiamus, & quid verè statuendum

Athenæus.

sit, docemus in primo Tomo huius Oedipi, quod Templum Ægyptiacum notauimus. Certe Pleiades ab Æschylo, Pindaro, Simonide ἑπτάστερος, id est, *columbas* dici, apud Athenæum reperio: neque alio respicit Homerus, cum in descriptione Scyphi Nestorei περιστερὰς ἀγρώσσας, columbas Ioui canit ambroſiam pocillari, πάντας ἐπιπλήσσων. Sed vt ad noſtrum inſtitutum reuertamur, vocatur τυπιας, alio quoque nomine Copto ϩⲓⲁⲕⲁⲣⲁⲛ, quaſi diceres, *ſex aſtra*; quibus ſane verbis luculentiſſime indicatur, aliud non intelligi niſi الثريه *Altarieh*, hoc eſt, *Pleiades*; conſentitque illud Ouid.

Pleiades incipiunt humeros tolerare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.

Initium huius ſtationis eſt nonus gradus Tauri, finis vigeſimus ſecundus eiuſdem. Sed hæc forſan fuiſſus quàm par erat. Huius Genius eſt دلهايل *Delhaiel*, & eſt ſtatio inimicitiæ & vindictæ.

V ⲡⲩⲣⲣⲓⲟⲛ, *ſtatio Hori maior*, Arabice الدبران *Aldeberan*; vocatur ſtatio Hori, eo quod ſicuti eandem terræ cœli plagam cum præcedente obtinet, ita & ab operationibus Hori maxime efficacibus in hac ſtatione denominationem ſuam inuenit. De hac ita Abenragel:

الدبران هو منزل في برج الثور فهو عين الثور

Id eſt, *Aldeberan ſtatio Lunæ in ſigno Tauri eſt, eo vocatur oculus Tauri.* Sequuntur Arabes Aſtrologos omnes moderni, qui Aldeberan poſtea pro oculo Tauri ſumunt, Græcis dicitur Λαμπαδίας, ab inſigni videlicet ſplendore ſic dicta. Initium eius 22 gr. Tauri, finis quintus ♊. Genius eſt هياييل *Huſiel*; ſtatio eſt fauoris Magnatum.

VI ϩⲗⲉⲥⲥⲟⲥ, *Clauſtrum*; ſtatio Lunæ ſic dicta Arabice الهنعه, nihilque aliud eſt, quàm duæ ſtellæ in Gemipis, quarum prima, quæ pedes eorum præcedit, Græcis, Gemino teſte, ἀστὴρ ἀπόλλων, altera, ἀστὴρ ἡρακλῆς, ſecundæ magnitudinis, Arabibus راس الجوز *Ras elgiauze*, hoc eſt, *caput* ♊ dicitur. Has ſtellas duobus nominibus aliis ab Arabibus deſcriptas reperio, videlicet قرقليس و اقولين *Garaklies* & *Apullun*; quæ res cum me perplexum redderet, tandem eos huiuſmodi Græcis nominibus corruptis Herculem & Apollinem (quibus nominibus ἡρακλῆς καὶ ἀπόλλων ſiue *Geminos* apud Mythologos appellatos lego) indicare voluiſſe iuueni. Incipit hæc ſtatio à quinto gradu Geminorum, & terminatur in decimo octauo eorundem. Genius huius eſt فحاجايل *Phigiuel*; ſtatio eſt beneuolentiæ & amoris.

VII ϩⲗⲁⲣⲓⲁ, Arabibus الهنعه *Albenaab*, Lunæ ſtatio eſt, quam Abenragel ſic deſcribit:

الهنعه هي منزل القمر في برج التوءمان صدرهما حذف التوءمان

Albenaab Lunæ ſtatio eſt, quam vocant ſcapulas Geminorum. Incipit autem à decimo octauo, & terminatur in trigeſimo Geminorum. Genius eius eſt زياييل *Ziſaiel*; ſtatio eſt acquiſitionis bonorum.

VIII ⲡⲩⲉⲥⲁ, id eſt, *cubitus*, quaſi diceres, ⲡⲩⲉⲥⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲉ, *cubitus Nili*, Arabicè ذراع الاسد *Duraab Eleſſed*, *cubitus Leonis*. Ego arbitror hanc ſtationem male dictam ab Arabibus *cubitum Leonis*, cùm integro adhuc ſigno diſtet. Dicitur igitur ⲡⲩⲉⲥⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲉ, id eſt, *cubitus Nili*, eò quod circa hanc ſtationem Lunæ, Nili incrementa intelligebant comparere in Nilometro, in ſuos cubitos diuiſo; de quibus nos fuſe alibi. Incipit autem hæc ſtatio à principio Cancri, & terminatur in 13 eiuſdem. Genius huius eſt حطايل *Hathaiel*; ſtatio eſt victoriæ in bello.

IX ⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲅⲏ, *ſtatio deſcenſus* ſeu *influentiæ*, Arabicè النذره *Alnathreb*; eſt ſtatio Lunæ in ſigno Cancri. ita Abenragel:

النذره منزل القمر في برج السرطان

Alnathreb Lunæ manſio eſt in ſigno Cancri. Ego puto eſſe duas ſtellas illas, quas Proclus ὄνος, Latini *Aſellos* vocant. Vide Plinium lib. 18. Initium huius ſtationis eſt decimus tertius Cancri, finis eiuſdem vigeſimus ſextus Cancri. Genius eius eſt طياييل *Tuaiel*; ſtatio eſt infirmitatum.

X ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ, *ſeipſum parturiens*. Manſio Lunæ Arabibus dicta الطرف *Eltarph*. Occupat totum ſpacium à vigeſimo ſexto gradu Cancri, vſque ad nonum gradum Leonis. Genius eſt بياييل *Biaiel*; ſtatio fabrefactis partus.

XI ⲡⲣⲟⲛⲧⲓ, *Frons*, Arabicè الجبهه *Elgieble*; ſtatio Lunæ eſt in Leonis fronte. ita Abenragel:

الجبهه منزل القمر في برج الاسد وهي جبهة الاسد فلذلك سميت بها

Algebhet, Lunæ manſio eſt in ſigno Leonis, eo eſt frons Leonis. Initium eius nonus gradus Leonis, finis 21 eiuſdem. Genius eius eſt حعفاييل *Kekaiel*; ſtatio eſt reuerentiæ & timoris.

XII ⲡⲓⲭⲱⲣⲓⲟⲛ, idem ac ⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲅⲏ; ſtatio eſt, quàm Scalæ Author vocat القرقان *Alkharkan*, alij الزبره *Alzabre*; vltimamque partem Virginis occupat, id eſt, vigeſimum primum gradum Leonis vſque ad quartum Virginis. Genius eius لعاييل *Laiel*; ſtatio ſeparationis amicitiæ.

XIII ⲁⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲅⲏ, *ſtatio amoris*, Arabibus الصرفه *Alſcarphet*; ſtatio Lunæ eſt, de qua ita Abenragel:

الصرفه هي منزل القمر في برج العذري الذي في المنديل فيرفع البذر

Alſcarphet ſtatio Lunæ eſt in dodecamorio Virginis, quæ ⲉⲥ *Sanbalet dicitur, tollitque frugis.* alij quoque hanc plagam vocant السماك *Alſcamach*; Græci ϩⲁⲅⲓⲟⲥ, Latini *Spicam*; de quâ ita Aratus: ϯ δ' ὑπὸ κοῦρον ἰὼν στάχυν ἀγλαόκαρπον, quæ explicans Cicero, ait:

Spicam illuſtre tenens fulgenti corpore Virgo.

Incipit hæc ſtatio à quarto Virginis, & terminatur in decimo octauo gradu eiuſdem dodecamorij Virginis. Genius eſt مفاييل *Maſaiel*; ſtatio pacis & vnionis coniugalis.

XIV ⲁⲥⲧⲟⲩⲓⲁ, *ſtatio latrantis*, forſan à Canicula, quæ hoc in do-

cubitus

decamorio olim occidebat; Arabicè الغفر *Algaue*, mansio Lunæ est in decamorio Virginis, cuius initium decimus octauus gradus Virginis, finis trigesimus eiusdem. Genius נקוביאל *Nakuaiel*; statio diuortij.

XV ϗυριτος ✻ *Statio altitudinis*; Arabicè السماك *Alsimak*, Lunæ mansio est in Libra, initium eius 9 gradus Libræ, finis eius tertius decimus eiusdem. Genius stationis est קוקביאל *Kakaiel*; statio acquisitionis amicorum.

XVI χαεβελια ✻ *Statio propitiationis*, Arabicè الغفر *Algaphra*, Lunæ statio est in dodecamorio Libræ, incipit à decimo tertio gradu Libræ, & terminatur in 26 gradu eiusdem. Genius עקלאיאל *Aklaiel*; statio lucri & mercimoniorum.

XVII πρατιος ✻ Arabicè الزبانات *Alzamanath*; statio Lunæ est, cuius initium vigesimus sextus gradus Libræ, finis nonus Scorpionis. Genius huius נפאיאל *Papaiel*; statio latrociniorum.

XVIII ϲτεφανι ✻ *Corona*, Arabicè اكليل *Eklil*; statio Lunæ est, cuius initium nonus Scorpij, finis vigesimus primus eiusdem. Genius מסראיאל *Masraiel*; statio infirmitatum.

XIX χαραιαν ✻ *Cor*, Arabicè القلب; statio Lunæ est prope cor Scorpij. Genius huius קפאיאל *Kephaiel*; statio recuperationis sanitatis. de qua ita Abenragel:

القلب هو منزل القمر في برج العقرب فمي قلب العقرب ✻

Alkolb Lunæ statio est in dodecamorio Scorpij, & vocatur Cor Scorpij. Initium eius vigesimus primus gradus Scorpionis, finis quartus Sagittarij.

XX αγγια ✻ *Sanctæ*, Arabicè الشولة *Alschaulet*; statio translationis Caniculæ in cœlum, vnde & ϲιωτ vocatur. De qua statione peculiari tractatu agitur. Longitudo huius stationis est à quarto Sagittarij vsque ad decimum septimum eiusdem. Hæc statio ab Ægyptijs quoque vocatur ϲολικα siue ακτροκωμη ✻ Genius רזיאיאל *Reziel*; statio venationis.

XXI πλειαρε ✻ *Statio gratiæ & iucunditatis*, Arabicè النعايم *Elnaaim* ita dicta, quod lætam produceret segetem; statio hæc principium suum habet à decimo septimo gradu Sagittarij, & terminatur in trigesimo gradu Sagittarij. Genius eius סתסיאל *Set-siel*; statio calamitatum.

XXII πολις ✻ *Ciuitas*, Arabicè البلدة *Elbeldeh*; statio Lunæ est intra 0 gr. & 13 Capricorni. de qua ita Chamus:

البلده هو منزل القمر في برج الجدي بين النعايم ومصحت ✻

Elbeldeh statio Lunæ est in dodecamorio Capricorni inter Elnaim & Meschadt. Genius eius est טאביאל *Tetaiel*; statio fugæ & exilij.

XXIII αγγειαιμ ✻ id est, *Brachium sacrificij*, Arabicè سعد الذابح *Saad eldabahh*. Incipit à decimo tertio gradu Capricorni, & terminatur in 26 gradum eiusdem signi. Genius טאביאל *Tetaiel*; statio destructionis & expilationis.

XXIV.

XXIV αγγειρτος ✻ *Beatitudo*, siue *brachium absorptum*, Arabicè سعد البلع *Saad elbelaa*; statio Lunæ est, quæ incipit à 29 gr. Capricorni, & terminatur in 9 gradu Aquarij. Vocatur hæc etiam ذنب الجدي *cauda Capricorni*, à stella prima primæ mag. in radice caudæ fixa. Genius eius خفاييل *Chafaiel*; statio fœcunditatis gregum.

XXV αγγειαιαγγις ✻ *Beatitudo beatitudinum*, siue *brachium brachiorum*, Arabicè سعد السعود *Saad elsaaud*; statio Lunæ est in dodecamorio Aquarij, cuius initium est nonus gradus Aquarij, & finis 21 eiusdem. Quidam Arabum hanc plagam vocant quoque فم الحوت *phem elhhaut*, id est, *os piscis*; est enim, vt cum Græcis loquar, στόμα τῦ ἰχθύος. λεγόμενον πῶν μεσόζωνον; & videtur ex antiquorum mente sidus hoc potiùs referendum ad piscem meridionalem & solitarium, quàm ad Aquarium. Nos igitur hanc stationem potiùs dicimus occupare eam plagam, quam Græci χάσκοντα, & ob anfractus, ἀγκύλον dixêre. Corruptè legitur in Vitruuio hoc loco *agandive*, pro *dgandiue*; quod doctos notare velim; Hesychius enim expressè ἀγκυλόδιον interpretatur, τὸ ἀμφὶ τὸν ὀπὸν κύκλον χάσκα, id est, *obscuriorum stellarum fusionem*. Genius est דאליאל *Dedaliel*; statio affluentiæ bonorum terræ.

XXVI αγγειαιβιτιρ ✻ *Brachium abscondituri*, Arabicè سعد الخبية *Saad elachbieh*; statio Lunæ est, quæ incipit à vigesimo primo gradu Aquarij, & terminatur in quarto piscium. Genius סאביאל *Sraiaiel*; statio voluptatum.

XXVII αρτελος ✻ *Statio prioris germinationis*, Arab. الفرع المقدم *Alphara elmahodem*; statio Lunæ est, cuius initium est à quarto gradu Piscium, & finis eius in 17 gr. Piscium. Genius eius טאליאל *Taiaiel*; statio siccitatum.

XXVIII αρτελοσια ✻ *Posterior germinatio*, Arab. الفرع المؤخر *Elphara almuthar*; statio Lunæ est à 17 gradu Piscium, vsque in 10 gradum eiusdem extensa. Genius הרבריאל *Harebriel*; statio inundationum.

Atq; hæ sunt Nomenclaturæ 28 stationum Lunæ, à veteribus Ægyptijs vsitatæ, quarum ordinem secuti sunt etiam Arabes Brachmanes Indorum Philosophi, vt ex libris eorum patet, vt in Supplemento ad Prodromum dixi loco supra citato.

PARS

PARS II.

De Ægyptiorum Computu, annique rectè constituendi ratione & methodo.

CAPVT I.

De Origine diuisionis temporum in annos, dies, horas.

AEGYPTIOS primos Mortalium post diluuium, Astronomiæ intendisse, Tempus iuxta Solis & Lunæ cursum in annos & dies diuisisse, interealandarum dierum rationem detexisse, suprà ex Plutarcho, Diodoro, Herodoto, aliisque sat superque patuit. Quod vt modò luculentiùs pateat;

Ægyptij diuiserunt annũ in tot dies, quot annis vixit Henoch

Sciendum est, Arcanam Hierophantarum, vti suprà in Astrologia, & in Obelisco Pamphilio fol. 28. innuimus, fuisse traditionem, annum ciuilem Ægyptiorum tot constitisse diebus, quot fuerunt anni dierum vitæ Henoch primi illius ante diluuium Hermetis, quem Arabes Adris, Ægyptij primum Osirim, aut etiam Hermetem dicunt. Habuit autem, attestante sacro Geneſis textu, Henoch, postquam translatus est, annos vitæ suæ 365. *Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.* Cùm verò suprà Hermetem secundum, quem Trismegistum diximus, annum tot dierum constituisse retulimus, verisimile est illum hanc methodum habuisse ex priscis Hermetis monumentis, per Chamum posteros Mundo communicatis; quo quidem ciuili Ægyptiorum pleno & simplicissimo, non tantum veteres Astronomi, sed & posteri Mathematici, & potissimùm eorum Princeps Ptolomæus vsi sunt. Alij hoc loco authoretur ἐναγωγὴν sed intercalarium quinque fuisse. Aseth trigesimum primum Regum Ægypti. ita Eusebius in Chronico. *Ægyptiorum Regum XXXI. regnauit Aseth annos XLX. huic apposuit anno diei intercalares: ex illo tempore anni Ægyptiaci 365 dierum prodire fuit, qui anni 360. ab solstitio.* Sed cum huius rei inuentionem iam suprà Mercurio Trismegisto multò antiquiori attribuerimus, non video, quo modo hoc cohærere possint; cùm à Misraim Ægyptiacæ Monarchiæ fundatore vsque ad Aseth, quem nos cum Mispharmutosi secundo eundem esse dicimus, anni computentur 924. ipso attestante Eusebio: Ἀπὸ τοῦ πρώτου Βασιλέως τῆς ἄνω Αἰγύπτου Μισρὲμ ἕως Ἀσὲθ τοῦ ἐπὶ Κοχόμε τοῦ ἐπὶ ψ΄. Βασιλεύσαντος: A Concharo verò ad Aseth anni iuxta eundem numerentur 224. qui iuncti 700 faciunt 924 annos, adeoque inuentio intercalarium incidat in annos circitet exitus filiorum Israël ex Ægypto; quod nullâ ratione dici debet, aut potest. Si enim Chronico Eusebij ex Manethonis fragmentis computato standum est, dicendum, vel Aseth confusum esse cum alio huius nominis Rege

Eusebius facit authorem ἐπαγωγῆς Regi Aseth, sed malè.

Rege, quem nos Maspharmutosin I I. suprà diximus, vel nodus hic intricatissimus est accuratiùs extricandus. quod vt fiat

Dico, Aseth Regem Mercurio ferè Synchronum fuisse; nam ante Tutemosin, ipsum Eusebius ponit tertium; hic Mercurij inuenta, vti curiosus erat, ad incudem reuocans, epagomenas in ordinem redegit, reiectisque varijs de anni forma rudis seculi opinionibus, solum hunc tanquam exactiorẽ retinuit; & vt mysteriosâ eum inuentione adornaret, singulos hosce quinque intercalares dies Deorum nominibus insigniuit, atq; ex hoc apud posteros huius machinationis inuentor audiuit, non quòd re vera primus fuerit earum inuentor, cùm formam anni 365 dierum ab Henoch, successiuâ traditione, vti diximus, per Chamum traditam, Mercurius primus post diluuium euulgauerit. Atque hâc ratione locum hunc, saluo meliorum iudicio, intelligendum existimo; hoc enim posito, & Chronologiæ ordo, & ratio temporis scitiùs sibi constabit.

CAPVT II.

De Lustro Sothiaco, seu Caniculari.

AEgyptij experientiâ diuturna obseruationum cœlestium paulatim instructiores, cùm viderent, annum, quo tunc passim vtebantur 360 dierum, Solis in Zodiaci periodo non vsquequaque respondere, sed quinque diebus eandem superare notarent, annum Solarem duodecim Mensibus τριακοντήμερον, id est, trecenarijs, & quinque dierum epagomenon appendice in fine anni, sine vllo quadrante dici definiuerunt; qui deinde ab omnibus verus annus ciuilis habitus fuit. Qui iterum vel fixus fuit, vel vagus & solutus; ille vti ciuilibus negotiationibus, ita hic sactis Hierophantarum actionibus inseruiebat.

Annus Ciuilis Ægyptiorum 365. dierum distinctus, fixus, & vagus.

Itaque annus Ægyptiorum simplex & vniformis fuit, sine vllis horis appendicibus, & bissextis, quæ quarto quolibet anno transacto in Iuliana forma intercalari solent. Quapropter si cum Iuliano comparetur, post annos quatuor Mensium neomeniæ vno die retrocedunt; post 8 annos, ad idem caput Iuliani Mensis & diei, vnde profecta fuerat, primi Mensis neomenia reuertatur. Atque hunc annorum circulum quidam vocant Lustrum caniculare, siue ὑπὸ Θ. συμπλοκὴν, ἀπὸ Σοθιακοῦ. Lustrum caniculare minus est Systema annorum 4 Ægyptiacorum, dierumque 1460; Lustrum verò minus Iulianum est annorum 4 Iulianorum, dierumque 1461, superatque Ægyptiacum vno die, ob quatuor quadrantum, intercalationem: Superat enim annus Iulianus simplex Ægyptiacum sex horis ferè, quæ quatuor annorum spacio in 24 horas excrescentes, diei integri intercalationem efficiunt. Iterum Lustrum caniculare maius Ægyptiacum, est Systema annorum Ægyptiacorum 1461, quo interuallo Thoth ciuilis redit ad Thoth Iulianum vnde profectus est: Iulianum verò lustrum caniculare, est Systema lustrorum minusculorum Iulianorum

Annus Ægyptiorum vniformis semper,

Instrumentũ culare seu Sothiacum Ægyptiorum tantũ.

Lustrum caniculare seu Sothiacum Ægyptiorum maius.

365. ſcilicet annorum Iulianorum 1460, Ægyptiorum verò 1461, quo interuallo Thoth redit ad eundem diem Iulianum. Atque hoc ſpacium ἔτος κυνικὸν μέγα, ſiue ἐνιαυτὸν Θεοῦ, id eſt, *Annum Dei* vocant. Quæ annorum diuiſio, appellatioque, non exiguas lites excitauit non ita pridem inter duos magni nominis viros; quam tamen ſolâ veterum Scriptorum authoritate dirimendam duximus: tantum enim in hac materia, vti abſtruſa, ita incerta, credi debet, quantum ex bonis Authoribus probari poteſt; nè figmentis, propudioſiſque commentis locus vllus concedatur. Gardo igitur controuerſiæ in hoc verſatur: Vtrum Ægyptij præter annum communem Solarem ſolutum & vagum, luſtra quoque quadriennia ſiue Sothiaca vſurpârint? Secundò, Vtrum ἐνιαυτὸν Θεοῦ ſiue *Annum Dei*, appellârint? Tertiò, Vtrum ad figendos annos intercalationem adhibuerint? De quibus ſingulis ordine breuiter tractabo.

Annus Dei apud Ægyptios.

Controuerſiæ ſtatus contra Ægyptiorum annos & luſtra.

Ægyptios igitur anno vago & ſoluto vſos, hiſce verbis Theon deſcribit: Ἐξ ἧς λαμβάνεται ὅτι μὲν καὶ ἡμέρα κατ' Αἰγυπτίους τὸ δι' ὅλου τὸ ζήτημα. ἐπεὶ γὰρ ὁ καθ' Ἕλληνας ἤτοι κατ' Ἀλεξανδρέας ἐνιαύσιος χρόνος ἡμερῶν ἐστι τξε', καὶ μία τετάρτη, καὶ καθ' Αἰγυπτίους ὡς ἔφαμεν τξε' μόνον. δῆλον ὡς ὅτι καὶ τέσσαρα ἔτη ἡμέραν προσλαμβάνει κατ' Ἀλεξανδρέας. *Deinceps vſurpatur Menſis & dies ſecundùm Ægyptios ad hunc modum. Quoniam enim Græcorum ſiue Alexandrinorum propriùs annus diebus conſtat 365 cum vna quarta; Ægyptiorum verò 365, duntaxat: perſpicuum eſt quarto quoque anno diem vnum, ad Alexandrinum accreſcere.* Quibus in verbis Alexandrinos indicat annum fixum, nimirum Auguſtæum accinisse; Ægyptios verò priſcos, ſine intercalari ſimplicem annum atque æquabilem egiſſe. Quæ omnia confirmantur apud Ptolom. in Almageſto, Luſtris quoque Sothiacis, quos ἐνιαυτοὺς Θεοῦ, hoc eſt, *Annos Dei*, appellabant, vſos eſſe, Cenſorinus refert his verbis: *Ad Ægyptiorum verò annum magnum Luna non pertinet, quem Græci κυνικὸν, Latini Canicularem vocamus; propterea quòd initium eius ſumitur cùm primo die eius Menſis, quem Ægyptij Θωθ vocant, Caniculæ ſidus exoritur; nam eorum annus ciuilis ſolùm habet dies 365 ſine vllo intercalari; itaque quadriennium apud eos vno circiter anni die minus eſt, quàm naturale quadriennium, eòque fit vt anno 1461. ad idem reuoluatur principium. Hic annus etiam annus ἡλιακὸς à quibuſdam dicitur, ab alijs Θεοῦ ἐνιαυτός.*

Theon Alexandrinus.

Ptolemæus.

Cenſorinus.

Quæ vt intelligantur, obſeruandum eſt, Ægyptios duplicem habuiſſe computus ſui rationem: vnam, quæ ad annos figendos, ac in ordinem redigendos inſtituebatur, eratque toti Ægypto vnà cum Alexandrinis promiſcuè vſitata; quam & in hunc diem vſque obſeruant Chriſtiani Coptitæ. Altera propria fuit Sacerdotibus & Hierophantis, vnde & myſtica ſeu hierophantica, & arcana dicebatur, ſolis, vt dixi, Sacerdotalis ordinis Sapientibus nota, nullâque intercalatione vtebatur, ſicuti ciuilis; ſed permittebat habenas annis ſuis, excreſcenteſque dies & annos certo quodam & myſtico artificio Solis rationibus imputabat. Verùm nè quicquam gratis dixiſſe videamur, dicta proborum Authorum teſtimonijs iam reſtat, vt declarentur. Primò Geminus peruetus Aſtronomus in ſuo de Sphæra libro de dictis Hierophanticis annis ita diſſerit: Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἐναντίαν πρόθεσιν καὶ ἀπόθεσιν ἔχουσι τοῖς Ἕλλησιν. Οὔτε γὰρ τοὺς ἐνιαυτοὺς ἄγουσι καθ' ἥλιον, οὔτε τοὺς μῆνας, καὶ τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην, ἀλλ' ἰδίᾳ τινὶ ἐπιβολῇ κεχρημένοι εἰσί. βούλονται γὰρ τὰς θυσίας τοῖς

Ægyptij duplicem Computus rationem habuerunt.

Hierophantica computandi ratio apud Ægyptios.

Geminus.

Θεοῖς μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι, ἀλλὰ διὰ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διεληλυθέναι, καὶ γίνεσθαι τὴν θερινὴν καὶ χειμερινὴν, καὶ φθινοπωρινὴν, καὶ ἐαρινὴν ἄγουσι. τὸν γὰρ ἐνιαυτὸν ἄγουσι ἡμερῶν τξε'. δώδεκα γὰρ μῆνας ἄγουσι τριακονθημέρους· καὶ πέντε ἡμέρας ἐπάγουσι, τὸ δὲ μίαν τετάρτην οὐκ ἐπάγουσι, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, ἵνα αὐτοῖς ἀναποδίζωσιν αἱ ἑορταί. *Nam Ægyptij contrariam, inquit, ac Græci ſententiam ac propoſitum ſecuti ſunt; neque enim annos ad Solem dirigunt, neque Menſes & dies ad Lunam, ſed peculiari quodam fundamento nituntur, ſtudent enim ſacra Deorum non ijſdem anni repræſentare temporibus, ſed ea ipſa omnes anni tempeſtates peragrare volunt, vt idem feſtum æſtiuum ſit, & hybernum, & autumnale, ac denique vernum. Annum quippe dierum obſeruant 365, Menſes verò duodecim tricenarios, addunt his præterea dies quinque; neque quadrantem inſerunt, ob dictam videlicet cauſam, vt ipſis ſolemnia retrocedant.* Atque hoc eſt proprium inſtitutum Hierophantarum, qui de induſtria anno ſuo habenas laxabant, vt ſolemnes dies ac feſtiui nullâ certâ tempeſtate continerentur, ſed per omnes paulatim circumducerentur. Cuius meminit quoque Haly in ſuo Tarich his verbis:

Annus vagus Hierophantarum eur.

Haly.

وكان لمصر من القبط اول لكهانهم وكان ثلثمائة وستين وخمس يوما بغير النقصان

واخرى ثلثة مائة وستين وخمس يوما وثلث ساعات لا سوي وهي سنة مشتركة لكل

اهل المصر

Fuerunt autem Ægyptijs duo anni: primus fuit Sacerdotum, eratque 365 dierum, abſque adiunctio: alter erat annus 365 dierum, cum additione horarum; & hic erat annus vulgo vſitatus, ſiue toti Ægypto communis. Meminit & huius diſtinctionis Theon Alexandrinus in Canonibus. Verba eius ſunt: Ἐπεὶ γὰρ ὁ καθ' Ἕλληνας ἤτοι κατ' Ἀλεξανδρέας, ἐνιαύσιος χρόνος ἡμερῶν ἐστι τξε' καὶ τετάρτου· ὁ δὲ κατ' Αἰγυπτίους, ὡς ἔφαμεν, τξε' μόνον, δῆλον ὡς ὅτι καὶ τέσσαρα ἔτη ἡμέραν μίαν προσλαμβάνει ὁ κατ' Ἀλεξανδρέας, καὶ διὰ τῶν ἡμερῶν τξε', ταῖς τε κατ' Αἰγυπτίους ἐνιαυτὸν ἔτει πάλιν ἅμα γίνεσθαι, ὥστε καὶ τὴν Ἀλεξανδρέων, καὶ δὲ καὶ τὴν Αἰγυπτίων τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰς ἡμέρας, καὶ τοὺς μῆνας τοὺς κατ' Αἰγυπτίους γενέσθαι ἐνιαυτὸν προσειληφότες· καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ πάλιν ἀκολούθως. *Quia verò iuxta Græcos, aut Alexandrinos, prout à nobis traditum eſt, annus dierum eſt 365 cum quadrante, iuxta Ægyptios verò ſolum 365, vt diximus; patet annum Alexandrinum in quatuor annis integrum diem aſſumere; in annis verò 1460. dies 365. hoc eſt, iuxta Ægyptios annum vnum; & rurſus eodem tempore & Alexandrini & Ægyptij annum ſuum ſimul auſpicantur; & toto illo anno dies menſeſq; planè iuxta Ægyptiorum rationem Alexandrini agunt; initio verò ſequentis anni incipiunt Ægyptij quadrantem diei anticipare, & ſic deinceps.* Ex quibus verbis apertè liquet rationis Alexandrinorum & Ægyptiorum in anno inſtituendo, concordia & diſcordia; & cum Alexandrinis quidem certum eſt, illos intercalaſſe quarto quouis anno diem, vt rectè Horus paulò poſt citandus, & ex illo Guilielmus Langius in doctiſſimo opere de annis Chriſti oſtendit fol. 217. Quæ omnia probat Diodorus l. 1. *Thebani vetuſtiſſimos ſe omnium mortalium eſſe prædicant, apud quos omnium primos philoſophia, & exactior Aſtrologia ſit inuenta: nam dies non ad Lunæ, ſed Solis motum exigentes, tricenos menſibus dies tribuunt, & poſt duodecimum quemque menſem quinque dies cum quadrante intercalant, eoque pacto circulum annuum abſoluunt.* Quæ Strabo quoque ijſdem ferè verbis attigit l. 17. vbi cùm de Sacerdotibus Thebanis loquitur, hæc

Theon.

Langius.

Diodorus.

Strabo.

inter alia producit. *Horum institutum hoc est, dies non iuxta Lunam, sed iux-*
ta Solem agere, ita vt tricenarijs duodecim mensibus appendices addant quot an-
nis dies quinque: porrò cùm ad totius anni complementum particula diei quædam
excurrat, certam periodum componunt ex integris diebus & annis integris, quæ
portiones singulorum annorum residuæ diem conficiunt.

Hic mirum in modum nonnulli contendunt, Ægyptiorum annos,

Lucianus.

Lunares fuisse, ex illo Luciani persuasi, qui lib. de Astrologia ita disserit: Ἐνιαυτὸς μὲν, ... καὶ τοῦ ἡλίου. Καὶ οἱ μὲν τῷ σελήνῃ μεῖζον ... ταύτης ... ἐγένετο. ... *Atque hi quidem* (Ægyptij) *Lunâ, eiusq; conuersione menses metiun-*
tur; annum verò Sole, eiusque circuitu definiunt. Quod vt exponatur, Scien-
dum est, quòd vti varia fuit varijs in Aegypto religio, ita Mensium quoq;

Ægyptiorum aliquorum annus Lunaris, bimestris, trimestris, &c.

ratio diuersa fuit. Nonnulli enim veterum Aegyptiorum cùm Lunam sin-
gulis Mensibus Orbem suum conficere notarent, hunc Orbem pro anno
vsurparunt, ita vt Mensis Lunaris, quo Luna Zodiacum transit, ipsis annus
Lunaris dictus sit. Cùm autem viderent, hanc Computus sui rationem
institutis suis contrariam, ea relicta nunc bimestrem, nunc trimestrem, aut
quadrimestrem posuerunt. Cùm verò nec sic ipsis in temporum distri-
butione satisfieri viderent, annū Lunarem præcisè 360 dierum fecêre, ita
vt singuli Menses 30 dierū præcisè 12 signis Zodiaci responderent. Sed
audiamus Censorinum: *Et in Aegypto quidem antiquissimum fuerunt annum*

Censorinus.

bimestrem fuisse; post deinde à Pisone Rege quadrimestrem factum; nouissimè an-
num ad 12 Menses & quinque dies produxisse. Cui consentit illud Authoris
Hebræi lib. de Moledim:

אמרו רז״ל שמקדם חשבו השנים לפי דרך המצריים ר״ל שחשבו השנים לפי
מחזורות ונכתב בספרי חשבונות שאבינו אברהם מסר למצריים זה דרך:

Dicunt Rabbini nostri bonæ memoriæ, quòd olim computabant annos suos secun-
dùm rationem Aegyptiorum, id est, quòd computabant annos suos iuxta cyclos Lu-
nares; & scriptum est in libro computus, quòd pater noster Abraham benedictæ
memoriæ hanc rationem dederit Aegyptijs. Ex his clarè patet, Aegyptios iux-
ta cyclos quoque Lunares annos suos instituisse, non omnes, sed nonnul-

Ægyptiorum alij vtebantur annis Lunaribus, alij Solaribus.

los Nomos Lunæ cultui addictiores; maiorem tamen Aegypti portionem
Solaribus annis vsam, testantur ea quæ paulò antè produximus, & lucu-
lentiùs in sequentibus patebit. Sed vnde digressi sumus, reuertamur.

Vtrumque Dei annum dictum esse, ex Authoribus nobis iam proba-
re incumbit. Atque ex Censorino quidem paulò antè probatum est.
Iam verò testem omni exceptione maiorem adducimus Horapollinem,
qui de hieroglyphica anni repræsentatione agens ita disserit lib. 1. c. 5.

Horapollo.

Ἔτι δὲ μεῖζον γῆς ἄρουρα ... ἐνιαυτὸν δὲ ἐνιστάμενον γράφοντες τέταρτον ἀρούρης ζωγραφοῦσιν. Ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα πηχῶν ἑκατόν. βουλόμενοι δὲ ἐνιαυτὸν εἰπεῖν, τέταρτον λέγουσιν. ἐπειδή φασι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς Σώθεως, μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς τέταρτον ἡμέρας προστίθεσθαι, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ θεοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν. ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδος περισσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι, τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει. *Instantem,* inquit, *annum significantes, arui*
quartam partem pingunt. Est autem ἄρουρα (vnde Latinis aruum dicitur) *ter-*
ræ mensura centum complectens cubitos. Itaque annum volentes dicere, quartum
dicunt, eò quòd ab vno, vt tradunt, sideris, cui nomen Sothis est, ortu ad alterum,
quarta sit interiecta diei pars; vt sit Annus Dei dierum 365. Quamobrem &
quar-

Annus Dei idem quod annus Solis apud Ægyptios.

quarto quoque anno superuacuum diem computant atque intercalant Aegyptij, qua-
tuor siquidem diei quadrantes, diem perficiunt. Cùm igitur Aegyptij Solem
Deum dicant, mirum non est, Solarem annum ἔτος Θεοῦ, Coptè ϯⲣⲟⲙⲡⲓ
ⲛ̀ⲫϯ, vel τὸν ἐνιαυτὸν ϯⲣⲟⲙⲡⲓⲫϯ dictum esse. Osiridem enim, siue

Plutarchus.

Solem, Plutarcho teste, μέγαν Θεὸν ab Aegyptijs dictum, Isidemque Lunam,
notius est, quàm dici debeat. Vnde & Apion Historicus Osiridis, seu

Apion Historicus.

Serapidis simulachrum ex nouem cubitorum Smaragdo conflatum stu-
pendo apud eos miraculo commemorat. Quæ omnia huic Solari Numini
Osiridi honorem præ cœteris habitum, ostendunt.

Annus communis cur per quartam arui partem significatur.

Iam verò (quod grauioris est difficultatis) cur annum commu-
nem per quartam arui partem, quæ centum duntaxat cubitos comple-
ctebatur, expresserint, & eundem annum τέταρτον, quasi quadrantem dice-
tes, nominârint, breuiter declarandum est. Cùm enim Horus duplicem

Annus duplex apud Ægyptios.

annum hoc citato loco describat, vnum minorem 365 dierum, alterum
κυνικὸν Canicularem, qui quatuor annos Solares comprehendebat, vno in-
super die intercalari addito; hunc annum ex ortu Sotheos quater repe-
tito definiebant, ita vt trecentis & sexaginta quinque diebus absolutis,
sex præterea horæ ad cursum, qui ex motu Solis definitur, singulis annis
adderentur, illæ verò post quatuor annorum conuersionem diem solidum
efficerent. Ægyptij inquam, quarto demum anno Sotheos diem vnum
intercalabant, & solidum annum tunc absolutum putabant (quod erat
reuera quadriennium, ciuili quadriennio vno die maius) quem Græci
κυνικὸν, Latini, vt benè notat Censorinus, Canicularem, Copitæ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ
ⲙ̀ⲡϯ vocant, eò quòd initium illius sumatur, cùm primo die eius men-
sis, quem Aegyptij Θὼθ dicunt, Sothis exoritur. Nam eorum annus pro-
prius Solaris solutus & vagus solus habet dies 365, sine vllo quadrante.
Itaque quadriennium vno circiter die minus est, quàm naturale quadrien-
nium, eòque fit, vt anno 1460 ad idem ferè deuoluatur principium om-
ninò. In Horo igitur annus vertens pro ciuili sumitur, eumque quarta
arui parte denotant, & annum volentes dicere, τέταρτον, *quadrantem* di-
cunt. Quorsum hoc, nisi quia sex horæ quarta diei pars sunt? & sicuti
præterea ciuilis annus quarta pars Lustri Canicularis, siue Sothiaci; ita
magni anni quarta pars sunt 365, anni, quæ in quatuor ducta producunt
1460, magnum illum annum Canicularem, quem suprà definiuimus Sy-
stema annorum Aegyptiacorum 1460. Iterum sicuti singulis simplici-
bus annis accrescunt sex horæ, quæ post quadriennium integrum diem
artificialem, ita singulis 365 annis accrescunt 91. dies, cum vna quarta,
quæ post 1460 excrescit in annum integrum magnum Canicularem, quem
Systema annorum 1461 definiuimus. Hanc autem rationem pulchrè

Horapollo.

subintexuit Horapollo, cùm dixit: Μετὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς Σώθεως μέχρι
τῆς ἄλλης ἀνατολῆς τέταρτον ἡμέρας προστίθεσθαι. *Ab vno Sotheos ortu vsque ad alterum*
[*præter annum*] *quartam diei partem adiungi; ex quo,* inquit, *quarto quoque*
anno superuacaneum diem computant. Quem Cynicum Alexandrini, Copti-
tæ Sothiacum, aut etiam Hermeticum appellant, ab Hermete eius pri-
mo

Hermes sub specie Canis pingitur.

mo institutore, quem & sub specie Canis pingebant, & in Cœlum traductum, sub specie Sothis fulgere credebant. Vides igitur, quomodo Sacerdotes fixerint annos suos, & quâ ratione habenas iisdem laxarint; fixerint videlicet iussu Principum ad civilium actionum directionem; laxauerint vero, ob rationes mysticas supra ex Gemino allatas. Atque hic annus eorum solidus, ciuilis, quatuor annorum erat spacio definitus, quo Eudoxus periodos, tempestatumque ambitus putabat confici, cuius & Plinius meminit his verbis: *Omnium quidem, si libeat observare, minimas ambitus, redire eadem vices quadrennio exacto. Eudoxus putat, non venterum modò, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte; & esse principium Lustri eos semper intercalari anno Canicule ortu.* Quibus quidem nihil clariùs dici potest. Cui consona quoque sunt ea, quæ Horapollo adfert lib. 2. hieroglyph. cap. 85. vbi annum Aegyptium quatuor annis conflare expresse dicit his verbis: Ἀνὸ ἐνιαυτὸν ἔτους ἑκάστου τέσσαρα ἔτη ἐστὶν, ἃ καὶ τὴν τετραετηρίδα ἐποίησαν. *Eum, inquit, qui legitimam hominis ætatem vixerit, volentes monstrare, Gerniculum mortuum pingunt; hæc enim 100 annos iuxta Aegyptios vitæ. Constat autem annus Aegyptiacus quidem annis quatuor.* Author Scaliger magnæ expressè dicit:

Annus fictus, & vagus Sacerdotum Ægyptiorum.

Plinius.

Horapollo.

Author Scalig.

الشهور القبطيه اثنا عشر شهرا كلشهر وخمسة وستون يوما وربع يوم الكبيسي في كل اربع سنين دور السنة الشمسية في لفظة فارسية

Menses Coptitarum 12, & annus eorum 365 dierum cum 4 diebus Nyth. & Nili gulis quatuor annis dies intercalaris mittum annis Neuris, quæ est vox Persica.

Intercalatio adhibita in anno Aegyptiorum.

Quibus nihil respondet Coptica Lectio ibidem:

ⲡⲓⲙⲏⲛⲓ ⲉⲧⲙⲛⲧⲣⲙⲛⲉ ⲛⲓⲙⲏⲛⲓ ⲛⲓⲙⲏⲛⲓ ⲛⲓⲙⲏⲛⲓ ⲛⲓⲙⲏⲛⲓ ⲛⲓⲙⲏⲛⲓ

Hoc est, *Menses duodecim Coptici, & insuper dies epagomenæ, Nota intercalationis singulis quatuor annis inito anno videlicet Neuro.* Quæ conspirat aliqui quidam manuscriptus Arabicus de Computo Coptitarum tractatus, quem mutuum concessit insignis vir Abrahamus Ecchellensis amicus meus singularis, qui ita de anno Coptitarum differit:

M.S. Arabicus liber de Computo Coptitarum.

والحية الشمسيه اكثر العدد وعدتهن انها كلشهر وخمس وستون يوم وربع من اجل ما يدرو من الشهور المرتبه في العلم اعني الشهور القبطي التي بدرها توت وباوه او شهور الروم والشرقان التي بدرها ايلول وقشرين وان هذا التركيب ركبوه اولان ادم من اول ايامه

Annum Solarem multi Sapientum credunt esse 365 dierum cum quadrante simpliciter; ideoq; menses in hoc Mundo ita ordinatos esse, vt initium v. gr. mensium Coptitarum, sit mensis Thoth & Paophi, vel initium mensium Græcorum, aut Syrorum initium sit Ellul & Tisrin; & dicitur, quòd hæc ordinatio facta fuit à filiis Adam ab initio dierum. Quibus quidem annus Solaris cum appendice quinque horarum, antiquitùs clarè describitur. Quâ ratione autem Antiqui intecalationem instituerint, sequitur:

راجعوا تمامها على ان السنة الشمسيه خمس وستون يوما وربع يوما

يوما سوا ولذلك يجتمع الربع في كل اربع سنين فيصير يوما ولذلك يكبسوا السنه الرابعه كلهن ثلثمايه وستة وستين يوما ❊

Et fundunt et fixerunt annum, ita vt annus Solaris esset 365 dierum cum quarta dici æqualiter, & ideo colligentes hanc quartam singulis quatuor annis confecerunt vnum diem intercalantes eundem constituerunt 366 dierum. Verùm si cuipiam necdum satisfactum esset citatis locis, illi producimus Diodorum Siculum suprà etiam citatum, qui de Thebanis loquens ita differit: Diodorus Siculus.

τὰς δὲ πράξεις οὐ κατὰ τὴν σελήνην, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἥλιον διανεμήσεις μὴν τριάκοντα ἡμέρας, πλέον δὲ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας καὶ τέταρτον τῆς ἡμέρας μέρος ὑπάρχειν· καὶ τοῦτο τὸ τέταρτον τὸν ἐνιαυτὸν συλλαμβάνειν.

Dies, inquit, non sumuntur iuxta Lunam, sed Solem, ita vt singulis mensibus 30 dies attribuant, & quinque dies cum quadrante duodecim mensibus inferant, & hac ratione totum cyclum anni complent. Erat igitur Ægyptijs præter annum vagum & solutum, fixus quoque & emboliſmæus maxime in vsu, cùm sine eo maximas in rerum publicarum administratione confusiones oriri necesse esset. Imò hanc intercalationem tantum abest, vt à Græcis primùm & Latinis acceperint Ægyptij; vt potiùs Græci ab ijsdem Ægyptijs primò didicerint veram anni rationem, & intercalationis methodum. Verùm nè quisquam verbis tantùm me agere existimet, pro me habeo grauissimum & maximæ fidei Authorem Strabonem, qui in 17 libro circa medium, Eudoxum hanc intercalandi diei & anni rationem ab Aegyptijs acceptam in Græcam primum intulisse his verbis docet: Intercalandi rationem ab Ægyptijs acceptam Græci.

Ἐνιαυτὸν δὲ τὸν τοῦ Μάτρου ὁ Εὔδοξος ὅδε τις ἐπιδείκνυται τῶν ἐμβόλιμον ἐπάγειν ἐθέλειν ἐνόμιζεν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἔφευγε τὰς ἐν τῷ ἔτει τροπὰς, ἐν ἑξήκοντα μυριάσι, φησὶν, ἡμερῶν ἐφ' ἑκάστῳ τετραετηρίδι τοῦ χρόνου, καὶ ἡ διαφορὰ συλλεγομένη ἐξίσου ἐμβόλιμος. ὧν δὲ ἕνεκα τῆς διαμαρτάνειν ἐστὶ τοῦ ἐνιαυσίου μέτρου, πολλὰ δὴ ἀπαριθμεῖται παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις. οὗτοι δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας ἴσας ποιοῦσι τὸ ἔτος. Ἀλλὰ τηνικαῦτα τῶν ὁ ἐπιτιθεὶς αὐξῆ τὰς ἡμέρας, ὡς Ἕλλησι. ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ. ἴσως δὲ τοιούτοις Αἰγυπτίοις παρέλαβον αὐξῆ τῆς μεσημβολιᾶς. Ἐφύλαττον δὲ οἱ Ἕλληνες ἐν τῇ ἱερᾷ ἐπιστήμῃ, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀδιαλαβήτως ἐφ' ἑαυτῶν, ἕως ἐπὶ τῆς Καλλιππου.

Hoc est. Etenim Eudoxus cum Platone eò profectus est; & ambo cum Sacerdotibus annos 13 fuit versati, vt nonnulli tradiderunt. Isti Sacerdotes cum rerum cœlestium scientia præstarent, cæterùm arcanam eam seruarent, neque cum quoquam communicare vellent; tamen & tempore, & obsequio deuicti, nonnulla præcepta enarrauerunt, eiam plurima interim Barbari occultarent. Ij accurrentes diei ac noctis particulas suprà 365 dies ad anni complementum, tradiderunt. Ignorabatur annus eo tempore apud Græcos, quemadmodum & alia permulta; donec iuniores Astrologi ab ijs ea acceperant, qui Sacerdotes monumenta in linguam Græcam transtulerunt, & adhuc tum ab illis, tum à Chaldæis accipiunt. Ex quibus clarè patet multò ante Alexandri Magni irruptionem, Aegyptios scisse, & vsurpasse emboliſmum anni ex quatuor dici quadrantibus excrescentis; imò Eudoxum secretum ab Hierophantis, quà muneribus, quà obsequijs deuictis acceptum Græcis primùm tradidisse. Eudoxus ab Aegyptijs accepit intercalandi rationem.

Præter hunc annum fixum, ciuilibus actionibus destinatum, alium, vt dixi, annum habebant, qui solus cognitus erat Sacerdotibus, quem & annum Dei vocasse partim probauimus, partim paulò post probabitur; eratque quadruplex. Primus erat annus ex quatuor anni quadrantibus, Annus Dei Hieromastarum quadruplex.

seu

Primus annus Dei seu Lustrum Caniculare.

seu quatuor trimestribus spacijs constatus, quem & annum Hori appellabant. ita Censorinus loco sæpiùs citato his verbis: *Sunt qui tradant, hunc annum trimestrem Horum instituisse, εοῦ Ver, Æstatem, Autumnum, & Hyemem ἔφος, & annum dici, & Græcos annales ἔτεος, eorumq; Scriptores ἐνιαυτὸν.* Porrò annum quoque fixum, & Lustrum Caniculare, seu Sothiacum, ἐνιαυτὸς ΘΩ appellatum, ex Horapolline & Censorino probatum est, quorum sententiam confirmat Haly Chronographus Arabum his verbis:

Haly.

وسنة الصر هي الكبيرة هي مركبة من اربع سنين جنطين وتسموها سنة الدلان كل واحدة منهن مرسومة بسم الالهم ☼

Porrò annus magnus Ægyptiorum compositus est ex quatuor simplicibus annis, quem & annum Dei dixerunt, quia Dnus suisque eorum nomine alicuius Dei insigniebatur. Quo quidem testimonio nihil illustriùs dari potest. Hinc Persæ occasionem quoque sumpsisse videntur, annum illum magnum 1440 annorum denominandi سالخودای *Salchudai*, hoc est, annum Dei, & mensem siue duodecimam partem huius magni anni mensem magnum, μῆνα μέγαν. Persicè بزورج ماه *Bozgrab mahe*, Chaldaicè סהרא *Sabara*, corruptè Sarus, vnde & Sari Chaldæorum. Si enim 120 anni ciuiles sunt vnius mensis, duodecim huiusmodi menses, qui sunt anni 1440, erunt vnus annus maximus. Dicebatur autem Persicè سالخودای *Salchodai*, ἐνιαυτὸς ἀπὸ θεοῦ, à diebus mensium Diis Persicis συνωνύμοις, vt alibi declarabimus. Vides igitur, & Persas Aegypto vicinos, annos suos ad Aegyptiorum imitationem coordinasse, vt qui mysterijs & disciplinis mysticis, ijs essent similes, annorum disponendorum rationibus non discreparent. Quod igitur nobis est spacium temporis inter duos bissextos comprehensum, videlicet Lustrum, seu quadriennium Iulianum, hoc Aegyptijs erat Lustrum Sothiacum siue Caniculare, vtrumque 1460 dierum, post quorum euolutionem vnius dici conflati ἐμβολιμαῖος contingebat, vt ex suprà citatis Græcis, Arabibus, Latinis, Hebræis probatum est.

Persæ ab Ægyptijs accepérunt rationem disponendi annum

Lustrum Sothiacum seu Caniculare quid.

Intercalandi ratio Aegyptiorum declaratur.

Vnum hoc loco quispiam mirari forsan posset, quomodo Aegyptij post singula, tam partua, quam magna lustra, dies & annos intercalárint, cùm tamen constet, Aegyptios præ cæteris omnibus ἐμβολιμαῖον maximè odio habuisse, vtpote mysticæ festorum solemnium dispositionis perturbatorem. Quod & ex Scholijs Germanici hisce verbis ostenditur: *Deducitur autem Apis à Sacerdote Isidis in locum, qui dicitur Ἀπὶ Θ, & iure iurando adiguntur, neque mensem, neque diem intercalandum, quem in festum diem immutarent, admissuros, sed 365 dies præterea sicuti institutum est ab antiquis.* Ex hoc loco Authores magni nominis occasionem acceperunt, omnem Aegyptiacam intercalationem negandi. At respondeo, hoc loco non intelligendam anni dispositionem ciuilem Aegyptiorum, qui cum Alexandrinorum Græcorum que ciuili idem habebatur, vt ex superiùs citatis Authoribus patet; sed Hierophanticam seu mysticam illam Sacerdotum, qui in arcana dispositione sacrorum, quæ in honorem Deorum instituebantur, confiftebat; & sicut in omnibus mysterijs silentio supprimendis iure iurando tenebantur, ita & in hac mystica annorum dispositione; qui vt cum

cum intercalari consistere non poterat, ita eam quoque tanquam mysticis sacris repugnantem abominabantur. Cùm enim ἡ ἐπαγομένη, siue dies Nisi, alicuius Dei cognomines sint, atque eodem die natales eius, cuius cognomines erant, celebrarentur; si sexta ἐπαγομένη accederet, cui Deo dicaretur, cuius Dei Epocham celebrarent? erant autem, vt in Prodromo ostendimus, ὅσοι ἐπὶ τῶν ἡ.

Plutarchus.

ΘΟΣΡΙΣ ✻ ΙΣΙΣ ✻ ΝΕΦΘΗΣ ✻ ΤΥΦΩΝΟΣ ✻ ΑΠΟΛΛΩΝ ✻

teste Plutarcho. Si igitur sexta ἐπαγομένη accederet, duæ ἐπαγόμεναι, siue nefastæ continuæ forent; quod erat contra institutum Hierophantarum. Habenas igitur ei laxabant consultò, vt annorum 1460 curriculo expleto, Dij patrij totum Orbem peragrasse dici possent, vt & Plutarchus haud obscure docet in libro de Osiride & Isíde. Confecta autem dicta periodo, neomenia Lustri caniculáris incipiebat ea nocte, quæ post meridiem quinque dierum Nisi sequebatur, oriente Canicula ἀκρονύχιος nocte quæ Thoth præcedebat, totusque ille annus vocabatur Θώθ. Anno sequente eadem nocte quæ Thoth antecedebat, obseruantes ortum Caniculæ, qui non vespere vt primo anno, sed mediâ nocte oriebatur, tunc incipiebat annus Lustri secundi. Anno tertio ortus Caniculæ ante Solem eminebat, & hinc tertius Lustri annus incipiebat. Quarto anno Canicula non poterat videri, quia in meridie Aegypti in contraria parte alterius hemisphærij oriebatur; itaque à meridie Thot incipiebat quartus annus Lustri. Ita inter singulos Lustri annos vnius dici quadrans erat interiectus, & sine vlla dici integri ἐμβολιμαίᾳ. Sed sensim vnus dies subrepebat. Tota igitur controuersia inter Authores orta videtur, quòd Ægyptiorum ciuilem computandi rationem, ab Alexandrina diuersam, quam nos eandem dicimus, arbitrarentur. Sicuti enim fixus annus Ægyptiorum cum Alexandrino idem est; ita vagus, solutus, & ἀμφιβολιμαῖος penes solos Sacerdotes & Astronomos Ægyptios resedit, vti fusè in præcedentibus probatum est: & Geminus c. 6. asserit luculenter, festum Isidis, quod Eudoxi temporibus hybernis conuersionibus conueniebat, postea suo tempore mense integro inde distitisse, quod factum non fuisset, si Aegyptijs fixus tantùm fuisset annus, non vagus & solutus. Nam vt ipse Geminus citato loco testatur, in 4 annis vno die Aegyptij deficiunt à Sole; in 40 annis, decem; totidem itaque diebus festa eorum anticipabant, nè secundùm eosdem anni quadrantes continerent; ita quidem, vt 120 annorum spacio 30 dierum, id est, mensis integro anticipent festa, respiciendo tùm ad annum Solis, tùm ad quadrantes. Hinc, inquit Geminus, erratum illud quod apud Græcos circumfertur, cùm propter temporis longitudinem approbatione dignum sit habitum, etiam ad nostra vsque tempora pro vero creditum fuit. Putant enim plurimi Græcorum in festum Isidis secundùm Aegyptios, & secundùm Eudoxum, hybernas conuersiones incidere; quod omninò falsum est; mense enim toto festum Isidis distat ab hybernis conuersionibus. Fluxit autem error ille ex causa prædicta; nam ante 120 annos contigit vt festum Isidis in ipsis hybernis conuersionibus ageretur; in annis autem quatuor vnius dici fiebat variatio; hic itaque

Lustri caniculáris neomenia quando incipiebat.

Quomodo Aegyptiorum festa per omnes anni dies vagabantur.

non habuit sensibilem varietatem ad anni tempora: in annis autem 40 facta est 10 dierum variatio; nec sic quidem euenit sensibilem fieri mutationem. At nunc (sunt verba Gemini) cùm in annis 120 fiat maxima variatio, excessum ignorantiæ non relinquuntij, qui putant festum Isidis secundùm Ægyptios & secundùm Eudoxū ad hybernas fieri conuersiones; vno enim die, aut duobus dissentire aliquos hac de re, possibile est; at mansionum varietatem latere, impossibile est, quòd & longitudines dierum, & horologia Sciatherica Aegyptijs vsitata, satis demonstrant. Vnde festum quidem Isidis priùs fiebat in hybernis conuersionibus, & adhuc priùs in æstiuis conuersionibus, sicuti & Eratosthenes in Commentario de Octoeteride meminit, & agetur iterum in autumno, & in æstiuis conuersionibus, & in vere, & in bruma. In annis enim 1460 omne festum transire oportet per omnes anni quadrantes, & menses restitui ad idem anni tempus.

Geminus;

Annus Hieroglyphicus.

Porrò hieroglyphicum quoque hunc annum appellatum reperio, non alia de causa, nisi quòd singulis mensibus acta Deorum hieroglyphicè exhiberentur. Verùm vt Lector veritatem rei propiùs intueatur, hoc loco (vt in sequenti facie vides) Schema hieroglyphicum propono, quod & in Obelisco Pamphilio fol. 464 minutim interpretati sumus; ad quem Lectorem curiosum amandamus.

Lustri Sothiaci quatuor anni Deorū Aegyptiorū nominibus appellantur.

Quòd verò quidam putent, huiusmodi annos nominibus Deorum denominatos esse, probari non posse, ij sanè multùm hallucinantur, & in reconditiori Aegyptiorum literatura parum se versatos declarant. Et primò quidem singulos annos quadriennij, siue vt Horapollo, τὸν ἐνιαυτὸν τῶν ἐνιαυτῶν Θεῶν, quartum annum Dei nominibus appellatum, suprà ex Strabone Authore probatum est. Et primum annum Lustri Sothim siue Caniculam dictum, quam Perosiris Rex apud Vettium Σὼθ vocat, idque genere masculino τὸν Σὼθ ἀπαλὸν, quod erat initium anni Aegyptiaci, clarè Porphyrius in Antro declarat his verbis: Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ τοῦ ἔτους ὁ ὑπὸ τοῦ Κυνὸς ἀνατελλόμενος ἀστὴρ, Ῥωμαίοις, ἄλλα καρκίνου. ἐκεῖ γὰρ καρκίνου ὁ Σείριος, διὰ τοῦτο ἀρχὴν ἔλλειψιν ἔχει, τοῦ ἔτους ὁ δὲ ἀστὴρ ὁ Σὼθ ἀπαλὸς. *Aegyptijs verò initium anni non erat Aquarius vti Romanis, sed Cancer: propè Cancrum enim Sothis, quod Canis stella Græci vocant, Neomenia autem ipsis est Sothios ortus, generationis in Mundo Author.* Ex quo patet, hunc annum primum Sothin dictum, siue Thoth, vtpote ab Hermete κτιστῆρος instituore annorum; reliquos verò non ineonuenienter Isidis aut Serapidis, Isidis & Hori nominibus denominatos, ex figura hieroglyphica 36 Theat. hierogl. luculenter patet, vbi annum κυνικὸν volentes monstrare, Hermetem caninā facie Crocodilo insistentem cum sphæra in manu Authorem sagacem temporum & Astronomiæ denotant, a cuius latere dextro Iuppiter Ammon, ab altero Serapis cum modio Nili in capite, appositā figura stellæ, quibus quidem nihil aliud denotare volebant, quam anni Sothiaci curam habere, quatuor principalia Aegypti Numina, Hermetem, Serapidem, Osirin, Isin vel Isidis canem. Isin autem per stellam signari, Manilius Author est. Habet autem Canicula duas stellas, vnam in capite, quæ Isis vocatur Porphyrio teste, & aleram in

Porphyrius.

Manilius.

Porphyrius.



Diodorus. in lingua, quæ Syrius propriè & Canis nuncupatur. Vnde Diodorus l. 1. Bibl. inter titulos Isidis hæc ponit:

Ἐγὼ εἰμὶ ἐν τῷ κυνὶ διαπρέπουσα.

Ego sum in astro Canis fulgens.

Quòd autem Manilius dicit, in huius sideris exortu Aegyptios ἐνιαυσίους θεοὺς ποιεῖσθαι τῷ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μέλλοντι, id est, *prognosticon facere de iis, quæ toto anno futura sunt*; alludit ad καλανδολόγιον, quæ nos vulgò Almanach vocamus, mosque iste, vt apparet, ab Aegyptijs promanauit ad Græcos. Sed vtad institutum reuertar, hoc vnicum dico, si nullum aliud argumentum huius denominationis esset, certè illud ad rem demonstrandam sufficiens foret, quod Coptitæ & Aethiopes dictum quadriennium in hunc diem obseruent. Sicuti enim Veteres singulos illius annos nomine Dei alicuius appellabant, ita & dicti populi eiusdem quadriennij singulos annos, non quidem nomine profani Dei, sed quatuor Euangelistarum nominibus indigitant, ita vt primus à bissexto vocetur Matthæus, alter Marcus, tertius Lucas, quartus Ioannes: quod & Computus Coptus his verbis describit:

Coptitæ & Aethiopes quatuor Lustri annos 4 Euangelistarum nominibus appellant

يوم الكبيس في كل اربع سنين ولكل واحد منهم جميعها يسم اربع اعيادلي

Dies intercalaris singulis annis quatuor cuenit, & vnum-quemque ex iis denominant nominibus quatuor Euangelistarum. Expressiùs hoc videtur in Computu Ecclesiæ Aethiopicæ, in quo Author docens modum inuenienti annum Euangelistarum, ita procedit:

ዐበዙተኞሚ፡ ዓራት፡ወደጋለወጮች፡ ዓራት።ዎሕ ጋዙ።
ወ።ኦሄ፡ተከ፲ሐ፡ወሰንኖ።ተገፈሕ።። ወነፃ ዋዓበ።።
ዖቲ ወሶ፡ ወጋዎ ዋዓሶ።ዎጋቸ።ወገፀዋ ዕሶ፡ ሁ ቀዕ፡
ዕአዖ ዕርዖ፡ኮ ፋፅ፡ሰዐሐ።። ፋዎሸፍ።።

Hoc est, *Vt scias annum Euangelistarum, Annum gratia per 4 numerum diuide; quòd si reliquum fuerit 1, erunt dies Matthæi; si 2, dies Marci; si 3, dies Lucæ; si autem æquata fuerit diuisio per 4, tunc dies Ioannis.* Ita Veteres primum annum vocabant Sothin, alterum Isin, tertium Serapidem siue Osiridem, quartum Horum, vt benè quoque notat Scaliger. Annos igitur ab Aera Nabonassari diuidentes per quatuor, inueniebant annum Deo conuenientem, eâ prorsùs ratione quâ Aegyptij Coptitæ & Abyssini diem Euangelistarum.

Verùm vt Lector anni tùm fixi, tùm vagi, tùm Lustrorum maioris minorisque rationem exactius cognoscat, hoc loco Cyclicum totius anni Systema disposuimus; in quo extrinsecus circulus fixi anni rationem obtinet, intrinsecus verò in formam orbis circa centrum suum mobilis, anni soluti & vagi formam exhibet. Cui festa Aegyptiorum, quæ singulis

lis mensibus occurrunt, ex varijs Authoribus collecta apposuimus; ex cuius applicatione ad primum diem mensis Thoth, discès primi vagi anni diem & annum, festorumque toto eo anno situm; elapso verò anno, applicatio primi diei Thoth ad secundum diem mensis Thoth, monstrat omnium festorum eo anno occurrentium situm & dispositionem; & sic dato quolibet anno, si scire desideres situm & dispositionem festorum Aegyptiacorum eo anno conuenientem, applicabis dato anno primum diem Thoth interiori rotæ, ad datum diem vel annum in exteriori limbo, & habebis intentum. Nota tamen hoc loco, quòd sicuti Lustrum caniculare ex quadriennio compactum dies 1460 notat, ita magnum Lustrum caniculare annos istius cycli notat; siquidem iuxta suprà allegata annus ciuilis est 365 dierum, quæ ducta in 4, 1460 dies conficiunt, quot nimirum quadriennium Sothiacum dies continet; 4 verò ducta in 365 annos, producit magnum illud Lustrum caniculare 1460 annorum curriculo comprehensum. Extrinsecus itaque circulus in 365 gradus diuisus tàm diebus quadriennij Sothiaci, quàm annis magni Lustri applicari potest; vt proinde mirum Aegyptij in tam pulchra dispositione ingenium monstrarint. Festa siquidem quæ magno Lustro conueniebant, illa eadem minori Sothiaco ex 1460 diebus conflato, accommodabantur; ita quidem, vt Dij non tantùm magnum illum Orbem spacio 1460 annorum circuire censeantur, sed & minorem dierum Orbem quadriennio comprehensum, circuisse dici possent; atque adeo Hierophantæ cultum Dijs debitum, cùm in magno illo Lustro ob vitæ breuitatem exhibere non possent, illum in Lustro dierum 1460, Dijs exhiberent. Nunc sacra & vium rotæ expouanius.

Primus itaque mensis Thoth, Ægyptiacè nihil aliud significat, nisi Mercurium, quem Ægyptij nunc Thoth, nunc Thoyth, teste Eusebio. Phœnices Tautum, Sacerdotes verò Ζωθὶ, quasi dicas, Canem, nominant; vt proinde non immeritò primus Aegyptiaci anni mensis Mercurio tanquam dispositionis annuæ Authori & inuentori, à priscis dicatus sit; de quo fusiùs lege Diodorum l. 2. c. 1. Eusebium & Herodotum. Erat autem in hoc mense potissimùm sacra Mercurio dies duodecima. Sed audiamus Plutarchum: Τῇ μὲν δὲ ἑνδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τὰς τροφὰς μόνας ἐσθίουσι τοῖς θεοῖς. Ἑβδόμῃ, μᾶλλον δὲ ἕκτῃ φασὶ τὸν Ἑρμῆν γεγονέναι. Διὸ τὴν ἑβδόμην ἐν τοῖς ἱεροῖς ἄγουσι τὸν Ἑρμῆν, ἢ μᾶλλον ἕκτην. *Vndecima secundùm die primi mensis solum agunt Mercurio, mel & ficus comedentes, dicendo, dulcis est veritas.*

Mensis 1 Thoth. Diodorus. Eusebius. Herodotus. Plutarchus.

In secundo mense, quem Paophi dicunt, baculorum Solis natalia 22 die celebrantur, ita Plutarchus lib. de Osir. & Iid. Τῇ δὲ εἰκάδι ἑορτὴ τῷ Πανὶ βακτηρίας ἥλιον γενέσθαι, ἐν ἧσπερ ἡμέρᾳ φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν. *Vigesima secunda die mensis Paophi post æquinoctium autumnale, festum diem celebrant, tum Solis baculos natos dicentes.* Quo, teste Plutarcho, innuunt, baculo veluti fulcro quodam, quo sustentetur. Solem, vtpote qui ob descensum obliquum versus Tropicum brumæ caloris & luminis aliquam diminutionem passus sit, indigere. Sexta verò die huius mensis, partum Harpocratis celebrant; quæ hisce verbis Plutarchus citato loco memorat: Ἕκτῃ μέντοι φασὶ τὸν Ἁρποκράτην γεγονέναι, τὸν νεώτατον τῶν θεῶν, ἄωρον καὶ ἀσθενῆ τοῖς σκέλεσι γεγενημένον. Τίκτεσθαι δὲ τὴν Λητὼ κατὰ τὴν

Mensis 2 Paophi. Plutarchus.

Plutarchus.

τῶν ἐξ ἐτῶν χιλιοστὴν ἀπὸ τῆς κτίσεως. *Ideo dicitur, Isin se grauidam dum sentiret, appendisse sibi amuletum, sexta die mensis Paophi, eo perperisse Harpocratem, sub solititium hybernum, imperfectum ac recentem*, quòd scilicet tum præui flores & germina prima nascantur; ideoque sabarum nascentium primitias offerunt. Hic toto quoque mense Omphta, quem Plutarchus Omphis vocat, benefico Numini sacra celebrant: Ἔστιν δ' ὄνομα τῷ θεῷ τὸν Ὄμφιν ὑφηγεῖται ὁ Ἑρμῆς λέγων. *Alterum nomen Dei Omphis, quem beneficum interpretatur Hermæus*; de quo vide in descriptione Zodiaci hieroglyphici in præcedentibus amplius tractatum.

Mensis 3 Athyr. Die 17 mensis Athyr interitus Osiridis celebratur: Typhonem enim Osirin arcæ inclusum per Tanitieum ostium in mare demisisse, ferunt; quad eam ob rem etiamnum Ægyptijs nominatum est admirabile. Ταῦτα δὲ φασὶ γίνεσθαι λέγοντες ἐβδόμῃ καὶ δεκάτῃ μηνὸς Ἀθὺρ ἐτῶν ἑπτακοσίων ἐβασίλευε τοῦ Ὀσίριδος ἀγνοῦσι τὸν ἐνιαυτόν. *Dicuntur hæc acta esse 17 die mensis Athyr, quo Sol Scorpium ingreditur, vigesimum octauum annum regnante Osiride.* & alibi. quòd autem in arcam inclusus dicitur, nihil aliud est, quam aquæ occultatio & diminutio. Διὰ μὲν οὖν τὰ ἀφανισθέντα τοῦ Ὀσίριδος λέγουσι, ὅτε τῇ ἑπτακοστῷ καλουμένῃ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ Νέου Σεληνῇ, γίνεται δὲ ἡ τροπὴ. *Itaque mense Athyr periisse Osirin dicunt, quando Eteſiæ omnino deficientibus, Nilus recedit, eò solum nudatur.*

Mensis 4 Choiac. Die 19 mensis Choiac sacra Cistophoria celebrantur; solennitatis ritus Plutarchus recenset his verbis: τῇ δὲ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Χοιὰκ ἡ θάλασσα πᾶσα τοῦτο, καὶ τὰ ὕδατα πλεῖα τῆς γλυκύτητος, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπιφέρουσι κιβωτοῦ κρύπτην, ἣν ἐν τῷ ἱερῷ κατέχουσι μικρὰν καὶ στενήν· ἐν ταύτῃ δὲ τὸν μὲν ἀριθμὸν οὐδὲν ἐπιφέρουσι τῶν ἄλλων ἀγγείων, ἃ δὲ μάλιστα τῇ φύσει τοῦ ὕδατος, καὶ συμμίξεσιν ἀσφάλτου καὶ σμύρνης καὶ τοιούτων ἑτέρων ἁρμόττει χρῆσθαι πρὸς ἃ ἀναλύσεις καὶ ἀγαλλάσεις, καὶ τοῦτο ἐκλέγουσι, καὶ καθαίρουσιν ἐμφαίνοντες ὅτι γῆς οὔσης ἐγκέφαλον τὸν Θεὸν τοῦτο νομίζουσι. *Decima nona die mensis Choiac nactu ad mare descenditur, & sacrum ciſtam ſtoliſtæ Vnà cum Sacerdotibus efferunt, in qua eſt intus aurea arcula, cui infunditur ab ijs aqua potabilis, ac elamor tollitur ab his qui adſunt. Deferentibus, Osiridem eſſe inuentum, exinde tellurem frugiferam aquas permiſcent, additiſq; mixturæ aromatibus & ſuffimentis ſumptuoſis effingunt imaginculam luniformem, & hanc amiciunt & ornant, ſignificantes Deos ipſos ab ipſo putari eſſe naturam terræ & aquæ.*

Mensis 5 Tybi. Die mensis Tybi, reditus Isidis è Phœnicia celebratur. ita Plutarchus citato loco: Διὸ καὶ Φοίνικες βάθρῳ τῷ Τυφῶνι ἄγουσι τὸν Ὄσιριν· ὃν Φοίνικες, ὅταν ἐπὶ τὰς ναυτιλίας ἴωσιν ἀπὸ τῶν ἐμπορίων, ἐπιβαστάζουσιν. *Ideo ſeptima die menſis Tybi ſacrificantes, quem aduentum Iſidis è Phœnicia vocant, & ex placentis efformant fluuiatilem equum vinctum*, quo Typhoniam vim ab Iſide profligatam innuunt; hoc eodem mense celebratur Nephtes solennitas.

Mensis 6 Mechir. Menſe Mechir Sacerdotes adyta ſua luſtrabant, & Canopo itabant; cuius ritus & cœremonias vide in primo Tomo, huius Oedipi, capite de Canopo.

Mensis 7 Phamenoth. Menſe verò Phamenoth, feſtum quod Oſiridis in Lunam ingreſſum nominant, celebrant. ita Plutarchus: Ὅτι τῇ περιόδῳ τοῦ Φαμενὼθ μηνὸς ἐφ' ἑπτὰ ἡμέρας ὁ Ὄσιρις ὁ τοῦ Ἡλίου καταβαίνει, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ καὶ Ὄσιριν τὸν τοῦ Ἡλίου καταβαίνειν, ἐκ δεκάτης. *Quod in Neomenia menſis Phamenoth feſtum celebrant, quod Oſiridis in Lunam ingreſſum vocant,*

exiſtimantes illud Veris principium. Hoc enim pacto vim Oſiridis, id eſt, Solarem in Luna ſubobſcurè inſinuant; eſt enim Luna ſiue Iſis vxor Oſiridis; ideoque Lunam Mundi matrem appellant, & naturam ex vtroque mixtam ſexu aſſignantes, quod implera & grauida facta à Sole, rurſum à ſe in aërem emittat & diſſeminet genitabilia principia.

Mensis 8 Pharmuthi. Menſe Pharmuthi, Ammonis feſtum celebrant, vti in Zodiaci hieroglyphico ſuprà oſtendimus; eſt enim Amun Numen Arietinum fœcunditatis præſes, cuius maximè ſeſe exerunt inditia, Sole in Ariete aſcendente ſub Veris principium. Eodem tempore feſtum celebrabant, teſte Pauſania, quod profligationem Typhonis dicebant: & teſte Plutarcho, Crocodilum occidebant, cuius ſymbolum Typhon erat; occulte hiſce ritibus inſinuantes, Sole in Arietem ſeu Ammonis domum concedente, tenebras & frigoris vehementiam, Typhoniæ virtutis effectus, profligari, ac ammoniâ virtute diſpelli. Vide quæ de hiſce citato loco, & in Obeliſco Pamphilio, de Arietis ſignificatione fol. 269. tradidimus.

Pauſanias. Plutarchus.

Mensis 9 Pachon. Menſe Pachon ſiue παχωνι, qui Maio reſpondet, Serapidi ſacra faciebant, id eſt, Oſiri ſubterraneo, cuius beneficum maximè hoc menſe eluceſcit in terra omni germinum herbarumque genere luxuriante. Hinc Plutarchus hanc vocem Σάραπιν, gaudium interpretatur: Satrei ſiquidem Ægyptij lætitiæ feſtum appellant. Sed de his fuſiùs tractatum vide Tomo 1. cap. de Serapide. Præterea hoc menſe ſphragiſtæ ſiue ſigillatores boues rufos immolabant, teſte Plutarcho, τοὺς ζωγράφους (οἱ δὲ σφραγιστὰς καλοῦσι) γαμοῦσι μόνῃ ἀγελάδι καθαρᾷ καὶ τὸν μὲν ταῦρον ἀποσφάττουσι, χαίρειν δὲ τὴν βοῦν ἐπιφωνοῦντες ἐγκύπτουσι τοῖς ὀνύξι τοῦ ζώου· εἰκὼν μόνον. *Sigilli autem ſculptura exprimebatur (vt caſtior perhibet) bouis in genua deſidens, manibus poſt terga reductis, iugulo enſe imminente.*

Mensis 10 Payni. Menſe Payni pœnas luebant Aſini, execrandi Typhonis gratia; quem Aſinum tùm inertiâ ſtoliditateque, tùm colore rutilisse narrant; hinc Καὶ πάσαν ὑποψίαν ἐκ τούτων ἔχουσι τοῦ Τυφῶνος μάλιστα ὄνοις ὁμοίως ἐρυθροῖς χρῆσθαι. *Menſibus Payni ac Phaophi placentas facientes in ſacrificijs vs ſiguram Aſini vincti imprimunt.*

Mensis 11 Epiphis. Menſe Epiphi, qui Iulio reſpondet, Momphtæ præludia fiebant, Sole ingrediente in Leonem; ritus omnes & cœremoniæ Felix Nili incrementum reſpiciebant; de quo ſuſè in Obeliſco Pamphilio hieroglyphematiſmo de Leone. Vltimo verò huius menſis die feſtas agunt natalitias oculorum Hori, & Cantica promunt inuocantes eum, qui in Solis vlnis occultatur. ita Plutarchus: Ἐν δὲ τῷ ἱερῷ ὕμνους τῷ Ὀσίριδι ἀναπαλαιοῦσι· τοὺς δὲ ἀλεκτρυόνας κρατοῦσι μέχρι τῆς ἡλίου, καὶ τῇ ἑπομένῃ τὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου λόφον ἐφαλλόμενοι τῶν γυναικῶν ὡς μάντιν τὸν ἀλεκτρυόνα τιμῶσιν· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἥλιον ἄρτι τὸν λέοντα διὰ τοῦ ἔτους ἀγόντα μάντιν. *In ſacris verò hymnis Oſiridis inuocant eum, qui in vlnis Solis latet; & vltima die Epiphi menſis celebrant genethliacam diem oculorum Hori, non enim duntaxat Lunam, ſed & Solem oculos Hori exiſtimant.*

Mensis 12 Mesori. Menſe verò Meſori ſolennia Nili celebrant, eo ipſo videlicet tempore, quo Nili incrementum incipit. Οὐ μόνον δὲ τὸν Νεῖλον, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἀπλῶς Ὀσίριδος κεκλῆσθαι, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς καὶ σπερματικῆς τοῦ ὑγροῦ δυνάμεως τῷ Θεῷ τούτῳ θεσμὸς βασιλικὸς, καὶ τὸ τούτου κλῆμα τῷ πίσσῃ γράφουσι, καὶ μονωμάτῃ τῷ Σείρι κατεζωσμένῃ, καὶ κίστας κατέχει, καὶ ἄγκωνι ἱερατικῷ μακρῷ τὰ φύτα τυπτόντες· τὸν δὲ τῶν παιδικῶν ἐφορεῖα ἄζυγος φαλλικὸς

ἀλλὰ πάντων ἡγεῖται, καὶ ὃ αἰδοῖον ἐπιφέρουσιν. *Non solum autem Nilum, sed omnem simpliciter humorem, Osirides efflituum vocant; & ante sacra in pompa semper præcedit vas aquarium in honorem Dei, & ficus folio Regem, & meridionale Mundi clima pingunt, & interpretantur solium sicut irrigationem, & motum omnium, videturq; natura simile membro genitali. Porrò Pamylia festa agentes, quæ phallo, id est, virilis membris simulachro adhibito, fiunt, imaginem proponunt, & circumferunt, cuius triplex est penis.* Occultè insinuantes, Deum esse principium omnium; omne autem principium multiplicare id, quod ab eo producitur; adeòque humidum rerum omnium principium esse, sine quo Mundus sensibilis, quem Horum dicunt, conseruari non potest.

Atque hæc sunt solennia, quæ Ægyptij per anni decursum celebrare solebant, in Deorum quos colebant, honorem; quæ quidem festiuitates, si annum communem & ciuilem spectes, fixæ & immobiles erant; vagæ verò & solutæ, si modũ Hierophantis vsitatũ consideres: volebant enim Deos spacio 1460 annorum, omnes Mundi plagas perertare, singulosque Zodiaci gradus & mensium dies successu temporum peruadere; nè vlla Mundi pars, aut anni temporis portio tam necessariã Deorum præsentiã destituatur, vti suprà ex Gemino ostendimus. Reuocabantur autem omnia sacra ad quatuor potissimùm Numina, videlicet Sothin, qui est Mercurius; secundò ad Isidem; tertiò ad Osiridem; quartò ad Horum, quem Kemin quoque dicunt; ita vt quemadmodum hæc quatuor Numina singulis quadrienijs, id est, 1460 diebus, suis restituuntur principijs; ita 1460 annis, magno illo Sothiaci lustri decursu, eò vnde progressi erant, reuertantur. Quatuor hæc Numina in interiori circulo singula suis hieroglyphicis expressimus. Atque hæc de anno magno Sothiaco sufficiant.

ROTA CHRONICA EX MENTE ÆGYPTIORVM,

Qua Festa Mensium Deorum Ægyptiorum qui fixa, quà vaga, vnà cum Lustro Sothiaco seu Caniculari nimpè 1461 dierum, maiori 1461 annorum exhibentur.



Nota Lector, festa fixa Mensium apicibus suis diem Mensis monstrare; nomina verò 12 Deorum Copticis literis exhibita indicare, hosce Deos nullas fixas habere sedes, sed in anteriora procedere, ità vt spacio 1461 annorum totum 12 Mensium circulum conficiant; qui & annus, seu lustrum magnum Hierophanticum dicitur.

Declaratio Rotæ Chronicæ, quid quæcunque hucusque de Mensibus & Festis dicta fuere, omnia velut Synopsi comprehendatur.

CONtinet exterior circuitus dies totius Ægyptiaci anni 365 dierum expansi; infra quem nomina Mensium Ægyptiacorum, quorum singuli 30 dierum, continentur cum quinque epagomenis, quas Ægyptij Nisi vocant; infra hunc verò circulus ponitur in duodecim menses ἑξακοσιημερους, id est, triginta dierum diuisus, vnâcum quinque epagomenis. Atque hic est annus fixus Ægyptiorum: quorum quidem annorum quatuor constituunt lustrum Sothiacum siue caniculare minus, siue ἑξακοσιοσιακον; ita vt primus annus, Sothi, id est Mercurio; secundus Hidi, tertius Osiri; quartus denique Horo sacratus habeatur. Respondet autem prædictum lustrum quatuor annis Iulianis bissextum continentibus; & sub duplici ratione considerari potest, vel in quantum hoc quadriennium celuile, vel in quantum mysticum ac hierophanticum: illud post quadriennium, vnum diem intercalare solet, hoc omni spretâ intercalatione habenas laxat in anteriora tempora. Hinc aliam rotam ordinauimus, in centro suo versatilem, cui festa Deorum Ægyptiorum, cæteraque solennitates imposuimus; vocaturque ab Authoribus ἐνιαυτὸς μέγας τῶν θεῶν magnus annus Sothiacus vagus, Lustrum caniculare, & constat 1460 annis, qua finita periodo ad primum diem Thoth circiter reuertitur. Vagantur autem Dij, eorumque festa, per omnes menses anni fixi, spacio 365 bissextorum; adeoque nulla in mensibus dies est, quam Dij non peragrasse dici possint. Atque hic est annus magnus hierophanticus, seu hieroglyphicus, quo mysticè indicabant, nullam Mundi partem esse, quam Dij beneficâ suâ præsentiâ non penetrent, animent, & necessariò influxu conseruent. Exhibent id aptè per serpentem in circulum abeuntem, & caput caudam, teste Horo, mordentem. In circumuolutione verò sua quatuor veluti circulos efficiebat, quibus Lustrum Sothiacum minus quatuor annorum indicabatur, quibus singulis Numen præficiebant, hieroglyphicis suis adornatum. Hic vides in primo præesse Sothin, id est, Mercurium sedentem, & canino capite insignem, veluti anni temporumque dispositionis Authorem; in secundo circulo Isis occurrit sedens, & fœmineo vultu conspicua, & secundo anno præesse dicebatur; in tertio circulo Osiris throno insidens, Accipitrino capite insignis, tertio anno præsit; in quarto circulo Horus spectatur ea figura, quam vides, quarti anni præses. Quemadmodum enim hæc Numina 1460 dierum spacio totum quadriennium Sothiacum lustrant, sic ijdem magnum lustrum 1460 annis, vnà cum reliquis assectis & festiuitatibus ijs exhibitis, conficere dicuntur. Præterea sicuti minori lustro singulis quadriennijs vnus dies accedit; ita maioris lustri consecto annus accedit, vt in suas sedes pristinas restituantur.

Serpens caudam mordens, annum significat.

Horus. Quatuor Numina Lustro Sothiaco præsidentia.

Nota etiam, quod, sicuti minoris lustri annus est dierum 365, ita maioris lustri vnus annus censetur esse 365 annorum, quæ per 4 multiplicata efficiunt circuitum 1460 annorum, quæ quidem periodus à prima eius institutione, quam ab Hermete factam esse supponimus anno ante Christum 1837, vti in Obelisco Pamphilio ostendimus, ad hunc nostrum vsque annum 1653, bis peracta fuit, ita vt hodie primus dies mensis Thoth, iuxta Hierophantarum computum, anni magni vagi incidat in 25 diem mensis Phamanoth. Si enim 1837 anno ante Christum, quo ex hypothesi ab Hermete institutio huius Computus peracta fuit, iunxeris 1653 à Christo vsque ad præsentem annum; habebis summam 3490 annorum, quæ diuisa per annos lustri maioris caniculatis 1460 annorum, quotum dabunt 2, cum 570 diebus, quæ vnum annum, sex menses, & 25 dies conficiunt, quibus respondent 25 dies mensis Phamenoth.

His itaque positis; si velis scire, quibus nam mensibus festa & solennitates Deorum hodie respondeant, sic age. Volue rotam anni magni Sothiaci siue lustri caniculatis, signo suo quod lilium refert, supra 25 diem Phamenoth; huic enim hodiernâ die initium huius Sothiaci Cycli ex hypothesi respondet; & mensium dies, quibus festa & solemnia in circuitu rotæ disposita respondent, dabunt quæsitum. Non secus operaberis in Cyclo hoc Sothiaco ad quosuis aliorum temporum indices accommodato. Si verò nósse cupias, quodnam Numen ex quatuor τῷ ἐξακοσιῷ huic præsenti anno præsideat, sic operare; Diuide 570 dies ex diuisione paulò ante facta superstites, per 365, & habebis quorum 1. dieſque residuos 205, qui secundi anni ex lustro caniculari dies sunt; pronunciabis itaque, ΙΣΙΝ huic præsenti anno præsidere; initium autem Cycli magni caniculatis vagi incidere in vigesimam quintam Phamenoth, vti dictum est, qui respondet 21 Martij, qui est dies æquinoctij. Atque hæc ex Hierophantarum mente traditimus; qui verò lustrum hoc maius ad annos Ægyptiacos seu Alexandrinos accommodare volunt, isti diuidant annos instituti Cycli 3490 per 1461. & prodibunt $2\frac{168}{1461}$ quorum minutiæ in dies resolutæ dabunt vnum annum, septem menses & octo dies, qui erit 8 dies mensis Pharmuthi, & respondet tertiæ Aprilis. His præmissis, iam restat, vt de moderno Coptitarum Computu nonnihil dicamus.

CAPVT III.

De Computu Coptitarum.

QVæ in Supplemento ad Prodromum de moderno Coptitarum Computu diximus hic ijsdem verbis repetere libet, quia rata sunt, & scitu dignissima, & dictum Supplementum ad paucorum forte notitiam peruenit, præterea que multis erroribus scatet, Typographi & Correctoris incuria.

Coptitæ igitur Christiani tenent triplicem Æram, primam cum reliquis Orientalibus ferè omnibus communem ab orbe condito, quam vocant

cant تاريخ العدى ادما *Æram annorum Patris nostri Adam*, Maximus Monachus ἔτους Ἀδάμ, quibus in cyclis tam Solari, quàm Lunari, & quæ cyclos consequuntur, ordinandis vtebantur. Alteram à primordio Regni Græcorum; de quibus annis vide Prodromum. Tertiam à Diocletiano doctrinalem, quam in libris, literis, & monumentis inscribendis adhibent, eamque vocat Albateni تاريخ القبطى *Tarich Elkupti, Æra Coptica*; Coptitæ verò ⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲡⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣ vel Arabicè تاريخ الشهداء *Annus SS. Martyrum*. Coptice Ⲧⲣⲟⲥⲉⲧⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲁⲡⲣⲟ ⲉⲡⲣⲟ, id est, *annum Martyrum*. Addunt aliqui huic Æris siue Epochis quartam Nabonassari Chaldæorum Regis; verum cùm ea Astronomi tantùm vrantur, vt quæ in ciuili Computu locum non habeat, consultò omittendam duximus, erat enim Æra Nabonassari non ciuilis, nec vulgò cognita Ægyptijs, sed Astronomis tantùm, quam à Chaldæis mutuarunt, vt docte in epistola quadam ad me data probat doctissimus noster Petauius, videlicet Callisthenis opera, & studio, qui Aristotelis discipulus fuit, & magistri hortatu, cum in comitatu esset Alexandri Macedonis, antiquissimas Chaldæorum obseruationes Babylone receptas misit in Græciam, vnde in Ægyptum delatæ ab Astronomis adhibitæ fuerunt, maximè à Ptolomæo, qui eas ab Hipparcho mutuatus videtur. Testatur hæc omnia Simplicius in comment. in 2 lib. Arist. de cœlo; adeo vt quæcunque de hac æra in Prodromo diximus, aliter intelligenda, ac diximus, nolimus; neque æram à morte Alexandri, quæ & æra Philippi dicitur, cum æra מלכות דלקרנים *Dulkarnain* confundendam putamus, cùm vna ab altera 12 fere annis distet, quæ iustus legi possunt apud eum, quem suprà laudaui, Petauium.

Petauius

Simplicius.

De Æra autem annorum Mundi, notandum est, Græcos & Latinos sine vlla causa à veris epilogismis sacrorum Bibliorum discedentes, annos à conditu rerum ad Christum natum putare 5199, qui numerus excedit veram Moysis ratiocinia annis mille ducentis quinquaginta. Sed & Græci Computis conditores Ægyptios imitati, æras Mundi alio, atque alio modo interpretati sunt, vt eas arti computatoriæ accommodarent. Ex quo licentia natæ sunt tres æræ technicæ, quas à Magistris in vsum Computis excogitatas, aut transformatas, posteri pro veris annis Mundi acceperunt; suntque Dionysiana, Alexandrina, & Antiochena, de quibus vide Petauium in Opere de doctrina temporum, & Scaligerum. Quæ æræ cùm naturales non sint, sed ad calculum instituendum fictæ, multum quoque differunt. Hebræorum æra à condito Mundo patet ad Christum 3760 annos. ita liber Computisticus Hebræorum, cuius titulus est:

לקח מצד לסר ומעבר:

Hoc est, *Spicarum collector de mysteria computus, siue ambitiosus*; quod enim nos Computum, illi à parte totum, *ipso Cycle*. Hebraice מעבר *Gibbur*, id est, *prægnantem* vocant, translatione sanè elegantissima, quasi annus insiticius mensem in se gestet, tanquam mulier prægnans fœtum in vtero. In hoc igitur libro ab Orbe condito ad æram Christi numerantur

3760

3760 anni, quam Epocham etiam Samaritani, vti ex fragmento quodam Samaritano Bibliothecæ Pereiscianæ mihi innotuit, sectantur: quæ omnia correspondent Chronol. Hebræorum. Ægyptij verò, ac Græci, vna cum Syris, Septuaginta 2 Interpretum rationem secuti, plus mille annis ab Hebræorum, Samaritanorumque ratione dissidunt, quorum authoritatem, libenter hoc loco producerem, si aut tempus, aut tractatus breuitas, quam sectamur, permitteret. His igitur ita præmissis, nunc instituti filum prosequamur. Antequam verò vlteriùs procedamus, ipsum Samaritanum textum, vna cum Hebraico hic subiungendum duximus, vt quæ de æra annorum Mundi dicta sunt, sinceriùs comprobentur: ita autem in Autographo habetur.

Æra Samaritanorum.

I
II
III
VI
V
IV
IIV

Cui consentit Hebræorum Æra.

I מבריאת עולם עד המבול אלף שש מאות ושש המשים:

II עד פלגת אלף תשע ומאות ושמנה וארבעים:

III עד לדת אברהם אבינו אלף ותשע ומאות ושש ושתים:

VI עד לדת משה רבינו ע"ה אלפים שלשת מאות שמנה ושתים:

V עד יציאת מצרים אלפים ארבע מאות ושמנה וארבעים:

IV עד בנין בית ראשון אלפים תשע מאות ושמנה עשרים:

IIV עד מגין הנצרים שלשה אלפים שבע מאות ושתים

Hoc

Hoc est:

I	A creatione Mundi ad diluuium anni	1656
II	Ad diuisionem linguarum	1996
III	Ad natiuitatem Abrahæ	2048
IV	Ad natiuitatem Moysis	2368
V	Ad exitum de Ægypto	2488
VI	Ad ædificationem domus prioris	3028
VII	Ad Æram Christianorum	4360

Ordinant autem Coptitæ annum suum Ecclesiasticum à 29 Augusti, qui incidit in primum diem Thoth, diem decollationis S. Ioannis Baptistæ, etsi in Martyrologio celebretur 2 die Thoth, ob primi anni diei solemnia propria, de quo ita Tarich elKupti:

بدئ السنة كل يوم استشهد القديس النبي يوحنا المعمدا في ابن زكريا الكاهن ✠

Id est, *Initium anni Mensis Thoth, & dies est martyrio S. Prophetæ Ioannis Baptistæ filij Zachariæ Sacerdotis consecratus*, quæ verba Syriaco seu Antiocheno Calendario exacte consonant, vt patet:

بدئ السنة كل يوم استشهد يوحنا المعمدا ابن زكريا الكاهن

Id est, *Decollatio S. Ioannis Baptistæ ea obitu. Patris nostri Adam, ea initium anni Ægyptiorum.* quod & confirmat Græcus Synaxis his verbis:

Ἀπαντῶμεν σήμερον τὸν Βαπτιστὴν, τὸν τῆς ἐρήμου ἀστέρα, τὸν ἥλιον τῆς ἀφέσεως, τὸν ἄγγελον τῆς Ἀλληλουϊατικῆς ἐκκλησίας.

Celebratur autem hoc festum bis à Coptitis, semel primò Thoth, quo decollatus fuit, secundò 30 Mechir, quo ipsius caput inuentum est, vt in Calendario Copsico patet.

Quâ ratione autem seria, in quam 1 diei Thoth, siue festum decollationis S. Ioannis Baptistæ incidat, inuenire possis, pulchrè docet computus Æthiopicus, sic Abyssinos, sequentibus verbis:

Wachaiba baza thamir, bailatha Ioannes amatha mechrath thechaz watha baphlo laarhathb ia wamaina ralithu thuesc dibebeu yimchalem, wathdemiat chulo athrani wathathub inmebu chetbu, watbgatph baba yibonthu yizathbathphim sabastu kebuebi balatha Ioannis. Hoc est, *Vt scias diem Ioannis, annum gratiæ accipito, diuide 4 in 4 summas; mensuram quadrantis appone (per illum vtrumque) commisceto omne simul; abyce ab eo 11; diuide septies; quod reliquum est de 7 tibi est dies Ioannis.* Ratio porrò cyclorum Solis, & Lunæ, & consequentis ex iis termini Paschalis, cum Alexandrinis prorsus eadem est, vt paulò post videbitur, si loquamur de anno fixo Ægyptiorum, & ad normam Iuliani redacto; proprij autem Solares anni veterum Ægyptiorum sine quadrantis appendice, non menstruntur cyclo decennouennali, vt Græcorum, Alexandrinorum, & Hebræorum anni, sed 25 annorum cyclo, quem Ptolomæus describit l. 6. περὶ ἀναφορᾶς συνθέσεως. Quòd autem hic cyclus optimè quadret tempori Lunationum veterum Ægy-

Ægyptiorum, ita demonstratur. Quoniam enim 25 Solares anni seculis bissextis continent dies 9125, & sunt in eis lunationes 309. quæ iuxta Astronomicam supputationem constant diebus 9124, horis 23 min. 51 secundis 18 redibunt lunationes omnes post 25 annos ad eundem diem in quo priùs factæ fuerant, anticipantes solum ad vnam horam, minut. 8 secund. 12; quod de cyclo decennouennali ad dictos Ægyptiorum annos applicato dici nulla ratione potest. Atque hinc emergit quoque ratio, cur Veteres nunquam intercalauerint annos sacros, ciuiles autem seu Alexandrinos quarto quoque anno intercalauerint. Verùm de hoc cyclo paulò antè fusiùs, nunc ad Coptiticum siue Alexandrinæ Ecclesiæ vsitatum Computum progrediamur. Vtitur ea duplici cyclo Solari, & Lunari, quorum illum Copte ⲡⲓⲕⲩⲕⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲟⲩⲧⲉ vel Arabice دور الشمس *Circulum Solis*, hunc ⲡⲓⲕⲩⲕⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲗⲏⲛⲏ vel دور القمر *Circulum Lunæ* vocant. Solis cyclus constat 28, Lunæ 19 annis. His omnia quæ ad dispositionem Paschatis, cæterorumque festorum pertinent, inuestigant, vt ex sequenti Pinacio patet, quod ex Coptitarum libris decerptum tibi hic exhibendum duxi.

Tabula Computi Paschalis.

Menses	*Char. Mensis.*	*Cyclus Solis.*	*Char. Anni.*	*Cyclus Lunæ siue Paschatis*	*Termin. Paschat.*	*Dies term. Pasch.*
ⲑⲱⲑ	Ⲁ	1	ⲁ	1	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲑ
ⲡⲁⲱⲛⲓ	Ⲃ	2	ⲃ	2	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲗⲏ
ⲑⲱⲃⲓ	Ⲅ	3	ⲅ	3	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲍ
ⲙⲉⲭⲓⲣ	Ⲍ	4	ⲍ	4	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲍ
ⲭⲟⲓⲁⲕ	Ⲏ	5	ⲏ	5	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲓⲃ
ⲧⲱⲃⲓ	Ⲑ	6	ⲑ	6	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲉ
ⲙⲉⲛⲭⲓⲣ	Ⲓ	7	ⲓ	7	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲏ
ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ	Ⲕ	8	ⲕ	8	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲓⲑ
ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲗ	9	ⲗ	9	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲓ
ⲫⲁⲭⲱⲛ	Ⲙ	10	ⲙ	10	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲑ
ⲫⲁⲱⲛⲓ	Ⲛ	11	ⲛ	11	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲗⲏ
ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ	Ⲝ	12	ⲝ	12	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲍ
ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲟ	13	ⲟ	13	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲍ
ⲫⲁⲭⲱⲛ	Ⲡ	14	ⲡ	14	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲓⲃ
ⲫⲁⲱⲛⲓ	Ⲣ	15	ⲣ	15	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲉ
ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ	Ⲥ	16	ⲥ	16	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲏ
ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲧ	17	ⲧ	17	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲓⲑ
ⲫⲁⲭⲱⲛ	Ⲩ	18	ⲩ	18	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Ⲓ
ⲫⲁⲱⲛⲓ	Ⲫ	19	ⲫ	19	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲕⲑ
ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ	Ⲭ	20	ⲭ	20	Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ⲗⲏ



In prima columna ponuntur nomina mensium Copticorum, quorum etymologiam paulo ante protulimus. Secunda columna characteres menfium continet. Tertia Cyclum Solis. Quarta characterem anni. Quinta Cyclum Lunarem. Sexta terminos Paschales. Septima dies termini Paschalis, de quibus singulis aliquot Canones producemus ex Coptiçis monumentis depromptos.

PROPOSITIO I.

Inuenire Cyclum Solis.

واذا اردت معرفه كيقلس الشمس اسقط ثمانية وعشرين ثمانيه وعشرين
من السنه قارزخ القبط وقيمته هو كيقلس شمس تلك السنه التي انت فيها ✲

Si vis scire Cyclum Solis, abijce ex annis æræ Diocletiani quoties potes 28, & reliquum dabit tibi Cyclum ipsius anni actu currentis.

PROPOSITIO II.

Cyclum Lunarem inuenire.

واذا اردت تعرف كيقلس القمر اسقط واحده من سنة قارزخ القبط واسقط
ايضا تسعه عشر تسعه عشر وقيمته هو كيقلس القمر ✲

Si vis scire Cyclum Paschalem siue Lunæ, abijce 1 ex annis æræ Diocletiani, & iterum 19 quoties potes, reliquum enim dabit Cyclum Lunæ seu Paschalem quæsitum.

PROPOSITIO III.

Feriam Mensis inuenire.

خذ العلة قبله لكيقلس الشمس وزده تزيد على علة الشهر وجمله هو يوم
الشهـــــر ✲

Si

Si velis scire feriam mensis, accipe characterem anni, siue signum (in columna) e regione cycli Solis; huic adde characterem mensis (in columna propria) & summa dabit feriam quæsitam abiectis 7 quoties poteris.

PROPOSITIO IV.

Innenire Cyclum Paschalem alia ratione.

اذا اردت تعرف جلاب كيقلس تلك السنه التي انت فيها كيم هو تسقط منى
اجوتا ادم تسع عشر تسع عشر فمهما بقي لايجي تسع عشر فهو كيقلس تلك السنه
لان الكيقلس يتموس واحد الى تسعه عشر واذا وصل الى تسعه عشر ترده الى واحد ✲

Cum volueris scire numerum cycli Lunaris ipsius anni in quo es, quotus sit, abijce ab annis patris nostri Adam 19 quoties poteris, & quod reliquum fuerit, & non fuerit 19, iste erit cyclus ipsius anni, quas cyclus est reuolutio annorum ab vnitate ad 19, & hinc ad vnitatem.

PROPOSITIO V.

Fundamentum Anni inuenire.

واذا اردت تعرف الاس وحسابه وهو كيقلس الشمس وبنه هذا الحساب من احد
الى سبع ومن سبع يرجع الى واحد واذا اردت كيقلس السنه التي انت فيها فتمسك
شنين اجوتا ادم وكرر عليها مثل رجعها وما كان كسر مثل ربع او نصف اتركه
واذا الربع مع الاصل اجمع جملته واسقط سبعة سبعة فمهما بقي لايجي سبع
وهو كيقلس الشمس تلك السنه التي انت فيها وهو الاس ✲

Hoc est, *Si fundamentum anni (qui certus quidam cyclus Solis est, procedens ab vno ad 7, & hinc redit ad vnitatem) scire velis, accipe annos Patris nostri Adam, & addes ijs quartas eorum, & si fuerint fractiones numerorum, relinques eas, & si fuerit completa quarta cum radice, coniunges summam eius, & abijcies ab ea quoties poteris septem, & si quod reliquum fuerit, & non fuerit septem, erit id cyclus Solis anni ipsius qui actu currit, & hoc est fundamentum quæsitum.*

PROPOSITIO VI.

Diem, in quem cuiusuis mensis principium cadat, inuenire.

اذا اردت تعرف اي يوم يكون اول الشهر فتنظر علامه الشهر الذي تريد
وتضيف اليها اس تلك السنه ومهما اجتمع معك تسقط منه سبعه ومهما فضل
من السبعة ان فضل واحده اول الشهر الاحد وان فضل اثنين وهو الاثنين ✲

Si volueris scire, quis dies primus mensis, vide characterem mensis quem vis, & addes ad fundamentum anni currentis, & à collecto subtrahes septem, & reliquum ex septem si fuerit 1, erit prima dies mensis feria 1; si 2, erit mensis dies secundus, feria secunda, & sic de reliquis.

Min

Atque

Atque hisce Canonibus respondent ad vnguem Canones Computus Æthiopici, quos hic libenter adduceremus, si angustia temporis permitteret. Qua etiam de causa omitto Martyrologium Arabico-Copto-Latinum expansum. Vt verò curiosus Lector cognoscere possit quis dies mensium Iulianorum, cui dici Ægyptiaco respondeat, hic Pinacem dictorum subiungendum existimaui. Huic alteram, videlicet mensium Tabulam subiecimus, in qua Hebræorum, Syrorum, & Arabum menses, mensibus Coptitarum, quantum fieri potuit, respondentes, parallelo situ posuimus, vt si cui vnum cum altero conferre liberet, quo id posset, haberet. Vbi tamen notandum, plerosque Orientalium menses cum Lunares sint, & secundùm Neomenias dies suos ordinent, diebus mensium Copticorum, vtpote solarium & fixorum, non vsquequaq; respondere, sed sedes suas mutare; neque Solares Orientalium dies, diebus Aegyptijs semper respondent, sed diuersas in eodem mense sedes habent. Tertia Tabula continet Nomenclaturam dierum Septimanæ, varijs Orientis populis vsitatam; quam ideo Menopinacio subiunximus, nè quicquam, quod Lector desiderare posset, omisisse videremur.

Tabula Mensium, dierumque Aegyptiacorum, ex qua dicto cuiusvis dies mensium dictorum, cui dies mensium Iulianorum respondeat, indagari potest. Incipiunt autem Menses Aegyptiorum eo ordine, qui sequitur.

Dies Mens. Aegyptiorum	Thoth incipit a	Paophi incipit a	Athor incipit a	Choiac incipit a	Tybi incipit a	Mechir incipit a
1	29 Aug.	28 Sept.	28 Oct.	27 Nou.	27 Dec.	26 Ian.
2	30	29	29	28	28	27
3	31	30	30	29	29	28
4	1 Sept.	1 Octo.	31	30	30	29
5	2	2	1 Nou.	1 Dec.	31	30
6	3	3	2	2	1 Ian.	31
7	4	4	3	3	2	1 Febr.
8	5	5	4	4	3	2
9	6	6	5	5	4	3
10	7	7	6	6	5	4
11	8	8	7	7	6	5
12	9	9	8	8	7	6
13	10	10	9	9	8	7
14	11	11	10	10	9	8
15	12	12	11	11	10	9
16	13	13	12	12	11	10
17	14	14	13	13	12	11
18	15	15	14	14	13	12
19	16	16	15	15	14	13
20	17	17	16	16	15	14
21	18	18	17	17	16	15
22	19	19	18	18	17	16
23	20	20	19	19	18	17
24	21	21	20	19	19	18
25	22	22	21	21	20	19
26	23	23	22	22	21	20
27	24	24	23	23	22	21
28	25	25	24	24	23	22
29	26	26	25	25	24	23
30	27	27	26	26	25	24

Dies Menſis Egyptiaci.	Phamenoth incipit.	Pharmuthi incipit.	Paſcons incipit.	Paoni incipit.	Epip incipit.	Meſori incipit.
	d	d	d	d	d	d
1	25 Feb.	27 Mar.	26 Apr.	26 Maij	25 Iunij	25 Iulij
2	26	28	27	27	26	26
3	27	29	28	28	27	27
4	28	30	29	29	28	28
5	1 Mart.	31	30	30	29	29
6	2	1 April.	1 Maij.	31	30	30
7	3	2	2	1 Iunij.	1 Iulij.	31
8	4	3	3	2	2	1 Aug.
9	5	4	4	3	3	2
10	6	5	5	4	4	3
11	7	6	6	5	5	4
12	8	7	7	6	6	5
13	9	8	8	7	7	6
14	10	9	9	8	8	7
15	11	10	10	9	9	8
16	12	11	11	10	10	9
17	13	12	12	11	11	10
18	14	13	13	12	12	11
19	15	14	14	13	13	12
20	16	15	15	14	14	13
21	17	16	16	15	15	14
22	18	17	17	16	16	15
23	19	18	18	17	17	16
24	20	19	19	18	18	17
25	21	20	20	19	19	18
26	22	21	21	20	20	19
27	23	22	22	21	21	20
28	24	23	23	22	22	21
29	25	24	24	23	23	22
30	26	25	25	24	24	23

Intercalares.

Vſus huius Tabulæ.

Si velis noſſe quinam dies Iulianus cuinam Aegyptio alicuius menſis dici reſpondeat; quære diem Aegyptiorum in prima columna, deinde nomen menſis Aegyptij in fronte Tabulæ, & angulus communis dabit diem Iuliani menſis correſpondentem: ita decimum ſextum diem menſis Mechir, inuenies reſpondere decimo Februarij, vigeſimum Meſſori, decimotertio Auguſti, & ſic de cæteris.

Tabula denominationis Menſium populorum Orientalium, & correſpondentiæ vniuſcuiuſque ad menſes Aegyptiorum.

	Coptitarum,	Hebræorum,	Syrorum,	Græcorum, Boeotiorum	Arabum,
Sept.	ⲑⲱⲟⲩⲧ	אלול	ܐܝܠܘܠ		محرم
	Thout	Elul	Illul		Muharam
Octob.	ⲡⲁⲱⲡⲓ	תשרי	ܬܫܪܝ	Πανεμος	صفر
	Paopi	Thiſri	Thiſrin 1		Saphar
Nou.	ⲁⲑⲱⲣ	מרחשון	ܬܫܪܝ ܐ	Μαιμακτηριων	ربيع الاول
	Athor	Marcheſuan	Thiſrin 2		Rabi prior
Dec.	ⲭⲟⲓⲁⲕ	כסלו	ܟܣܠܘ	Ποσιδεων	ربيع الاخر
	Choiac	Caſleu	Canun 1		Rabi poſter.
Ian.	ⲧⲱⲃⲓ	טבת	ܛܒܝ ܟ	Γαμηλιων	جمادي اول
	Tobi	Tebeth	Canun 2		Giamadi
Febr.	ⲙⲉⲭⲓⲣ	שבט	ܫܒܛ	Ἀνθεστηριων	جمادي الاخر
	Mechir	Secuat	Scuet		Giamadi 2
Mar.	ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ	אדר	ܐܕܪ	Ἐλαφηβολιων	رجب
	Phamenoth	Adar	Adar		Ragieb
April.	ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	ניסן	ܢܝܣܢ	Μουνιχιων	شعبان
	Pharmuthi	Niſan	Niſan		Schaban
Mai.	ⲡⲁⲭⲱⲛⲥ	איר	ܐܝܪ	Θεργηλιων	رمضان
	Paſcons	Iiar	Iior		Rhamadan
Iun.	ⲡⲁⲱⲛⲓ	סיון	ܣܝܘܢ	Σκιροφοριων	شوال
	Paoni	Siuan	Hhaziran		Scenel
Iulius	ⲉⲡⲓⲡ	תמוז	ܬܡܘܙ	Ἑκατομβαιων	ذو القعدي
	Epip	Thamuz	Thamuz		Dulkaida
Aug.	ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ	אב	ܐܒ	Μετοικουμενιος	ذي الحجه
	Meſori	Ab	Ab		Dalhagieh

Tabula denominationis dierum Septimanæ.

Latini	Hebræi	Arabes	Græci	Copti
Feria I. seu Dominica, ☉	יום ראשון	يوم الاحد	ἡμέρα Κυριακὴ	ⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ
Feria II. ſeu dies ☽	יום שני	يوم الاثنين	δευτέρα	ⲡⲓⲥⲏ
Feria III. ſeu dies ♂	יום שלישי	يوم الثلثا	τρίτη	ⲡⲓⲥ

Feria IV. seu dies ☿	יום רבעי	يوم الاربعا	Τετάρτη	יום רביעי
Feria V. seu dies ♃	יום חמשי	يوم الخميس	Πέμπτη	יום חמישי
Feria VI. seu dies ♀	יום ששי	يوم الجمعة	Παρασκευή	יום ששי
Feria VII. seu dies ♄	יום שבעי	يوم السبت	Σάββατον	יום שביעי
Apud diuersas Nationes.				
Latini	*Persa.*	*Aliter Persa.*	*Turcæ.*	
Dies Dominica	روز ياجه Ruz iacheh	جمعنبه Iachschanbe	پزر كونى Pazar Kune	
Lunæ	روز دويامى Ruz duiemi	دوشنبه Duschanbe	پزر رتسى Pazar ertesi	
Martis	روز سيومى Ruz siumi	سهشنبه Sehschanbe	Sali	
Mercurij	روز چهرشنبه Ruz tzcharni	چهرشنبه Giehrschanbe	چهر شنبه Gehar schanbe	
Iouis	روز پنجمين Ruz phengemin	پنج شنبه Peng schanbe	پنج شنبه Peng schanbe	
Veneris	روز ششمين Ruz schschmin	آدينه Adine	Giamah	
Sabbati	روز هفتمين Ruz haphtemin	شنبه Schanbe	Giumah ertesi	

CLAS-

CLASSIS VIII. MECHANICA SIVE ARCHITECTONICA.

Inuestigat prodigiosarum Aegyptijs vsitatarum machinarum constructionem.

ILLVSTRISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO GEORGIO LIPPAY

Archiepiscopo Strigoniensi, Sac. Cæs. Regiæque Maiest. Consiliario intimo, Hungariæ Primati, & Magno Regni Cancellario.

ARCANIOREM illam Ægyptiorum μηχανοποιΐαν, quam posteri Mechanicam dixerunt, hoc loco tradituros, cuinam tam nobile, iucundum, Principumq; curiositate dignissimum argumentum inscriberem, præter Te, sacratissime Præsul, inueni neminem. Tu enim præter cætera disciplinarum subsidia, quibus instructus es, huius mirifice quoque ac penè diuinæ artis notitiâ tantum Tibi nominis ac famæ peperisti, vt omnium opinione μηχανικώτατος εἰς μηχανικὰς πράξεις, vti quondam de Archimede memorabat Polybius, iure dici & haberi mereare. Testantur id satis superq; delicioso illi viridiariorum Tuorum recessus, tantâ, vt audio, hydraulicarum varietate machinarum instructi, quantâ paucis in locis similes se vidisse testantur spectatores. Meritò itaque hoc præsens disceptationis Thema Tuo debebatur nomini; non quòd Tuæ famæ, quâ Mundo inclarescis, scriptis meis quidpiam ornamenti adiicere me posse sperarem, sed vt studiorum meorum conatus nomini Tuo inscripti, hoc pacto & plus obtinerent authoritatis, & Tu nonnullum mei in Te obseruantiæ indicium haberes. Obsequium, fateor, tenue illud & rude; sed vel ex hoc capite in pretio apud Celsitudinem Tuam futurum, quòd id non tam meâ, quàm imperiosâ Magni Cæsaris voluntate, præstitum atque exhibitum sit. Vale Præsul dignissime, studijs meis faue.

CLAS-

CLASSIS VIII.

Mechanica Aegyptiorum.

PRAEFATIO.

Mechanica Ægyptiorum quæ ratione tractetur hic.

RECTO ordinis filo ducti ex Astrologia Ægyptiorum, id est, ex Cælo, in terrestres eorundem habitationes descendimus, vt quam prodigiosos nullo non tempore partus ingeniosa Ægyptiorum industria produxerit, ex huius tractatus admirandis euhescetes. Quod dum facimus, nemo nos putet, hoc loco Mechanicam Mathematicis fussultam demonstrationibus daturos, foret enim hoc prorsus extra scopum; sed historicis relationibus innixi, eam damus, quæ stupenda Ægyptiorum ingenia, inuentionesque prodigiosas ob oculos ponat curiosi Lectoris; atque adeo rationes hieroglyphicas in ijs elucescentes exponemus; reliqua quæ Mathematicas concernunt rationes, magno Operi, quam Mechanicam vniuersalem appellamus, reseruaturi. Inscripsimus autem hanc Classem, Mechanicam Ægyptiorum, diuiditurque in tres positionis species ijs, vsitatas, quarum prima erat Architectonica; secunda Organica, quæ varia instrumentorum in eadem, columnarum, statuarumque erectione adhiberi solitorum genera considerat; Tertia [illegible], ex consilibus in abditarum quarundam ex penitissimis naturæ fontibus extractarum machinarum fabrica: quæ quidem tanto ingenio & subtilitate adornabant, vt non hominum, sed Dæmonum opera, [illegible] prorsus [illegible] vniuersa crediderit posteritas. Et tametsi non dissitear Dæmonum operam subinde vs implicatam fuisse, huiusmodi tamen opera haud quaquam humanæ potentiæ limites excessisse, sed in intimis naturæ penetralibus sua principia fundata habuisse, hoc loco meatum partium, hoc est, Oedipi ope, variis modis & rationibus demonstrare. Negotium itaque cum bono Deo auspicemur.

Diuisio tractatus de Mechanica Ægyptiorum.

PRAELVSIO I.

De Mensuris Aegyptiacis.

VONIAM itaque hoc tractatu passim Ægyptiacarum mensurarum ponderumque mentio fiet, ne Lector curiosus mensurarum, aliis Nationibus vsitatarum cum Ægyptiacis confusione implicetur, priùs de singulis hoc loco præludere visum fuit, vt sic de adducendarum rerum authoritatibus, quibus eas peruetusti Scriptores passim describunt, securius iudicium formare possit.

Certè inter cætera, in quibus decernendis indefessa huc vsque Philologorum desudat industria, non minimum locum occupat ea, quæ de ponderibus & mensuris est materia, sanè vti abstrusa, ita difficilis, & à nemine

mine huc vsque penetrata. Cuius quidem difficultatis aliam rationem non inuenio, nisi diuersos diuersarum Nationum vsus & consuetudines, quibus non dicam Nationes, sed & ipsa adeo oppida inter se dissidere videntur. Accedit varia temporum conditio, Principumque voluntas, qua Rerum publicarum necessitate sic postulante, leges modo conduntur nouæ prioribus iritatis, modo rerum per contractus ciuiles acquirendarum valor augetur, vel minuitur, vnde ex perpetua mutationum huiusmodi vicissitudine magnam rerum incertitudinem oriri necesse est, quæ vti in omnibus à Principum voluntate dependentibus, ita & potissimum in hac materia de ponderibus & mensuris, quæ sunt veluti instrumenta quædam iustitiæ, quibus vnicuique, quod suum est, decernitur, locum habet. Nemo igitur miretur, si tantam viderit Authorum circa dictam materiam dissentientium inconstantiam; cùm, si nomina ipsa excipias, ponderum & mensurarum, præsertim Veterum, determinata quantitas sit non incerta duntaxat, sed & Authorum æquinocatione ita depravata, vt vix vlla de ijs certa notitia haberi possit. Cùm igitur hanc literarum calamitatem non sine dolore intuerer, fontes ipsos adeundos, vt aliquid tandem certi statui possit, existimaui, quemadmodum ex sequentibus comparebit nominibus, quæ ex Nomenclatore Copto, quem Scalam magnam Coptitæ appellant, à nobis An. 1642 Romæ impresso extracta, hoc loco fusius exponuntur.

De ponderibus & mensuris tractatio difficilis & quare.

Authorum æquinocatio in mensuris Antiquorum

Nomenclator Copto-Scalæ magnæ.

Quadruplicis generis mensuræ in Scala proponuntur, quarum primi generis sunt mensuræ interuallorum, quibus in mercimoniis agrorumque dimensione vtimur, cuiusmodi sunt, pes, palmus, vlna, brachium, passus, cubitus, calamus, stadium, milliare, parasanga, leuca. Secundi generis sunt mensuræ aridorum, cuiusmodi apud Hebræos erant Corus, Gomer, Ephi, Cabus; & apud Græcos Medimnus, Chœnix, Cotyla; & apud Romanos Modius. Tertij generis sunt mensuræ liquorum, quales sunt Hebræorum Bathus, Hin, Log; Græcorum Amphora, Vrna, Metreta, Congius; Romanorumque Sextarius, & Cyathus. Quarti generis sunt ponderum diuersorum appellationes, quales sunt Hebræorum Kicarim, Minæ, Sicli, Gheræ; Græcorum & Romanorum Talentum, Libra, Vncia, Denarius, Drachma. De quibus singulis etsi in Scala tractetur, quia tamen in varia dubia ea trahere possunt Lectorem, hic enucleatius describenda duxi:

Quadruplicis generis mensuræ Ægyptiorum.

Mensuræ Ægyptiorum ad interualla metienda pertinentes.

Mensuræ igitur veterum Ægyptiorum ad interualla metienda pertinentes.

πυγμαιος. Ἑρμαιος. δεκαπους. πηχυς. πυγμη. σπιθαμη. ὑπερον. παλαιστη. μιλιον.

πυγμαιος. Ægyptia mensura, idem est, quod Græcis Ὄνυξ. Arabibus [illegible] Pheter, eique interuallum inter pollicem & indicem, cùm quam fieri possit maxime distenduntur. ita Pollux: [illegible] ἀπὸ τοῦ μεγίστου διαστήματος τοῦ κατὰ τὸν ἀντίχειρα καὶ τὸν δείκτην, id est, Si pollicem ad partem indici contrariam tendas, mensura lichas dicitur, ac decem digitorum est. ita citatus Author

πυγμαιος.

κοδ

Pilleus.

Πυγὴ δὲ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου μέχρι τῆς τοῦ δακτύλου ἀκρότητος, δακτύλους δέκα. *Internallum inter pollicem & summam indicis partem, efficit decem digitos.* At lichadæa longior est, nimirum vno digito, ἐφεδρεύοντα, quod rectum palmum interpretor, videlicet inter primam palmæ partem, quam μέτωπον vocant, & supremam medij digiti. Ita Pollux & Hesychius.

Palmum autem Aegyptij פַּרְתּוּמִי, Schabor Arabes vocant, ac quatuor digitis constat, Græcisque δράκων dicitur. Ita Pollux: δράκων δὲ ἐστὶ τὸ πλατύτατος τῶν δακτύλων, *dogma verò sunt quatuor digiti conclusi.* transfuetis enim manu metimur. Hac mensura vtitur Aristophanes in Equitibus. Allantopola verò de Corio loquens carpit Cleonem ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ σφαγεὺς, μᾶζαν δὲ ἀνὰ δρᾶκα δράκων, *Antequam diem abiret, multi bino palmo erat.* Δράκων verò, ἀπὸ τοῦ δάκνειν καλεῖται, πλατύτατος ὢν τῶν δακτύλων, idem significans, & vnaquæque παλάμη dicitur, ab Hesychio describitur.

Cubitus quid.

Δράκων quid.

Cubitus apud Ægyptios varius.

מִדָּה quid.

אַמָּה mensura, quam Arabes الباع vocant, eadem est cum vlna, estque extensio vtriusque brachij in longum, cui altitudo hominis æquatur; nos ex Copto interpretamur eam cubitum maiorem. Quod vt intelligas, notandum est, apud Ægyptios varium fuisse cubitum. Nam alius erat 24 digitorum, alius 32. quidam arundinem, seu calamum, aut perticam, alius staturam hominis adæquabat, ita Abulfeda Arabs in Prolegomenis Cosmographiæ suæ; verba eius sunt:

واعلم ان بين القدما المصر والمحدثين ايضا اختلافا في الاصطلاح على الذراع والميل والفرسخ واما الاصبع فليس بينهم فيها اختلاف لانهم اجمعوا واتفقوا ان كل اصبع ست شعيرات معتدلات مضمم بطن بعضها الى بعض اما الذرع والفاصل بينهم فيه بحقيقه لاحد هذين القدما اثنان وثلثين اصبعا وبين المحدثين اربع وعشرين اصبعا وذراع القدما اطول من ذراع المحدثين فمن اصبعا وهو سر الكعبة ✲

Cubitus maximus.

Id est, *Sciatu i itur, quod inter ve.. res & recentiores de cubito, milliari, & parasanga, multum controvertitur. Et de digito quidem conueniunt in hoc, quod omnis digitus sit mensura sufficiens, quod sex æqualia grana hordei secundum latitudinem iuxta se posita explent. In cubito vero discordant aliquantulum. Est enim antiquis cubitus vnus 24. digitorum, recentioribus verò 32, ita vt veterum cubitus, cubitum recentiorum superet 8 digitis.* Cubitum autem maximum calamo seu perticæ, vti & staturæ hominis, æqualem, infrà probabitur. Porrò digitum 6. granis hordei constare, Rabbini quoque affirmant hisce verbis:

Rabbini.

ויש לאמה ו׳ טפחים וטפח אחד ד׳ אצבעות בגרל
ולאצבע ו׳ גרגרי שעורה וזה אמה של משה אמה התורה
והנביאים׃

Cubitus legalis.

Habet autem omnis cubitus sex palmos, & palmus quatuor digitos in pollice, & digitus sex grana hordei; & hic est verus cubitus legalis, & cælitus, scilicet quo lex in ædificiorum & structurarum descriptione vtitur. Quæ & Rasi hoc loco affirmat: אמה שעורה, *habet digitus sex grana hordei.* quæ consonant Syriaco: *Digitus sex granorum hordei mensura est.* Ex his patet, cubitum minorem, videlicet 24 digitorum, æqualem esse cubito Mosai-

Rasi. Cubitus minor æqualis legali 24 digitorum.

co

co seu legali. Est autem cubitus longitudo tanta, quanta est à brachij flexura, seu prominentia exteriori vsque ad medij digiti summitatem; siue quod idem est, à medio pectore ad cubitum ipsum seu flexuram brachij, quod spacium priore, teste Polluce, prorsus æquale est: Ἀπὸ δὲ τοῦ μὲν πλατυτέρου μέχρι τοῦ μέσου δακτύλου ἄκρου πηχυαῖον· ἐπὶ δὲ τὸν ὠλένην, καὶ μέχρι τῆς ἄρθρωσης ἀπὸ τοῦ μέσου τοῦ στήθους μέχρι τῆς ὠλένης τοῦ πήχεως ἴσον. Id est, *A stexu cubiti, vsque ad medij digiti summum, internallum cubiti pedem continet & medium. Cui internallum à medio pectore ad flexuram cubiti æquale est.* Continet autem, vt dixi, huiusmodi cubitus sex palmos, & palmus quatuor digitos in pollice, & consequenter viginti quatuor digitorum est cubitus vnus, qualis est, quem iam explicauimus, Ægyptiorum vulgaris, & legalis Hebræorum. Ex quibus patet cubitum huiusmodi quater sumptum perfectè explere hominis longitudinem (quæ sumitur ab extensione brachiorum) & altitudinem siue staturam eiusdem. His igitur præmissis; nunc ad reliqua.

Cubitus quid.

מִקְנֶה אִיטְרִי מִקְנֶה vel etiam מִקְנֶה אִיטְרִי מִקְנֶה in Scala calamum meritorium interpretatus fum; & diligentiori scrutinio huic voci incumbens, deprehendi tandem illam significare calamum Ibidis seu Ciconiæ Ægyptiæ, ita vt hæc vox ex מִקְנֶה & מִקְנֶה, quorum illa erus, tibiam, calamum, arundinem, hæc Ibin & Ciconiam, significat, composita intelligatur; quasi diceres, passum seu vlnam Ibidis; quòd ab Ibidis incessu primùm sit inuentus & obseruatus. Nam vt rectè Clemens Alex. Ἀριθμὸς δὲ εὕρηται τῆς μέτρου μάλιστα τῆς ἴβεως ἀκολουθήσας οἷν. *Numerum videlicet inuentionis & mensuræ maximè ex animantibus videri prebuisse Ægyptijs Ibidem.* Solebant enim veteres Ægyptij vsurpare, vt plurimùm, mensuras ex animantium incessibus constitutas; quæ cùm idem semper ex naturæ necessitate agerent, assumptæ quoque mensuræ certiori solidioriquæ stabiliebantur fundamento. Qualis autem hic passus Ibidis fuerit, iam restat inquirendum. Certè altitudinem hominis adæquasse reperio: simulque fuisse mensuram trianguli Ibiaci, ita Abenephi de sacro Ægyptiorum cultu: verba eius sunt sequentia:

מקנה איטרי

Caamus mensoria.

Clem. Alex.

Ibidis passus mensura Ægyptiorum.

وذاع المصريين هو طول الانسان فاسمه ذاع كبير الكركي وصاحبه الثلث الكركي وهو سر الكعبة ✲

Abenephi.

Ba mensura Ægyptiaca tanta, quanta hominis perfecti altitudo; & hanc vocabant passum magnum Gruis, & mensuram trianguli Ibiaci; & hoc erat arcanum Sacerdotum. Quid triangulum Ibiacum sit, alibi diximus: quis autem, aut quantus passus Ibiacus fuerit, in eo inueniendo, quantumcunque statuerim, dici vix potest; secretum tamen, Deo dante, erit, vt ostendo. Cùm enim altitudo hominis è quatuor cubitis communibus Ægyptiorum constet, vnus quoque cubitus sex palmis, & palmus quatuor digitis; debet necessariò vnus cubitus communis constare viginti quatuor digitis, & consequenter ὄργυια seu *Baa* (quam suprà, vti & in Scala nostra, mensuram spacium vtriusque brachij in longum perfectè explentem interpretati sumus) 96 digitis constabit. At totidem digitorum cubitum mysticum seu sacrum Ægyptiorum, quem passum Ibidis vocant,

Ibidis passus maguus quid.

Abenephi. Abulfeda.

inuenio hâc ratione. Cùm Ibidis ceus seu tibia, Abenephi & Abulfedæ teste, æqualis sit cubito maiori Ægyptiorum, videlicet 32 digitorum; Ibis quoque ambulando ἔχνεσι ἰσοπέδοις, Plutarcho teste, conficiat; erit Ibiacum trigonum 96 digitorum, hoc ipsum est tribus cubitis ⲡⲓⲙⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲙⲥⲓ, id est, 32 digitorum, & altitudini humanæ è quatuor cubitis constantis staturæ. Atque hoc est mysterium illud Sacerdotum de quo loquitur Abenephi, quod & nomen Coptum ⲟⲩⲛⲟⲩϩ confirmat: idque dupliciter scribere solebant, primò ita: ⲟⲩⲛⲟⲩϩ ϩ cubitus, videlicet 32 digitorum; deinde hâc ratione: ⲟⲩⲛⲟⲩϩ ϩ quo cubitum maximum notant, quem ⲡⲓⲙⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲙⲥⲓ, id est, passum Ibidis tricubitalem, siue calamum, aut arundinem, seu cros Ibidis triplicatum, Arabicè القصبة الكرى Scala vocat, qui passus longitudini humanæ exactè respondent: quem & passum ἰχνοσκοπικὸν non immeritò appellare possumus, totidem enim pedum hominis proportionati staturam assignant Geometræ. Mysteria autem, quæ sub hoc passu recondita habebant, & quomodo sub hac mensura Mercurium repræsentabant, alibi iam dictum est.

Ⲥⲧⲁⲇⲓⲟⲛ ϩ idem quod *stadium* sonat, Arabicè الغلوة; erat q; apud Ægyptios varium, quidam id faciebant 65 cannarum seu perticarum, alij 85; nec desunt qui id definiant spacio 400 cubitorum. ita Author Scalæ:

Stadium varium apud Ægyptios.

الغرو خمسة وستين قصبة وقد وجد فى قصبة حديد عدد الغلوة خمسة وثمانين

قصبة فيقال ايضا ان الغلوة اربع مايه ذراع

Id est, *Stadium est 65 calamorum, ego inuentum quoque in antiquo exemplari, stadium esse 85 calamorum seu perticarum; dicitur etiam, quòd stadium sit 400 cubitorum seu brachiorum, ego dicitur iactus sagittæ.* Atque hæc vltima mensura respondet exactè stadio Græcorum, cùm Suidas σταδίου ἔχειν πόδας χ, stadium octingentos pedes habere dicat, & Herodoto in hoc subscribat; pes autem 16 digitorum sit, siue quatuor palmorum, iuxta verba citati Herodoti in Euterpe: ἔξαιρέω μὲν ἀπὸ τῶν ὀκτὼ σταδίων τοὺς τρεῖς, ἐόντας τριηκοσίους· τὸ γὰρ δὴ μέτρον τῆς παρασάγγου εἶναι τριήκοντα στάδια. *Vt possum sex pedibus metiamur, ego quatuor cubitis, pedes verò sunt quatuor palmorum, cubitus autem sex palmorum.* quæ Suidas affirmat ἑκατὸν ἓξ ἐχόντων δακτύλους ιϛ'. *Pes autem habet digitos 16.* Et hoc eodem vtitur Solon in legibus, vt est apud Plutarchum. Cùm igitur stadium Aegyptiacum dicatur habere 400 cubitos, cubitus autem maior Aegyptiacus sit, vt suprà probatum est, 32 digitorum, id est duorum pedûm, quorum vnus 16 digitis æquivalet; ergo 400 cubiti æquivalebunt 800 pedibus, nimirum stadio, vt cuilibet eos recolventi patebit: erit igitur stadium Ægyptiacum æquale stadio Græcorum, quod ostendere oportebat. Si autem accipiamus calamum pro passu Ibidis, quem 96 digitorum determinauimus: erit stadium, scilicet 85 calamorum, spacium 340 cubitorum minorum, siue quod idem est, 510 pedum. Vnde triplex apud Ægyptios stadium fuisse colligimus; Maius, Mediocre, Minimum. Maius 400 cubitorum; Mediocre 340; Minus 260 cubitorum. prius tamen proprium Ægyptiacum est.

Suidas. Herodotus. Suidas. Plutarchus.

στάδιον Milliare.

ὁ μίλιον, Arabicè الميل constat autem vnum milliare septem stadijs, vna verò parasanga tribus milliaribus. ita Auctor Scalæ:

الميل وهو سبع غلوات وكل غلوة الف ذراع فهو فرسخ الف ذراع مايه

Milliare autem continet septem stadia, & tria singula milliaria constituunt vnam parasangam, & parasanga 1400 cubitos seu brachia, sunt q; spacium 3000 passuum. Cui in omnibus consonat Abulfeda, qui milliare Aegyptiacum ita definit.

واما الميل فهو عند القدما ثلثه الاف ذراع عند المحدثين اربع الاف ذراع والذى بينهم فيه انما هو لفظى وان مقدار الميل عند جميع هؤلاء واحد وان اختلفت اعدادة الا ترى انه على التفسير بن الميل ستة وتسعين الف اصبع واما قسمتها اثنين وثلثين اثنين وثلثين كان المتحصل ثلثه الاف ذراع واما قسمتها اربع وعشرين اربع وعشرين كانت ايضا الفى ذراع واما الفرسخ فهو عند القدما وعند المحدثين ثلثه اميال لكن هى للاولى لغطما فى الفرسخ اذا جعل اثنى عشر الف ذراع والفرسخ عند المحدثين ثلثه اميال اثنى عشر الف ذراع وعلى التفسيرين ثلثمايه الف اصبع تنقص اثنا عشر الف اصبع واما علمت ان الفرسخ عند القدما تسعه الاف ذراع والميل ثلثه الاف ذراع وعند المحدثين الفرسخ اثنا عشر الف ذراع واعلم ان الميل على التفسيرين ثلث فرسخ وكل فرسخ ثلثه اميال

Milliare quidem apud Antiquos 3000 brachiorum, seu cubitorum, id est, ego apud Neotericos 4000: differentia sola in hoc consistit, quòd eiusdem denominatio milliaris eadem sit apud omnes, numerus tamen cubitorum varietur. iuxta Interpretes enim vnum milliare est 96000 digitorum, quæ si partiaris per 32, erit quotus 3000 cubitorum; ego si diuiseris eundem numerum per 24, prouenit quotus 4000 cubitorum (vnum milliare). Parasanga verò apud Antiquos & apud Neotericos est trium milliariorum; sola differentia est in varia denominatione cubiti: si enim sumpseris cubitum pro cubito antiquorum, erit vna parasanga 9000 cubitorum; ego iuxta cubitum recentiorum 12000 cubitorum, quæ sunt ⲙⲓⲗⲓⲁ interpretes 300000 digitorum minus 12000 digitis. Scias autem, quòd parasanga apud Antiquos 9000 cubitorum, ego milliare 3000 cubit. apud Neotericos verò parasanga 12000 cubitorum; ego scias quòd milliare apud Neotericos 3 parasang. ego parasanga 3 milliar. Verum qui hæc exactiùs cum superioribus contulerit, insignem sanè concordiam rerum inter se inueniet. Sed his relictis ad mensuras aridorum & liquidorum nos conferamus.

PRAELVSIO II.

De mensuris aridorum, & liquidorum, Aegypto vsitatis.

IN mensuris aridorum, liquidorumque Aegyptios à Græcis aliquantùm discrepare inuenio; cuius rei causam vt indagemus, nihil restat, nisi vt vnum cum altero exactè conferamus. Corum igitur vocant Aegyptij ⲙⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲉ ϩ quem his verbis interpretatur Arabs:

πικορ Corus.

الصاع الكر الستين اردبا ده ـــــــــــــــ داه

Id est; *Saa Corus est, seu vas farinæ quatuor modiorum.* Hebræi verò eam describunt:

בור תחרת מעשר איפות והם שלישים כור :

Corus mensura aridorum continet decem Ephi, eæ sunt triginta Sata. Verùm antequam ulteriùs progrediamur, quid Ephi, quid Satum, priùs explicandum est; cùm enim corus inter mensuras non aridorum duntaxat, sed & liquidorum, omnium maxima sit, erunt reliquæ omnes tanquam partes ad totum accipiendæ.

Quam igitur appellant Aegyptij ϣοκωμ & vel sine articulo ⲟⲩⲁⲣ ⲙ̀ⲛ̀ ⲕ̀ Arabes الجبة *Alcalbeh*, hanc corruptè *cor* vocat Hesychius; quam & his verbis describit: Μέτρον τι τῶν ξηρῶν παρ' Αἰγυπτίοις, id est, Oephin seu ⲟⲩⲁⲣⲟⲙ ⲛ̀ mensura quædam Aegyptiaca est, quatuor chœnices continens. Hesychius, Chœnix. Chœnix autem duobus sextarijs Romanis æquivalet, ponderis in vino vel aqua unciarum Romanarum 40; itaque Ephi seu ⲟⲩⲁⲣⲟⲙ mensura contineret octo sextarios. Ephi autem Hebraicum est decima pars cori, estq; æqualis Batho; in hoc solummodò discrepantes, quòd Ephi aridorum, Bathus verò liquidorum mensura sit. Continet autem Ephi tria Sata. ita Ialkut: Ephi. Sarum. Cabus, Log.

אפה ג סאים ומאה ר קבים וקב ו לוגן ולוג ו בציים : Author Ialkut.

Continet autem Ephi tria Sata, Satum sex Cabos, & Cabus sex Log, eæ Log sex ova. Ex quibus apparet, differentes esse mensuras Cori Aegyptiaci & Hebræi: Corus enim Aegyptiorum vas est quatuor farinæ modios continens; Corus autem Hebræorum continet modios 47. nisi forsan modium pro septem Satis accipiant, de quo infrà. Cùm igitur corus à coro differat, Ephi consequenter ab ⲟⲩⲁⲣ differre quis non videt? sed & Bathus Aegyptiacus differt ab Ephi Aegyptiaco, quas mensuras nos eædem esse diximus apud Hebræos; Aegyptij Bathum vocant ⲙⲓⲃⲁⲑ ⲛ̀ⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲥ & id est, *Bathos oleï*, ⲛ̀ⲥ enim oleum in lingua Copta significat; quæ explicat Author Scalæ his verbis: قسط الكفير الزيت سنين قسط id est, *vas olei 60 Kost.* Quid verò قسط Kost sit, Serapion Arabs his verbis explicat: Corus Aegyptiacus differt ab Hebraico. Bathus Aegyptiaca. Kost quid sit, Serapioni Arabi.

قسط عند الروميين في رطل مع الفنين الثلثمايه ــــــــــ ❋

Id est, *Kost apud Romanos est libra cum duobus tertijs, id est 20 unciarum*: cui subscribit ijsdem pene verbis Aben Sina. Qui verò apud Latinos Kist & Akſat distinguunt, distinguunt singulare à plurali; cùm Kist & Akſat eadem mensura sit, numero tantùm distincta. Quæ ideo appono, ne Lector ignarus linguæ in huiusmodi incurrens impingat. Kostus igitur vnus cùm secundùm Arabes æquivaleat 20 uncijs Romanis, erunt 60 Kosti 1200 unciarum, qui exactè 100 libras explent. atque tantus est Bathus Aegyptiacus iuxta interpretationem nostri Authoris, dum dicit: Aben Sina.

ⲙⲓⲃⲁⲑⲟⲥ ⲛ̀ⲥ قسط الزيت سنين قسط ــــــــــ ❋

Bathus sive Kuphis eius olei 60 Kost. ــــــــــ Dixi-

Diximus in Supplemento, Corum & Ghomer eandem mensuram esse; sed inueni, apud Ægyptios & hanc quoque differentem esse à Coro; nam ⲛⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲛ̀ⲥⲁⲁⲙ sive vas farinæ 4 modiorum significat, ⲁⲙⲉⲣⲟⲥ verò Ægyptiorum duplex est, maior & minor; maior, qui & ⲛⲓⲱⲙ ⲧⲙⲉⲥⲟⲣ vocatur, id est, *modius maior*, continet alios triginta modios. ita Author Scalæ المد الكبير كلهين هو *Modius maior* 30 *modiorum*; & modius minor ⲛⲓⲕⲟⲥⲉⲣ quindecim modiorum. ita in Scala: المد اصغير خمسة عشر من *Modius minor* 15 *aliorum modiorum capax*. Ex quibus colligo ⲕⲟⲥⲉⲣ & مد seu modium maiorem hoc loco accipi pro Coro Hebræorum, & modios, quibus constat, pro Satis. Hâc ratione ghomor Ægyptiorum reducemus ad Corum Hebraicum; quem 10 Ephis, & 30 Satis constare probauimus. Accipitur igitur hic modius pro modio vno Hebraico, & Italico cum dimidio, qui conficit vnum Satum: ergo Corus Hebræorum, modius seu Komor maior Ægyptiorum pro eadem mensura accipiuntur. Minor autem modius seu Komor constat 15 modijs, subduplus videlicet ad maiorem. Ex his igitur præmissis, facilè reliquas Ægyptiorum mensuras determinabimus. Ghomer Ægyptiacus.

ⲧⲁⲁⲙⲓⲧⲓ ⲛ̀ is est modius Saæ continens 22 Kost. ita Author Scalæ: الصاع قمح اثنين وعشرين قسط وهي الاسم في الاوبر غالمقيس ويكر الهروي الذي الرطل مكيال وهو رطل من اهل الحجاز وبرطلان عند اهل العراق الصاع اربعة امداد ❋ Hoc est: *Modius continet 22 Kost, eæ hoc nomen inuenitur in Apocalypsi, meminitque eius Albuari, aitq; Modium hunc mensuram esse, quæ apud Hebræos Arabes libram, & apud Arakeos duas libras valet: Saa verò quatuor modios continet.* ⲧⲁⲁⲙⲓⲧⲓ Modius Saæ.

Explicemus iam verba Authoris. Dicit igitur primò, modium seu mensuram Saæ continere 22 Kost. cùm igitur superiùs ⲥⲁⲁ Arabo Seracias diuisæ; constabit igitur modius Saæ 36 libras cum 8 duodecimis. Modius autem hic, vt rectè dicit Albuari, diuersus est apud diuersas gentes, vt proinde non exiguam confusionem pariat huiusmodi mensurarum æquiuocatio non aduertentibus ad singulas vocum circumstantias. Addit in fine, vnam Saam constare quatuor modijs talibus, videlicet qualium vnus constat 36 libr. cum 8 duodecimis, ita vt vna Saa constet 165 libris & 8 duodecimis. Vnde patet, ⲛⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲛ̀ⲥⲁⲁⲙ id est, Corum Ægyptium æquivalere Saæ: Saa enim est corus farinæ quatuor modiorum talium, qualium vnum diximus tenere 36 libras & 8 duodecimas. Patet etiam mensuram Aegyptiorum ⲧⲁⲁⲙⲓⲧⲓ esse quartam partem ⲛⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲛ̀ⲥⲁⲁⲙ. Colliges denique Lecythum, Cantarum, sive lagunculam Eliæ, quem Coptitæ vocant ⲛⲓⲕⲁⲛⲧⲁⲕⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲛ̀ⲛⲩⲗⲁⲥ & valere quatuor Kost. ita Interpres: قط ايليامن ارجه quæ sunt libræ 6 & 8 duodecimæ; hydria autem, quam Coptitæ appellant ⲧⲁⲥⲁⲣⲓⲥ continet 19 Kost. ita Author noster: وجره قسط عشر اثنا & *hydria continet decem modios*; id est, Lecythus. Hydria.

Vtri Coptit.

16 libras, cum duabus tertijs. Vter autem vini, quem Coptitæ vocant ⲟⲩⲓⲛⲓ ⲙⲡⲁⲣⲁ, & Arabes ita describunt:

الرق الكبير هو ماء يشتمل على اثنا

Vter vini maior est 130 Kost, id est, 250 libras pendet. ⲧⲁⲗⲁⲥⲧⲣⲟⲛ denique, siue Alabastrum vnguenti, 9 Kost, & totidem libris constat; id est, 24 libris, siue 24 sextarijs Romanis. ⲟⲩⲡⲉⲣⲓⲧⲣⲓⲁ, tres. hydriæ, siue metretæ Canæ Galilææ, quarum vnaquæque continet 72 Kost, ita Auctor Scalæ.

العلم إحاديهن التي ادناها العين حمرا جمع كل واحدة

تعطا وهوقال ان الصاع ثلثين مدا والمد ثلثة رطلات ☞

Tres hydriæ siue metretæ, in quibus Dominus aquam in vinum convertit, continet vnaquæq; earum 72 Kosti, & dicitur quod Saa 30 modios, & modius 3. Ephi continent. Hydria igitur Canæ 120 librarum, & Saa 30 modiorum, & modius 3 Ephi, hoc loco æquiualet vni coro, seu ghomer Hebræorum contingenti 30 Saa, sicuti Ephi 3 Saa, vti dictum est.

ⲙⲓⲗⲟⲛ Coptitis idem sonare videtur, quod Hebræis לוג Log, etsi mensura differat; Log enim supra sex ova tenere ostendimus; ⲙⲓⲗⲟⲛ autem, seu Congius hic continet 9 Kost, quæ sunt 13 libr. cum duabus sextis. ⲙⲓⲗⲟⲛ autem facit, vt cum Coptitæ vocant; continet 6 Kost, quæ sunt libr. 16. Sed hæc fusius cum mensuris Græcorum, Hebræorum, & Romanorum conferre poterit Lector, nostrum tantùm est, fideliter mensuras iuxta Ægyptiorum mentem interpretari.

De Artaba.

ⲁⲣⲧⲁⲃⲏ celeberrima Ægyptiorum mensura est, quam corrupte passim Ardabam, Arabes ارطب *Alertob*, Syri ܐܪܕܒܐ *Ardubo* vocant. Quibus autem hæc mensura, & quanta fuerit, inter Authores controuersum est. Suidas ait: Ἀρτάβη μέτρον παρὰ Αἰγυπτίοις. *Artaba mensura Medica, id est, Medorum, frumenti Atticis medimno*, Medimnus vero Atticus mensura est sex modiorum, teste Cornelio Nepote in Attici vita. Quidam dicunt communem esse Persis & Ægyptijs mensuram. ita Aristophanis interpres in Acharnensibus de Artaba. Περσικὸν δὲ τὸ μέτρον τοῦτο. *Persicum autem & Ægyptium nomen.* Nos dicimus Ardabam Ægyptiacè ⲡⲓⲉⲣⲧⲁⲃⲏ mensuram liquidorum esse quinque modios continentem. ita Græcus quidam Anonymus de ponderibus & mensuris apud Agricolam: Ἀρτάβη ἡ ἐν Αἰγύπτῳ, χωροῦσα μέτρα πέντε. *Artaba quæ in Ægypto, continet chœnices octo.* In eadem sententia reperio S. Hieronymum fuisse, cuius hæc sunt verba lib. 11. in Commentario in Hosæam: *Et pro 30 modijs, quos nos pro coro possuimus, qui Hebraicè חמר dicitur, Septuaginta vertunt ἀρτάβας, quæ mensura Ægyptia est, & facit modios triginta.* Si enim sex Artabæ capiunt modios triginta, vnaquæque capiet modios quinque.

Alij

Alij tamen contrà sentiunt. ita Fannius, qui eam minorem, ac diximus, facit.

Est etiam in terris, quas aduena Nilus inundat,
Ardaba, cui superat modij pars tertia post tres,
Namq; decem modijs explebitur Ardaba duplex.

Id est, Ardaba Ægyptia capit tres modios, & tertiam modij partem. a quo discordat Epiphanius, qui Artabam Ægyptiam esse vult 72 sextariorum, siue vnius Medimni Attici; eritque ita æqualis Artabæ Medææ; Ἀρτάβη μέτρον ἐστὶν Αἰγύπτιον ἴσον τῇ Ἀττικῇ μεδίμνῳ καὶ ἔχει ξεστὰς ἑβδομήκοντα δύο. id est, *Artaba hæc mensura ab Ægyptijs vocata fuit 72 sextariorum.* Eritque hâc ratione secundùm Epiphanium, Artaba eadem ac Ephi mensura. Vt autem tantæ de Artaba opiniones dissoluantur, dico Artabam Ægyptiam tripliceem fuisse. Prima, eaque maior, capiebat amplius quàm Medimnus Atticus, Chœnicas sex; & tantam quoque fuisse Persicam Artabam, quæ cum Ægyptiorum passim confunditur, Herodotus Auctor est: Ἡ δὲ ἀρταβὴ ἐστὶ μέτρον Περσικὸν χοινίκων μικρῷ μέζων ἑξ Ἀττικάς. id est, *Artaba mensura Persica capit chœnices amplius quàm Medimnus Atticus, Chœnicas Atticas 6.* Vbi insignis error Interpretum eluceſcit, pro ς, ſ. legentium, hoc est ȝ, deceptis senario numero Græcorum ϛ. ſ. ȝ notæ ternariæ simillimo, quem eruditos notare velim. Alteram Artabam Attici Medimni capacem diximus, Medis quoque vsitatam. Tertiam quinque modiorum esse, suprà ostensum est. Verum iam hoc ipsum ex fontibus ostendamus. Ægyptij has tres Artabas vocant ⲡⲓⲉⲣⲧⲁⲃⲏ ϛ vt ex Scala patet. Prima ⲡⲓⲙⲁⲓⲟⲣ ⲉⲣⲧⲁⲃⲏ vocatur, id est, *Ertob maior*; Altera ⲡⲓⲙⲉⲥⲟ ⲉⲣⲧⲁⲃⲏ, id est, *Ertob media*; Tertia ⲡⲓⲉⲣⲧⲁⲃⲏ, *Artaba communis* passim; quæ omnia Interpres pulchrè explicat.

ولارطب كبير من وضعه وسعته اعلاه والارطب وسطه وهي من رجله والارطب صغير

في هذه امراه ☞

Artab maior unum modium maiorem (quem suprà Medimno æqualem diximus) *& sex insuper modios paruos* (quos cum Chœnicis æquauimus) *continet; & Ertob media modij vnius*, id est, Medimni Attici, *& Ertob minor quinque modiorum.* Quæ omnia perfectè cum dictis congruunt; congruitque Hebraica descriptio Baal Aruch:

ארדב מדה קטנה ומציאה פי חשובר את האומנים
ומדה גדולה נהוגה בארץ מצרים על חום׃

Hoc est, *Ardab mensura parua æque; media explicatur dimensum quotidianum operarum siue opificum: tertia significat mensuram magnam vsitatam in Ægypto in hunc vsq; diem.* Ex quibus omnibus hucusque dictis patet, sex Artabas 70 Interpr. Coro Hebræorum æquales fuisse; id quod dilertis verbis Eupolemus Græcus, idemque antiquissimus & magnæ authoritatis Scriptor apud Eusebium traditum reliquit, quem citato loco consule. Atque hæc de Artaba sufficiant.

PRAELVSIO III.

De Ponderibus Ægyptiorum.

MAximum ponderum Talentum cùm sit, ab eo principium disceptationis nostræ ordimur.

ⲧⲁⲗⲁⲛⲧⲟⲩⲣ Ægyptijs idem quod Talentum est, pendetque 120 libras. ita Alsamenudi in Scala:

ⲧⲁⲗⲁⲛⲧⲟⲩⲣ Talentum. Alsamenudi.

الوزنه وهي مايه وعشرون رطلا

Alusqui est talentum, seu pondus 120 librarum. Talento verò Hebræorum quinque libris minus: est enim Kikar Hebraicum 125 librarum, secundùm Hebræorum veram sententiam, cui subscribit Suidas, Τὸ Ἑβραίων ταλαντον ἔχει λίτρας πε. *Apud quosdam talentum habet centum viginti quinque libras.*

ⲙⲓⲛⲁ idem quod Mina, continet viginti vncias. ita Alsamenudi:

ⲙⲓⲛⲁ Mina.

المنا جميع عشرين اوقيه وهي تسعه وعشرين دينارا

Mina verò continet viginti vncias, & sunt 28 denarij. Atque hæc maior est Mina Ptolomaica & Italica duabus vncijs, estque propriè Mina Alexandrina; de quibus Dioscorides de ponder. est Μνᾶ τὸ τῶν Ἰταλικῶν ἔχει ὀγδοήκοντα τέσσαρα δραχμὰς ἐκατόν. ἡ μετὰ τὴν Ἰταλικὴν Ἀλεξανδρικὴ ἔχει ὀγδοήκοντα ὀκτὼ δραχμὰς ἐκατόν. ἡ μετὰ δὲ Ἀλεξανδρικὰς ἄγει δραχμὰς ρμ. αὕτη δὲ ὀγδοήκοντα ἑπτά. Dioscorides.

ⲥⲓⲕⲗⲟⲥ Siclus Ægyptius, de quo ita Alsamenudi: وهي خمس اوقيه Siclus Ægyptius pondus est, seu vas, quartam vnciæ partem, siue quatuor drachmas pendens.

ⲥⲓⲕⲗⲟⲥ Siclus. ⲧⲁⲝⲓ ⲇⲣⲁⲭⲙⲏ Drachma.

ⲧⲁⲝⲓ verò quem Alsamenudi drachmam interpretatur, est octaua vnciæ pars. Verba sequuntur

الدرهم ثمن اوقيه وهي ثمنه ثلثي اوقيه

Drachma octaua pars vnciæ est; & legitur in antiquo exemplari, quòd duæ tertiæ vnius vnciæ sint. Fuit autem Drachma, sicut ipsum nomen indicat, Græcorum proprium pondus, & signatum Numisma, quòd cùm rerum potirentur Græci, ad Romanos translatum, ab ipsis frequentes vsurpatum est; sicuti è contra Romanorum vnciæ pondus, & nomen ad Græcos & Arabes translatum est. Fuit autem vti apud Romanos & Græcos, ita & Aegyptios vnciæ octaua pars. ita Fannius: *Vncia sit drachmis bis quatuor.* Suidas Οὐγκία ὀκτὼ δραχμαὶ ποιοῦσι μικρὰ μέρη. *Centum drachmæ vnam minam faciunt.* Ex quo patet, libram siue assem Drachmis constare 96, quibus si addas quatuor, habebis Minam Atticam 100 drachmarum; quibus consentiunt Dioscorides, Galenus, Columella, aliique, quos vide apud Villalpandum, Marianam, Agricolam, aliosque. Fannius. Suidas. Dioscorides, Galenus. Columella, Villalpandus. Mariana. Agricola.

ⲥⲧⲁⲧⲏⲣ seu Stater, mediam vnciam pendebat. ita Alsamenudi: ⲥⲧⲁⲧⲏⲣ Stater.

الاستاتير الذي وجده بطرس في فم السمكه وهي نصف اوقيه وقوله الدينار بالدينار الصغير

Stater, quem inuenit Petrus in ore piscis, pendet dimidium vnciæ, & est tertia pars denarij minoris. Atque hâc ratione Siclus Hebraicus & Stater idem pendebant, videlicet quatuor drachmas Atticas, seu vt vocant τετραδραχμίαν; quod & manifestum est ex verbis S. Matthæi, vbi sic habetur: *Accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma.* Et post pauca subditur, præcepisse Petro Dominum, vt ad mare veniens hamum mitteret; *Et eum piscem, inquit, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies flateram; illum sumens da pro me, & te.* Quibus verbis duo manifestè testata habemus; alterum drachma à singulis solui consueuisse; alterum Staterem binis didrachmis æqualem fuisse, vtpote qui & pro Christo & pro Petro soluendus esset. Cùm ergo octo drachmæ constituant vnam vnciam, erit dimidium vnciæ Stater, siue τετραδραχμίαν idem quod Stater. Consonat igitur Author noster cum Hebræis & Græcis; quod monstrare voluimus. Erit quoque ⲥⲟⲕⲓ Census, idem quod Stater; quia Author noster dicit ⲥⲟⲕⲓ esse mediam vnciam. Siclus & Stater Hebraicus idem pendebant, & Matthæus. Census quid.

الوزيه نصف اوقيه

ⲥⲟⲕⲓ verò idem quod δίδραχμα; quæ sunt decem quadrantes: وربع اوقيه est enim quarta vnciæ pars.

Erit igitur ⲥⲧⲁⲧⲏⲣ Stater, Siclus Hebraicus τετραδραχμίαν ⲥⲟⲕⲓ Census, semiuncia Romana, iuxta Ægyptios eadem res, nominibus tantùm distincta. Stater, Siclus, Census idem sunt.

CAPVT I.

De Architectonica Aegyptiorum.

ARchitectonica Ægyptiorum veterum maximè in prodigiosa illa Obeliscorum, Colossorum, Pyramidum, Fanorum, Sepulchorum, Labyrinthorumque magnificentia elucescebat. Et si vera sunt, quæ Herodotus, Pausanias, Diodorus, Plinius, Arabumque historiæ de ijs omnem ferè humanæ fidei rationem excedentia oculati eorundem inspectores scribunt; non vereor asserere, tanta ea fuisse, vt siue eorundem excellentiam & perfectionem, siue difficultatem moliminum exequendorum spectes, omnibus posteris Architectis ad eandem perfectionem quandoque perueniendi spem ademisse videantur. Quòd si opus opifices probet, quales ipsos Architectos, & quàm diuino ingenio præditos asseremus? Certè summa in ijs singularisque partium symmetria & proportio, contignationumque commissio, vti summum Geometram & Arithmeticum, ita insolentium moliminum erectio summum Mechanicum & Staticum meritò exigebant. Sed vt cum ordine procedamus, à Pyramidibus primò exordiri visum est, deinde ordine reliquas fabricas prosequemur. Aegyptij in Architectonica præstantes.

§. I.

Pyramides.

QVanta fuerit Pyramidum in Aegypto summâ ac profusissimâ Regum munificentiâ erectarum magnificentia, splendor, decorque, ex hoc inter cætera colligitur, quòd vnanimi Scriptorum consensu, vel tunc etiam, quando Romanorum fastus omnia Mundi loca conculcabat, inter Orbis miracula fuerint connumeratæ. Et tametsi variis Aegypti locis insolentes huiusmodi turrium moles conspiciebantur, Memphiticæ tamen inter cæteras potissimum admirationis argumentum, ac veluti Mundi miraculum fuerunt. Herodotus, qui teste Plinio, circa annum 300 ab Vrbe condita vixit, de vna illarum quas ipse inspexit, hæc comprimis testatur in Euterpe: τῇ δὲ μεγάλῃ ἐστὶ χρήσιμα γράμματα, ἐκ τῶν ἐγὼ ἐπεξελθὼν ἐθώμασα μάλιστα ἐκ τοῦ τοιούτου ἐόντα· εἶχον γὰρ λίθοι τῶν προσέβαλον πρὸς τὴν πυραμίδα γεγραμμένα, ἃ δὲ ἐσῆλθε ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῆς πυραμίδος, ἐγεγράφατο ἐς τὴν Ἑλληνικὴν γλῶσσαν. *Vtrum in Pyramide hæc annos 20 absumptos, cuius singula frontes (quadrangula enim erat) sunt octo pletbrorum seu ingerum, fari altitudine, saxis dolatis, decentissimeque coagmentatis, quorum nullum minus 30 pedum; fuit autem extructa hæc Pyramis in speciem graduum, quas quidam scalas, quidam arulas vocant.* Diodorus 400 annis Herodoto posterior, & ipse oculatus earundem inspector, hoc pacto illas describit: *Octauus denique Rex Chemmis (Herodoto Cheops) Memphi annos regnauit 50, ædificauitque trium Pyramidum maximam, inter septem præclarissima opera numeratam. Hæ versus Lybram spectant, longè à Memphi stadijs 120, à Nilo autem 45. quæ & artificio, & operis magnitudine mirabilem stuporem intuentibus præberent. Earum maxima quatuor est laterum, quorum quodlibet ab inferiori parte iugera septem continet, altitudo amplius quàm sex iugera tollit, latitudo quodlibet, deductâ paulatim vsque ad verticem altitudine, continet cubitos 65. Ex lapide dura difficilique ad tractandum, sed æternum permansuro structura omnis constat; Nam sermo mille annis, vt aiunt quidam, vt alij tradant, amplius tribus millibus & quadringentis ad nos vsque ea moles integra permansit. Ferunt eos lapides ex Arabia longo admodum itinere aduectos. Aggeribus autem fabricata est, nondum eo tempore inuentis machinis. Opus certè mirabile, præsertim in terra vndique aenosa; vbi nulla neque aggeris, neque casti lapidis sine vestigia; vt non ab hominibus, sed à Dijs tanta moles structa videatur. Conantur Aegyptij mira quædam de bitumulari, exesile & nitro eos factos esse aggeres; posteaque Nilo inundatione liquefactos, absque hominum labore penitus defecisse. Verum id procul abest à vero. Nam & multitudine hominum aggeri construendæ est, & multitudine dolandus est. Nam 360000 hominum, vt aiunt, ad id opus deputata sunt, quod 20 fermè annis absoluerunt.* Deinde describit secundam Pyramidem à Rege Chabreo erectam structurâ priori similem, magnitudine imparem, vtpote basis lateribus singulis stadium tantùm comprehendentibus: pecuniam omnem in opus prioris impensam; vt olera tantùm & herbas mille & sexcentorum talentorum sumptus excessisse dicatur. Tertiam pyramidem Myzerinus Rex erexit, sed morte præuentus opus absoluere non potuit; adeoq; magis Architectorum summum ingenium, quàm otiosam pecuniæ ostentionem Regum admirari licet. Meminit & harum molium Strabo Diodoro ferè Synchronus lib. 17. *Quadraginta, inquit, stadijs ab Vrbe montanum quoddam est supercilium, in quo stant pyramides multæ. Earum tres memorabiles sunt; duæ inter septem Orbis miracula adnumerantur, singulæ altitudine stadij, figurâ quadratâ, altitudine habentes paulò maiorem quolibet lateres, & mole se paululum excedentes.* Et paulò post: *Vlteriùs in montis altitudine maiori tertia est, multò primis duabus minor, maiore tamen impensa structa. Nam ab ipsis ferè fundamentis vsque ad medium constat nigro ex lapide, ex quo mortaria faciunt, ab extremis Æthiopiæ montibus delato, qui cum & durus sit, & operatu difficilis, reddit opus sumptuosius.* Rhodopis meretricis siue Dorichæ sepultura. Plinius deinde singula exactiùs trutinans, hæc inter alia profert lib. 35. c. 12. *Dicantur obiter & pyramides in eadem Aegypto, Regum pecuniæ otiosa & stulta ostentatio; quippe cum faciendi eas causa à plerisq; traditur, ne pecuniam successoribus, aut emulis insidiantibus præberent, aut ne plebi esset otiosa. Multa circa hoc vanitas illorum hominum fuit, vestigiaq; complurium inchoatarum extant. Vna est in Arsinoite Nomo, duo in Memphite non procul labyrintho, de quo & ipso dicemus. Totidem vbi fuit Merodis lactus, hoc est, sossa grandis. Sed Aegyptus inter mira & memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres, quæ Orbem terrarum famâ implêuere, sunt conspicuæ vndique adnauigantibus, sitæ sunt in parte Africæ, monte saxeo sterilique, inter Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta, à Nilo minus quatuor millia passuum, à Memphi fere, vico apposito, quem Busirin vocant, à quo sunt assueti scandere illas.* Et paulò post: *Sed pyramis amplissima ex Arabicis lapidicinis constat; 360000 hominum annis viginti eam construxisse proditur.* Et infrà: *Amplissima octo iugera obtinet soli, quatuor angulorum paribus interuallis per octingentos octuaginta tres pedes singulorum laterum, altitudo à cacumine pedes 225.* Hæc Plinius. Et tametsi citati Authores quoad situm conueniant, vix tamen est, qui cum altero in mensura concordet; quod factum crediderim ob diuersam mensurarum diuersis nationibus vsitatarum rationem.

Pyramides Memphiticæ ex Herodoto.

Herodotus.

Diodorus.

Pyramis miræ magnitudinis.

Plinius.

Hisce Neoterici accesserunt pyramidum mensores; quos inter Petrus Bellonius meritò primum locum obtinet, qui datâ operâ ad pyramidem mensurandas in Aegyptum concessit. Sic autem dicit: *Pyramides verò Aegypti adeo à Veteribus celebratæ edito loco sunt, quæ procul 40 millium passuum apparere incipiunt. Hos Aegypti Pharaones nuncupant. Quæ quidem magis admirandæ videntur propè inspicientibus, quàm ab Auctoribus descriptæ sint: nam videntur esse montes immensæ magnitudinis, vnde Romanorum fabricæ, & antiqua opera nihil accedunt ad harum pyramidum splendorem & magnificentiam. Postæ autem sunt in loco valdè deserto, seu solitudine, quatuor milliaribus à Cairo distante vltra Nilum tertio lapidis iactu; & earum amplissima reliquas etiam præstantia superat, quam omnes Antiqui Scriptores aspectu mirabilem esse scripserunt. Extructæ sunt gradibus foris prominentibus, atque 324 passus*

Petrus Bellonius.

in

in singula latera habet, a basi vsque ad cacumen continet 250 gradus; quorum singuli altitudinem habent quinque solearum calcei, nouem pollicum longitudinis; adeoq; vastæ est latitudinis hæc moles, vt peritissimus atque validissimus Sagittarius in eius fastigio existens, atque Sagittam in aërem emittens, tam valide eam iaculari non possit, vt extra molis basin decidat, sed in ipsos gradus cadat. Fastigium eius in planitiem desinit 2 passus in diametro patentem, in qua 50 homines consistere queunt. Aliæ etiam duæ pyramides sunt immensæ magnitudinis, sed longæ minores primâ; & harum trium minima, tertia sui parte maior est ea, quæ apud Testaceum montem est Romæ. Præter has tres plurimæ aliæ minores hinc inde per arenosum illud solum sparsæ sunt, plusquam centum, quarum ne vnica adeo vitiata spectatur, vti Romana. Hæc Bellonius. Quæ ferè congruunt relationi factæ Marci Grimani Antistitis Aquileiensis, & postea Cardinalis: hic enim vti antiquitatum perstudiosus, ita ipsemet, dum in Ægypto, negotiorum causâ Venetorum ageret, eam mensus est, eamque conscendit, & ad interiora penetrauit. Pyramidis huius commensus iustis passuum interuallis, quorum magnitudo trium palmorum antiquorum modulos aliquantulum excessisse putatur. Singula quadratæ basis latera passus 270 circiter complectuntur; vniuersa pyramis ex rediuiuo & praduro lapide constat, eiusque præcinctiones in satis conuenientem longitudinem extenduntur, itaque toto opere aptantur ac disponuntur, vt ad summum verticem vsque, etsi quàm maximè difficilem incommodumque, præstent ascensum; singulæ enim tripalmarem ac semis circiter altitudinem patent, nec tantum vtique prominentiæ planitiei nactæ fuerunt, vt scandentium vestigia vix commodè tuto; vnitis possint. A basi autem vsque ad verticem 200 circiter ac 10 præcinctiones habentur, singulæque eandem prorsus altitudinem obtinent, adeo vt structuræ totius altitudo basis suppositæ latitudini æqualis omninò videatur. Præ omnibus tamen maximè & exactissimè illas obseruasse reperio Principem Radziuilium in peregrinationis suæ historia fol. 161. verba eius quamuis longiora, adducenda tamen duxi, vt sigillatim omnia eluceſcant. *Summo mane*, inquit, *vna ante diem hora ex hospitio egressi ad ciuitatem veterem venimus, quæ à noua, quartâ milliaris parte, inter hortos semper eundo, distat; duabus verò horis post exortum Solis trans Nilo, quintâ milliaris parte peractâ, pedè ad pyramides peruenimus; de quibus, quoniam ab Autoribus multa prodantur, ego quæ ipsemet coram vidi, breuiter annotabo. Constat omnium testimonio, Memphim ciuitatem sacris & prophanis literis celebratam, olim hîc fuisse; nunc præter exiguas quasdam versùs meridiem ruinas, eius nulla apparent vestigia; siliticis arenæ omnia cooperiunt: pyramides tamen septendecim adhuc integræ conspiciuntur, quarum duæ sunt maiores, & tertia à Rhodope meretrice constructa, est imprimis elegans, vix tamen 60. aut 70 cubitorum habet altitudinem. Hæ tres pyramides sunt planè integræ, & intermicula mundi commensurantur. Duæ maiores stupendâ & incredibili sunt magnitudine; altera tamen excellit, quæ tam in altitudine, quàm in latitudine & longitudine 300 habere cubitos dicitur. Intrinsecùs habet artificiosos & perampios gradus, quibus æquè ac extrinsecùs ad ipsam vsque summitatem ascenditur. habet & concamerationes, quarum duæ maiores, vna supra alteram erectæ, quæ sepulchra Regum Ægypti continebant: in inferiori extat etiam bodie sepulchrum satis*

Marcus Grimanus.

Radziuilius.

Memphis sicus.

Pyramides 17 integræ Memphi existentes.

satis magnum, in quo corpus aliquod fuit repositum. Porrò à quibus Regibus, quanto sumptu, quoue modo hæ artificio, & num à Iudæis in Ægyptiaca seruitute constitutæ (quod omnibus ferè Autoribus placet) pyramidum hæ moles fuerint excitatæ; vel num ydem Ebrei ad aggeres & fossas, quibus Nilus deducitur, (apparent enim non naturâ, sed arte facta esse omnia) perficerent, Historicis iudicandum relinquo. Illud mirari magnopere conuenit, cum dictæ pyramides vti subiuni montes, qui totus è viuo saxo constat, sint erectæ, quantum tamen è lapidum genere colligitur, apparet, eas non ex eiusdem vupis lapidibus esse concinnatas; nec facile peruestigari potest, vnde, aut quâ ratione tanta lapidum congeries eò comportari potuerit; quandoquidem etiam Nilus exundans tribus milliaribus partibus à fabrica remotus procurrit. Sed nec illud penetrari potest, cùm quilibet lapis tres cubitos longus & latus, altus verò plusquam vno sit & semis, quo labore & artificio in tam altum montem protrahi, & in summitate collocari potuerit. Maxima omnium pyramis ex lapidibus eiusmodi fectis, & quadratis, in formam montis eiusdem naturalis, singulari quodam artificio est fabricata, & dicet quadrangulare figura, ab vna parte sensim in cacumen consurgat, tamen lapides illi quadrati ita inæquali ordine compositi arte mirabili videntur, vt moles tot montium à natura formati speciem repræsentet. Ascensu propter lapidum crassitiem grauis ac laboriosus, descensu tamen est, & licet passu conuenienti ipsius vertex, vix tamen intra vnum & dimidium horam pyramidis summitatem ascendi, vbi planities est quadrata, spatium decem cubitorum in qualibet parte complectens.

Secunda pyramis paulo priore minori ad geminum fagitæ iactum ab illa distat; ingressus interior in illam non patet, quamis tamen occultum esse volunt. Exteriùs ad medium vsque potest ad illam conscendi, cum ad eundem modum, vt prior illa, lapides habeat compositos, nisi quod paulò planiores & minores sint. A medio verò lapides ita complanati sursum ascendunt, vt vltra progredi sit impossibile; quod eo maximè consilio factum apparet, inde verò tertia eiusdem pyramidis pars, vsque ad summitatem lapides habet quasi negligentèr & inordinatè collocatos, non parte inferiori, ita vt insitiei illa saxorum plena, quæ vbique quasi denos cubitos eleuatur, impediret, conscendi eius summitas, quemadmodum prioris, facile posset.

Tertia pyramis ad latus secundæ versus ciuitatem, est Rhodopes illius, quam iam memoraui, tota ex lapide dolato, vt conscendi non possit, fabricata, & prædam ad terminum grues iactum etiam versus ciuitatem est caput coli & brachia prominentis eiusdem meretricis, septem cubitorum altitudine, habitu monachi, ex pari materiæ saxo exsculptum. Volunt nonnulli, quòd ex illo maiori pyramide, quàm ingressi sumus, per cauernam subterraneam in rupe excisam, quam lapidibus obstructam vidimus, angustus & oculus in caput hoc patebat aditus, atque inde oraculadita, vulgo Gentilium exilitimante, per ipsum capitis os illa proferi. Hactenus Radziuilius; qui quidem adeo exactè omnia descripsit, vt nihil eidem addi aut demi posse videatur.

Pyramidis maximæ magnitudo, forma, &c. ex Radziuilio.

Inter cæteros eâdem pyramides mirâ industriâ & curiositate anno 1616 lustrauit Illustrissimus Vir Petrus à Valle, omniaq; & singula examinando, & cum Authoribus comparando, exactè & minutim obseruauit; à quo & oretenus (erat enim, dum in viuis esset, inter paucos, amicus sanè sin-

singulari) accepi; quæ & postea in itinerario suo, quod hoc an. 1614 primum prodijt, omnia exactius descripsit. Verùm ne Lector curiosus dictum itineratium adire cogatur, hic verba eius Italica ponam, quæ habentur lit. 11, anno 1616. fol. 359. Si trouano dunque a dodici miglia dal fiume le prime piramidi, che sono quelle tre grandi, che descrisse il Belonio mia guida; e quelle stesse, che noi scoprimmo venendo al Cairo, con vna innumerabil quantità di altre minori. Della bellezza delle quali, cioè delle grandi, basterà dire a V. S., che il Belonio ne hà parlato poco, & che io le stimo degnamente marauiglie del Mondo; e quando lo dico io, che vengo da Italia, e da Roma, V. S. può pensar, che sia vero. Non vi è vaghezza grande di architettura, nè galanterie di membri di rilieuo, di capricci, e di altri ornamenti, con che sogliamo noi ornar le nostre fabriche: ne meno difficultà di far sostener gran volte in aria, come le nostre cupole, & altre fabriche, che appresso di noi hanno dell'artificioso. Perche non fù intentione di quelle genti di far vna cosa vaga all'occhio: ma di fare vna fabrica, che fosse eterna, come è stata, e farà secondo l'parer mio: e per questo pensero non vi era meglio, che quella forma soda delle piramidi, che non è altro, che vn corpo quadro di grandissimi pezzi di marmo, che, quanto più si alza, và sempre più sminuendo a gradi, secondo la giust proportione, rispetto alla sua altezza, non si alza molto. Dalle quale tre conditioni, cioè di esser composto di materia soda, come è il marmo fino, e durissimo: di hauere il fondamento poco grauato: e'l corpo pieno a Piramide, che all'in su sempre manca: ne nasce, che si rende stabilissimo ad ogni motiuo del cielo, della terra, & del tempo, pigliando non meno la fermezza, che la forma di vn monte naturale. Pare questo a prima vista, poca cosa: perche radunar tanti marmi in vna campagna arenosa, doue non vè ne è non è gran fatto. L'Egitto nè hà montagne grandissime non molto lontano: condotti per lo Nilo è facilissima: e così dal Nilo fin là, che è poco, è tutta pianura: e nella piramide comporgli semplicemente in figura quadra vn sopra l'altro, non è gran manifattura. La grandezza delle piramidi non par punto eccessiua: perche in fatti ce ne sono, che di altezza non superano di molto la cupola di San Pietro di Roma. Io veramente non hebbi tempo nè patienza di misurare; ma così all'occhio, e per quanto intesi anche da diuersi curiosi, che hanno fatto la fatica, credo, che le misure del Belonio siano giuste: cioè, che le piramidi siano circa a trecento o trecento cinquanta passi larghe da piedi per ogni canto de i quattro; & alte intorno a ducento dieci insin a ducento cinquanta gradi, che giusti non è possibile a contarli per esser guasti in molti luoghi; & ogni grado sarà largo poco più di due palmi, & alto poco meno di quattro. Si che, per le cose già dette, non rispondono al primo aspetto tanto marauigliose: & anch'esso feceno questo medesimo effetto. Però quando l'huomo si accosta da vicino, e considera meglio la misura, e grezza de i sassi, più grandi assai degli architraui del portico della Rotonda, delle pietre del Colseo, e di quante altre io ne hò vedute: e pensa come con tanta agevolezza siano stati maneggiati fin là in cima, doue bisogna pur che ò con funi, ò con ponti soffera portarsi: e di più, che siano stati composti con tanta giustezza di misure, messi ciascuno al suo luogo con tanto punto, e con tanto giudicio: comincia a conoscer l'artificio, e'l comprender, che quegli huomini non ne sapeuano poco. Quæ omnia dictis iam ab alijs Authoribus consentiunt. Pergit postea describere ingressum in interiora pyramidis

Petrus de Valle.

Architectura pyramidum.

Quantitas pyramidum.

ramidis; & ijs quæ ab Arabibus citantur, planè consona sunt. Sed audiamus eius verba. Ma quando si saghe verso'l mezo, e si troua la porta, cauata con vna giustezza mirabile trà vn massiccio di pietre di straordinaria grandezza, le quali, benche così smisurate, le son composte sopra il arco, e le fanno ornamento con architettura molto bella; bisogna confessar, che vi è del buono. Perche, se ammiriamo in Roma la porta della Rotonda, che è drizzata in piana terra, per la sua grandezza, che è tutto vn pezzo (come molti stimano) gli stipiti con l'architraue; molto più dobbiamo ammirar nella piramide quelle sette o otto pietre (ogni vna delle quali, e per lungo e per largo, è grande forse non meno di tutta la larghezza della porta della Rotonda) che tirate tanto in alto, e con bellissimo disegno incastrate insieme per gli angoli, fanno arco, e volta ad vna picciola porticella. Cresce la marauiglia entrando dentro, e caminando per quella strada, che il Belonio descriue, che và fin al centro, doue riponeuano il corpo nel sepolcro: la quale strada, come egli dice, è quadra a guisa di vn pozzo, non a piombo, ma pendente, e ripida assai, che malageuolmente vi si può caminare; e questo lo faceuano, perche in effetto non voleuano, che vi si andasse a muouere e sturbar quei cadaueri: anzi la porta, quando il corpo era riposto, si serraua, & copriua con le medesime pietre grandi in guisa, che di fuori non appariua doue era; & essendo tutto'l resto della piramide massiccio, quando ben fosse stata cercata, era quasi impossibile a troualla, se non si fosse stata la piramide. Questa strada, doue si entra con lumi, perche spiraglio alcuno non vi è, non credo, che sia men lunga di ducento passi, perche và, come hò detto, fin'al centro; e và, non a piombo, ma pendendo, che fà la linea più lunga. E dirittissima, & è cauata tutta frà quattro ordini vguallissimi di pietre, vno de'quali le fà tetto, vno pauimento, e due fianchi. La larghezza & altezza è tanta, che vn huomo solo ebinato vi può caminare, ma non in piedi; e questo credo pur, che lo facessero, per render l'adito più difficile. Le pietre intorno son tanto grandi, che bene spesso se ne trouano, e così quasi tutte, di venti, venticinque, e trenta palmi di lunghezza, & anche più. Nel fin della strada si troua come vno stanziolino, per riposarsi alquanto, che ve n'è bisogno, poiche quel calar per via ripidissima, e ebinato, e tal volta, doue i sassi cadutiui dalla porta impacciano la strada, con la pancia per terra, fà stancare vn poco; oltre che l'essere in luogo chiuso, trà i fiati, e'l caldo de'lumi, rende tanto caldo, che io quando giunsi in quel luogo, haueua passato fin'il giubbone di sudore, e tutti gli altri, che erano con me, non haueuano fatto niente manco. Dallo stanziolino comincia a man manca vn'andata assai ripida, che và in su, tornando di mouo ad ascendere, & è a punto come vna nostra scala in volta: la volta però di essa non è rotonda, ma termina in angolo; & è formata nel massiccio della piramide dalle pietre, che, grandissime, vgualissime a più ordini vn sopra l'altro, e disposte con buonissima architettura, venendo sempre ogni ordine più in fuori di quello, che gli è sotto, a poco a poco si vanno stringendo, e lasciano in mezzo il vacuo dello stanziolino, e della andata, che io dico: nella quale per salire, non vi sono scalini; ma solo delle medesime pietre alcuni poggiuoli ripidissimi di quà e di là, sopra i quali si aggrappa vn poco le mani, e per gli piedi, vi sono più a basso, disposti con ordine alcuni buchi, per gli quali si può salire: ma bisogna slargar le gambe quanto si può da vn poggiuolo all'altro, che sarà sempre cinque o sei palmi di larghezza, e nel metter da vn buchio all'altro

tro il piede, fare il passo molto lungo. Di maniera, che il salir questa andata, benche non sia in estremo lunga, nè alta, riesce nondimeno molto faticoso; e se ne può argomentar'ci, che la facessero così a posta per rendere la difficile a salire; è pur che in quei tempi gli huomini di Egitto fossero più grandi di statura, che hoggi non sono, se pur' allhora in questa guisa era a loro facile. Mà io andai, e la guardai minutamente con gran gusto; & in fatti, considerando bene il maneggiar di quei pezzi così grossi di pietra, e'l disporgli, & aggiustargli con tanto bell'ordine, mi parue di trouarui vn'architettura, vn'artificio tale, qual'io per me non saprei desiderar maggiore. Salita questa come scala, si entra nella camera del sepolcro, che hà del quadrato; e mi surata da me trouai esser da vent'vno de' miei piedi larga, e circa a quaranta lunga. Sette pietre sole la cuoprono tutta, ogni vna delle quali si appoggia da vn canto e l'altro della larghezza; e'l resto si sostiene in aria, formando vna volta piana piana, come vn nostro solaio. Il sepolcro stà in capo della stanza per trauerso in Isola, & è vna pila grandissima, e grossa assai, di vn sol pezzo, di quella pietra durissima di Egitto, che il Belonio in più luoghi chiama Thebaica. Della durezza feci proua, perche con vn martello d'acciaio, che io haueua, non era possibile a romperne scaglia; e quello che mi piacque assai, battendola co'l medesimo martello, sonaua a punto come una campana, rendendo vn suono soaue, e tanto forte, che se non fosse stato in luogo chiuso, si sarebbe sentito molto discosto. Coperchio al sepolcro non vi è, ò che fia stato rotto, ò pur, che non vi fosse messo; si pur'è vero, come dicono i paesani ignoranti, che il Rè, che fece fare quella piramide, non vi fosse sepellito; e che però sia aperta, e non come le altre vicine, che tutte son serrate, e non se ne troua la porta. Sia come si voglia, il sepolcro fù messo là dentro in fabricandosi; perche condurlo dapoi, per la strettezza dell'entrata, e per altre difficultà, non era possibile. Non hebbi men gusto à veder la piramide di fuori; perche salij con qualche poco di fatica sin'in cima, doue si gode vna bellissima vista; scoprendosi il mare, e l'Egitto con molto paese attorno. La sù nel più alto, in quella parte, che guarda verso Italia, mi presi piacere di lasciarui intagliato il nome mio, con quello di qualche altra persona, a chi io non voglio male. Mi presi anche gusto di far tirar da quella cima dal mio Capigi, e da altri Turchi, che vi erano con noi, diuerse freccie con la maggior forza, che fi potena; le quali nondimeno, per qualsiuoglia sforzo, che si facesse, ricadeuano sempre negli scalini della piramide; nè vi fù mai chi potesse spinger ne pur' vna fuor degli scalini, nè sola arriuare al fine di essi di gran lunga. Calato poi giù, diedi vn'altra visita di fuori alle piramidi minori, che non si possono salire; & anche là vicino alla Sfinge, che veramente è vn bel pezzo di sasso, intagliato come si dipinge. Non mi ricordo di hauer letto, se è sasso naturale in quel luogo, ouero se è portato d'altronde; come par più verisimile, per esser la campagnia piana & arenosa. Nel luogo non si può scorgere, perche l'arena è molto cresciuta, e la Sfinge stà, forse la metà, dentro a quella sepolta; vedendosi fuora solo il capo, e'l collo, con vn poco delle spalle, e del dorso. Se è portato, io lo stimo assai più delle guglie, perche in fatti è molto grande, benche per la sua forma, e modo di posare in terra, non è dubbio, che è più facile delle guglie a maneggiare; almeno men pericoloso di storcersi. His sumpâ diligentiâ examinatis, animum ad reliquas in vasta illa arenarum solitudine pyramides spectandas adiecit. Verba eius sunt: Il giorno seguente,

guente, che fù il nono di Decembre, leuati la mattina a buon'hora, & alzata la tenda, c'inuiammo a veder certe altre piramidi più lontane, delle quali il Belonio similmente fa mentione; cioè di molte: ma non già di vn'altra pur grande assai, che, per andarla a vedere, si camina vn gran pezzo innanzi nelle campagne arenose, verso Mezo giorno. Queste piramidi sie bi mano delle Mumie, perche son vicine, anzi dentro al paese d'arena, doue le Mumie si trouano. Per tutto'l camino, non si vede altro, che pianure di sabbia minutissima, gialla, come quella, che adopriamo per le lettere, & arida in estremo; e d'ogn'intorno, a passo a passo, piramidi sparse, di grandezza diuersa, ma tutte di vna forma. Questa più grande, che andai a vedere, stà molte miglia dentro, & è grande, e bella assai: ma del tempo è di fuori talmente consumata, che i gradi son guasti, & in cima difficilmente vi si può salire, ne io mi curai di andarui. Volsi ben vederla dentro, che hà pur la bocca aperta; e la trouai, a mio gusto, molto più bella di quell'altra veduta prima: perche quella andata in giù, fatta a guisa di pozzo, comincia vn pezzo più ad alto; & è quello, ò che, è senza dubbio più lunga due volte, che non è in quell'altra. E anche più piana, e più facile a caminare: ma hà tanto in giù, che io credo certo, che arrivi fin nel fondo trà i fondamenti. Con tutto che fia così piana, a noi nondimeno riuscì molto faticoso l'andarui: perche, come la piramide di fuori è più consumata, dalla bocca è caduta dentro vna gran moltitudine di sassi grossi, che in molti luoghi hanno talmente intricato il camino, che più e più volte ci conuenne andar notando sù le pietre, come fà il Dottore in Napoli sù l'acqua. E talhora si passaua per angustie tanto strette, che mi dauano da pensare; perche se a caso vn di quei sassi si fosse mosso vn poco, ouero per malitia di alcuno di sopra (che al fine si stà in terra d'infedeli) ne fosse stato buttato giù alcun'altro, che hauesse ferito vn poco più l'adoso, restauamo sfracellati, e bisognaua restar morti là dentro, e sepelliti viui. Disse che mi venne questo concetto, e se vi hauessi da tornare vn'altra volta, vorrei lasciar buona guardia alla porta per ogni rispetto; con ordine anco, che se si tardasse souerchio, venissero a basso con buoni picconi, perche quelli di fuori, come supersori di sito, potrebbero aiutare: ma quelli di dentro, benche hauessero picconi, & ogni altro strumento, non sarebbe possibile; perche il peso mandare in sù non si può, da vn'huomo solo, che cape alla volta; e di essere inteso gridare, non vi sarebbe vna speranza al Mondo. Basta, mi altri senza tanta diligenza, la passammo bene: & a piè della scesa non trouammo da salire, come nell'altra piramide; ma subito immediatamente la camera della sepoltura, grande assai, & altissima: e la volta, non è piana come in quell'altra, ma fatta ad angolo in cima, andandosi sempre ristringendo. Da questa camera, per vna porticella assai bassa, si entra in vn'altra camera simile, della medesima grandezza e fattura; che forse la piramide era fatta per più di vna persona: ma, nè dentro all'vna, nè dentro all'altra camera, trouai niuello alcuno: e bisogna che, ò non vi fossero, ò siano stati rotti e guasti. E ben vero, che nella seconda camera, si vede molto in alto vna porta lasciata frà i marmi, nella quale tirando io vn sasso, sentì che andaua dentro assai: ma l'altezza è tale, che vi vorrebbe vna grande scala per salirui; & alcuni del paese dicono, che là sopra in quella terza camera stia il sepolcro: io no'l sò, che non potei vederlo; ma potrebbe essere; messoui forse, acciache il corpo, per la difficultà

dell' entrarui ; stesse più sicuro di non esser toccato. Huc vsque Petrus de Valle.

Arabes paulò in eandem descriptionē differunt. Sed ne quicquam intermisisse videamur earum rerum ; quæ ad pyramides spectant, hic eorum relationes adducam. Ita autem eas describit Iosephus Ben Altiphasi in libro de historia Ægypti, cui consonant ea quæ Ben Salamas in libro, qui *Hortus mirabilium Mundi* nominatur, tradit.

Iosephus Ben Altiphasi. Ben Salamas.

في ذكر الاهرام القديما والباقي العظيمه في بلد مصر ❊

الاهرام التي بمصر وهي ثلثة كبيره واكبرها الهرمان اللذان بجيزة مصر قرب النيل ❊ يقال ان بانيهما شوريد بن شهلوق بن شرياق قبل الطوفان ❊ وقيل ان هرمس المثلث بالحكمة الذي تسميه العبرانيين اخنوخ وهو ادريس عليه السلام لما علم بالطوفان بناها واراد الاموال والصحف وجميع ما يخاف عليه من الدثور والهلاك ❊ وكل هرم مربع القاعده فروعه الشكل ارتفاع عموده ثلثمايه وسبعة عشر ذراعا يحيط به اربعة سطوح متساويات الاضلاع كل ضلع اربعمايه وستين ذراعا وهو مع هذا العظيم من احكام الصنعه واتقان الهندام وحسن التقدير بحيث لم يتغير منه شيء ❊ والرياح تعصف والزلزل تزعزع ❊ والبنا لا يتحلل بينه شعره وطول الحجر منها خمسة اذرع في سمك ذراعين ❊ ويقال لها ابواب على ازج تحت الارض كل ازج طول عشرين ذراعا ولكل باب من حجر واحد يدور بلولبي اذا اطبق لم يعلم اين باب فازج الشرقي ناحية الجنوب وازج الغربي ناحية الغرب فيدخل من كل الى سبعة بيوت كل بيت منها على اسم كوكب من السبعة والبيوت مقفله كلها بقفل واحد وفي كل بيت صنم من ذهب مجوف احدى يديه على فيه وفي جبهته كتابه انا قربت افتح فاه فيخرج فيه مفعل الاقفال والهرم الشرقي دفن فيه شوريد الملك ❊ والهرم الغربي فيه اخوه وجيت ❊ والهرم الملون فيه افريس بن هجريث والصابية تزعم ان احدهما قبر اغيثمون وهو شيث والاخر قبر هرمس والملون قبر وساب بن هرمس ❊

De Antiquitatibus Aegypti.

Pyramides, quæ sunt in Ægypto, sunt maximæ, duæ potissimùm, quæ sunt in fossâ, quæ est Mesre antiquè ad Occidentalem partem Nili. Dicitur quòd eas edificauerit Sebur filius Sebahaluak filius Sebariak ante diluuium ; & dicitur quòd Hermes Trismegistus ob sapientiam suam, qui & Hebraicè dicitur Henoch, & est Adris, super eum pax, cum sciret futurum diluuium, ædificauit eam, & reposuit in ea omnia sua bona, & libros, & quicquid habebat pretiosi. Est autem omnis pyramis quadrata, & polita figurâ, & eleuationem perpendicularem species, 317 cubitorum ; circumdatur quatuor superficiebus æquilibus laterum, vnumquodque latus 460 cubitorum. Est autem eo artificio ab ingeniosis Architectis structa, vt nihil in ea alterationi obnoxium sit : siue enim venti vehementes irruant, siue terræmotus concutiant, nil tamen de ea auffertur vnquàm. Saxa singula, ex quibus constat, 5 cubitorum longa, alta duorum. Dicitur habere portas supra canales occultos subterraneas, singuli canales longi 20 cubitorum, & porta ex lapidibus babent, per quas per cochleam aditus patet in mansiunculam, neque scitur quòd illa porta, & canalis Orientalis respicit Meridiem, & ca-

nalis Occidentalis Occidentem ; per singulos, aditus patet in 7. domus, singulæ domus 7 planetarum nominibus insignitæ sunt, intrinsecùs ad inuicem dispositæ omnes. In singulis domibus idolum ex auro, quorum vnum manum ori applicatam tenet, & librum in fronte ; si quis appropinquauerit ei, aperit os suum, & inuenta est in ore eius clauis catenâ alligata. Porrò pyramis Orientalis sepultus est in ea Schurid Rex. Pyramis Occidentalis in ea sepultus est frater eius Hugith. Pyramis Elmalun in qua sepultus est Aphrus filius Hugith. Sabæi recitant quòd in vna harum sepultus sit Agathemon, qui est Seth, & in altera Hermes, & Elmalun, & Szab filius Hermes. Hæc ex Arabum relatione.

ΤΗΩΙΣΜΟΣ *siue Calculus totius Architecturæ Pyramidis maioris.*

INter tot Authores, Herodotum & Plinium potissimùm concordare inuenimus ; quorum ille, vti vetustate (vixit enim 300 circiter anno ab Vrbe condita, teste Suida ac Plinio) eminet, ita hic excellentia scriptionis, & curiosâ rerum inquisitione meritò præcipuum locum inter fide dignos obtinet. Ex huius igitur verbis *Iter Cur.* instituimus. Ait igitur Plinius, 8 iugerum fuisse basin pyramidis, & 883 pedum singula latera ; quæ si in se inuicem ducantur, nascetur quadratus numerus 779689 pedum. Habemus itaque aream basis, cuius cubum si scire velis, cubicandum est latus vnum, id est, 883 ducenda sunt in quadratum (posito tamen, altitudinem æquari basi pyramidis, & prodibunt 688465387, quod est prisma dictæ basis. Cùm verò pyramis, tertia pars sit sui prismatis, vt Euclides l. 12 demonstrat, diuide 688465387 datum pyramidis cubum per 3, & quotus 229488462 dabit soliditatem pyramidis maioris in pedibus cubicis. Cuius pondus si habere desideres, duc pondus vnius pedis cubici v. g. 200 librarum, in 229488462, & productum dabit summam librarum, quæ tota moles ponderaret, si tota solida foret.



Cæterùm qui aiunt, quaternas superficies dictæ pyramidis æquales esse, & æquilateras, necessariò ex vi geometrici ratiocinij asserere debent, pyramidis altitudinem esse minorem longitudine lateris eiusdem ; rem ita demonstro. Sint basis *abcd* pyramidis superficies *eac, ebc, ecd, eab*, quarum latera æqualia sint lateribus *ab, bd, cd, ea*, & consequenter æquilatera. His positis, fingas intra soliditatem pyramidis triangulum rectangulum *efg*, cuius latus *eg* sit in superficie triangulari æquilatera media, *ef* ad basin *cb* normalis, *fg* verò latus indicet semibasin, siue dimidium latitudinis dictæ pyramidis, quæ est *bg*, vsque ad axem *fe*, qui perpendiculum pyramidis seu altitudinem exhibet. Quoniam igitur in triangulo hoc rectangulo illa latera minora sunt, quæ angulum rectum conficiunt, cuiusmodi sunt *fe*, & *gf* ; necessariò sequitur *ef* lineam lineâ *eg*, angulum rectum subtendente minorem esse ; atque adeo clarè patet, altitudinem pyramidis minorem

esse

esse latitudine, positis ponendis, id est, si singulæ superficies quatuor triangula æquilatera intelligantur.

Singulorum verò dicti trianguli *e f g* laterum quantitatem sic inuestigabis. Cùm latera pyramidis *a b*, *b d*, *d c*, *c a*, singula iuxta Plinium, sint 883 pedum, erit necessariò *f g*, dictorum laterum dimidium 441½ pedum. Hoc posito, fiat vt sinus complementi inclinationis lateris pyramidis ad sinum rectum eiusdem inclinationis, hoc est, vt sinus grad. 30. ad sinum grad. 60, sic 441½ ad aliud; factâque operatione prodibit *f e* linea altitudinis pyramidis quæsita. Latus *e g*, sic reperies. Fiat vt sinus complementi inclinationis pyramidis ad sinum totum, ita 441½ ad aliud, & prodibit linea *e g*, altitudo decliuis lateris pyramidis quæsita. vel per tangentes, aut secantes, fiat, vt sinus totus ad sinum tangentem, vel secantem 60 grad. sic 441½ ad aliud; factâ operatione prodibit idem quod antè, altitudo scilicet vtriusque lateris *e f* & *e g*. Atque hic est calculus iuxta relationem Herodoti, qui tamen minimè consistere potest, si cum ijs, quæ cæteri Authores circa altitudinem eius obseruant, conferatur.



Alij pyramidis huius altitudinem insinuant fuisse parem longitudini basis: quod si ita, fiat axis altitudinis *f e*, 883 pedum, vt in II. fig.; & habebitur qualitas lineæ *e g*, eo qui sequitur modo. Quadretur numerus lineæ *e f*, 883, & lateris *f g* pariter, quod 441½ pedum diximus; quadrata iungantur in vnum; ex qua summa si radicem quadratam extrahas, monstrabit illa tibi quantitatem lineæ *e g*, decliuem altitudinem quæsitam. Verùm cùm altitudo hæc factâ positione plùs æquo excedat, mediam sententiam tenendam duximus, quæ in hoc negotio perpendicularem altitudinem minimè considerat, sed eam quam exprimit in figura linea *e g*. Ponamus itaque angulum declinatitis superficiei esse 55, fiatque vt sinus complementi *f g* ad sinum totum *e g*, ita 441½ ad aliud; factâ operatione prodibit quantitas lineæ *e g* quæsita altitudo. Si iam perpendicularem altitudinem habere desideres, id est, lineæ *e f*; fiat vt sinus complementi 55 grad. ad sinum rectum *e f*, ita 441½ ad aliud; & factâ operatione prodibit altitudo perpendicularis quæsita, id est, quantitas lineæ *e f*.

Vt verò habeas diagonalem lineam basis quadratæ pyramidis, sic operare: iunge quadrata duorum laterum in summam vnam, & extrahe radi-

cem quadratam, & habebis longitudinem diagonalis diametri *b c* primæ fig. supra positæ: v. g. latera singula sunt 883, cuius numeri quadratum 779689, huius verò duplum dabit 1559378. radix huius numeri dabit quæsitam longitudinem diagonalis *b c*. Atque hæc est altitudo pyramidis inter extremas media Neotericis mensuratoribus conformior, secunda Straboni, prima Herodoto.

Consectarium Architectonicum.

ATque ex hisce fusiùs forsan, quàm par erat, demonstratis clarè patet, mirificum Architecti ingenium, tùm in structura mirificè adornanda, tùm in lapidibus tam vastis singulos suis locis admouendis. Res enim sine machinis, summâ industriâ & prorsus Archimedeâ constructis, nequaquam confici poterat. At quibus tractorijs machinis vsum esse putabimus, in lapidibus ex Arabiæ montibus tantâ intercapedine dissitis, per tam inuia & impedita itinera, in locum statutum aduehendis? quis hodierno tempore Architectum reperiat, cui ad simile quid attentandum animus sufficiat? Est enim lapidibus, quorum singuli longitudinis 30 pedum, teste Herodoto, ita coagmentata, vt sine vlla dinulsione lapidum, in hunc vsque diem integra perseueret, in circuitu 3532. pedum, cuius singula latera tantùm fere spacij occupant, quantù longitudo fori agonalis in Romæ: vt proinde fabrica hæc, omnes sumptuosas Romanorum fabricas, vti sunt Thermæ, Amphitheatra, &c. multis parasangis, siue magnitudinem, siue expensarum exorbitantiam, siue denique magnificentiam, & ingenium spectes, superârit.

Hæc dum scribo, Titus Liuius Burattinus, Architectus insignis, qui datâ operâ in Ægyptum profectus est, vt omnia antiquitatum monumenta summâ diligentia inquireret, inquisita delinearet, & sic posteritati thesaurum concrederet, mihi inter multa alia, huius quoque pyramidis delineationem transmisit, vnà cum deserti, in quo reperitur, & cryptæ subterraneæ, in quam aditus ad Mumias patet, Ichnographia; quam hic vnà cum literis ad me datis, apponendam duxi.

Literæ Titi Liuij Burattini, Architecti Regis Poloniæ de Pyramidibus, Sphyngibus, cæterisque Aegyptiæ magnificentiæ reliquijs.

Literæ Titi Liuij Burattini ad Authorem, de pyramide Memphitica.

Molto Reu. Padre, mio Signore e Patrone Colendissimo.

SVpplico Vostra Paternità Molto Reuerenda di scusare la mia tardanza in hauer differito tanto senza mandargli niuna cosa oltre gli duoi disegni, e misure delli duoi Obelischi d'Alessandria, e della Matarea già mandateli, il che n'è stato causa le mie continue occupationi per seruitio di Sua Maestà Serenissima, le quali non mi concedono tempo di poterla seruire come tanto desidero; ma hora, che

che le notti vengono più longhe, e che le mie occupationi saranno minori, haverò più campo di poterla seruire, come dalli effetti conoscerà. Questa mia sarà accompagnata con gli disegni delle Mumie, e delle Piramidi, appresso le quali già era la famosa Memfi; le misure delle quali, et il disegno interiore lo haverà insieme con quelle di Giza, poste fra gli sette miracoli del Mondo. Hora V. P. M. Reuer. haverà una polita descrittione di dette Mumie, con il vero disegno interiore d'esse. Le Settimane passate riceuei due carissime lettere di V. P. M. Reu., dall'ultima delle quali vedo il desiderio che hà di sapere qualche cosa della Città di Chanea, della quale il P. Marco gli dice tante cose, delle memorie della quale non mi resta cosa alcuna, ma più mi piace d'haver perso quelle di Bebet l'baiar, doue v'è una piramide alta circa 25 piedi, e larga nella base circa 30, hà tutte quattro le facciate, nella quale sono gran quantità di Hieroglifici, e tutti differenti; la quale è di Granito Orientale, e tutta d'vn pezzo; così nell'antichissima Sai, hora chiamata Sa l'baiar, cioè, Sai delle pietre, come la superiore Bebet delle pietre, così chiamate dalle grandissime ruine, che in ambidoi si scorgono, che dimotano la grandezza dell'antica felicità dell'Egitto. In Sa l'baiar sono molte antichità come dico, frà le quali sono diuerse Sfingie di pietra bianca, e ancora di Granito, tutte coperte di Hieroglifici, ma quella di Thebe supera di grandezza tutte l'altre, leuata però quella delle Piramidi di Giza, come a suo tempo mostrerò. Quella di Thebe è longa circa 30 piedi, e la base sua è adornata tutta all'intorno di Hieroglifici, come sono ancora doi grand'Idoli che sono appresso quella, longhi in circa 20 piedi l'vno. Molte altre cose appresso queste hò perso con mio sommo dolore, le quali sono state causa che più non applicai di ponere regolatamente quel poco, che m'è restato, ch'è quello, che nella prima lettera significai a V. P. M. Reu., alla quale bacio humilmente la mano, e resto

Varsauia a gli 15 Settembre 1632.

Di V. P. M. Reu.

Humiliff. Seru.

Tito Liuio Burattini.



Da queste Piramidi sino a quelle di Giza, che sono cinquedieci miglia Italiane poste verso Tramontana, era già la famosissima Città di Memfi, et hora ancora sono le Sepolture delli antichi Egitty, volgarmente chiamati le Mumie. Sei di quelli Sepolcri qui sopra hò disegnato, con l'arena all'intorno, che cauano dalla bocca quando vogliono entrare.

§ II.

Fana, Delubra.

INter cætera Ægyptiorum memoranda, ab Amasi Rege constituta, & hoc est, quòd delubrum quoddam ex integro & solido saxo trium annorum spacio, ope duorum millium hominum, ex vrbe Elephantina Saim 20 dierum itinere distante aduexerit; de quo exactè Herodotus in Euterpe circa finem. Τὸ δὲ ἄνω ἔλεγον ἀντίον ἐλθὼν μάλιστα θωμάζω, ἢ τοῦτο. Οσσα μεταλλήσαντο ἐκ Ἐλεφαντίνης πόλιος. Καὶ τῶν εἰσὶμενοι μὴν ἐν ἔτεα τρία ἐργάζοντο, ἐς ὃ σηκὸς ἐτελέσθη ἀλόης σταδίους ἀπὸ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μάλιστα. Τοῦ δὲ σηκοῦ τούτου ὁ μὲν μακρὸς ἕξ πλέθρων ἐστὶ, ὁ δὲ ἐς τὸ ἔσω μῆκος πλέθρων ἕνδεκα. Τούτου μὲν ὁ μακρὸς ἑκάστη ἐστὶ τῶν πλευρέων ἑκατὸν πόδας ὀρθίους, ἐς δὲ τὸ ἔσω ὁ αὐτὸς οὗτος ἑκατὸν ὀργυιέων ἐστί. Ad hæc quod non minimè, sed maximè admiror, hoc est, attulit ædificium, ex solido saxo ab vrbe Elephantina: in quo afferendo triennium consumpserunt duo millia delectorum Virorum, qui omnes erant gubernatores. Huius autem domus extrinsecùs est vnius & viginti Ulnarum longitudo, quatuordecim latitudo, octo altitudo. Hæc est dimensio exterior domus ex vno lapide: interiùs autem eius lon-

Longitudo est octodecim vlnarum & cubiti, latitudo duodecim, altitudo quinque.

Domus verò templo inuehenda erat magnificentissimo, seu vestibulo Minerue quod in Sai extruxerat Amasis opere admiranda, atque cœtera ædificia tùm lapidum substructionumque vastitate, tùm Colossorum Androsphyngumque immanitate longè superans: vbi inter alia tres Colossi videbantur, quorum medius 75 pedum, reliqui duo vtrimque eum stipantes singuli 30 pedum. Sed cùm ad vestibulum dictum Monolithum ædificium pertraxissent, Architectum, teste Herodoto, suspirasse aiunt, vel vt alij, diuturni laboris pertæsum, vel vt aiunt, propter mortem vnius è gubernatoribus, mole cedente oppressi, & quasi desperatione adhuc operis vlteriùs promouendi, ibidem reliquisse.

Atque hæc est admiranda illa fabrica ex integra rupe, imò monte excisa, quam quibus machinis, spacio 20 dierum à Sai dissito, promouere potuerint, vix est qui animo concipere possit. Fuit hæc moles spacio 20 dierum dissito adducta prius anno tum tempore, vti dictum est. Quantum verò singulis annis, mensibus, diebus, machinis promota fuerit moles, Arithmeticis calculandum relinquo.

Totius Symmetriæ Computus:

Exterior.			Interior.		
Longitudo.	Latitudo.	Altitudo.	Longit.	Latitudo.	Altitudo.
Cubitos 21	Cubit. 14	Cubitos 8	Cubit. 18	Cubit. 12	Cubitos 5
seu pedes 42	seu ped. 28	seu ped. 16	seu ped. 36	seu ped. 24	seu pedes 10

Differentia interioris & exterioris.

Longitudo.	Latitudo.	Altitudo.	Quæ differentia constituit crassitiem murorum.
Cubitos 3	Cubitos 2	Cubitos 3	
seu pedes 6	seu ped. 4	seu ped. 6	

Atque ex hisce mensuris facilè curiosus Lector pondus totius eruet.

§ III.

Labyrinthus, & Sepulchrum Regum.

Labyrinthus Ægyptiacus, Herodotus, Diodorus, Plinius.

QVæ de Labyrintho Aegyptiaco scribunt vetustissimi Authores Herodotus, Diodorus, Strabo, & post hos Plinius, omnem humanam fidem superare videntur. Herodotus ad primum eius incuitum infinitâ admiratione defixum fuisse de se testatur. Diodorus omnibus operibus hominum industriâ vnquam factis, superius excellentiusque fuisse scribit. Plinius potentissimum humani ingenij opus prædicat. Operis magnitudo, dispositio, & magnificentia à varijs variè exponitur; neque id mirum cuiquam videri debet, cùm Labyrinthum ingressi, quisque in tanta rerum spectandarum multitudine, id potissimùm, quod maxime in admirationem traheret, referendum putauerit; vnde dum noua semper & mirabiliora occurrebant lustranda, facilè inde confusis spectantium animis ex innumeris, vti singula distinctè obseruare non potuerunt, ita confusè quoque & indistincte posteritati illa consignarunt. Certè Dædalum huius admiratione fabricæ captum, inde occasionem cepisse alium Labyrinthum in Lemno condendi Plinius asserit, tametsi centesimam tantùm partem eius fuerit imitatus, dum sese ex inextricabili fabricæ structura etiam summo quo pollebat ingenio, explicare non potuerit.

Labyrinthi Ægyptiaci situs.

Situs est Labyrinthus ad lacum Mœridis versus Crocodilopolim, teste Herodoto & Plinio, quod & Sepulchrum Mœridis esse volunt. Diuiditur id primum in duodecim iuxta Herodotum, & in sedecim iuxta Plinium, domicilia; tot videlicet aulas, seu potiùs ampla receptacula, vastissimaque ædificia, quot olim Ægyptus vniuersa in præfecturas, quas Nomos vocant, diuidebatur: continebat præterea omnium Ægyptiorum Numinum templa; quibus complures quadrangulum vlnarum pyramides includebantur. Erant autem, teste Strabone, singulæ aulæ Nomorum Columnis ambitæ, inuicem continuæ; viæ verò quæ ad eas tendunt, ex aduerso sunt muri, qui aulas ordine positas cingit. Ante ingressum verò portam Cryptæ sunt multæ ac longæ, quæ inter se tanta & tam mirificâ tortuositate vias implicatas tenent, vt nemo ingredi aulam vllam possit, nec egredi sine duce, inexplicabili illo viarum errore deceptus. Sunt hic & cœnacula altissima, porticusque nonagenis gradibus singuli exstructi, columnis ex porphyrite lapide fulciti, quos inter Deorum simulacra, Regum statuæ, & summa monstrosarum imaginum congeries. Quarundâ verò domorum talis est ab ingeniosa Architecti inuentione, situs & dispositio, vt mox atque fores earum aperiuntur, formidabile tonitru audiri videatur. Dignum verò præ omnibus admiratione est, quòd domorum singularum tabulata seu tecta, vti & cryptarum latitudines ex integris, teste Strabone, lapidibus, magnitudinis prorsùs insolentis exstructa sint, nullo prorsùs nec ligni, nec alterius materiæ interuentu. Verbo, totam fabricæ extensionem tria millia domorum comprehendisse, qua vel ingentem vrbem æquare poterat. Sed audiamus singula exactè discribentem in sua Euterpe Herodotum ad Calc. Verba eius sunt:

Labyrinthi domicilia.

Labyrinthi Templa.

Labyrinthi exteriùs.

Labyrinthi cœnacula, & porticus.

Labyrinthi tecta.

Herodotus. Labyrinthi descriptio ex Herodoto.

Regnantibus in Ægypto duodecim Regibus, placitum est eis aliquod relinquere commune omnibus monumentum, ex eoque placito fecerunt Labyrinthum paulò supra Mœridis stagnum, maximè vrbem versus quæ dicitur Crocodilorum vrbs. Quem ego ipsum vidi, & maiorem. Si quis enim ex Græcorum narratione mirum esse operum speciem nationatur, minùs concipiet, quàm pro labore & sumptu huius Labyrinthi; tametsi enim Ephesi templum memoratu dignum sit, & in Samo, tamen pyramides erant narratione maiores, quarum singulæ multis ego magnis operibus Græciæ æquiparandæ sunt. Sed eas quoque Labyrinthus antecellit. Etenim duodecim, cuius aulæ sunt tecto opertæ, portes oppositis altrinsecus: sex, ad Aquilonem

Labyrinthi domicilia 3500.

nem contigue, totidem ad Austrum vergentes, eodem prorsus muro concluse. Bifaria in eo sunt domicilia, una subterranea, altera superiora illis imposita; utraque tria millia quingenta: quorum ea, quæ superiora sunt, ipsi vidimus, & quæ aspeximus, enarramus; subterranea verò auditu percepimus: nam qui Labyrintho præpositi Ægyptiorum, nolebant illa ullo pacto monstrari, quòd dicerent illic sepulchra esse tum eorum Regum qui ædificandi Labyrinthi fuerunt Auctores, tum sacrorum Crocodilorum. ita de inferioribus dicti comperimus, superiora ipsi aspeximus humanis operibus maiora. nam anfractus seu egressus per tecta, & egressus per aulas, vti erant diuersissimi, ita infinitè me admiratione afficiebant. Ex aula in conclauia transitur, ex conclauibus in cubicula, à cubiculis in solaria alia, è conclauibus in aulas alias. Horum omnium lacunar, quem admodum & parietes, lapideum est, sculptilibus passim figuris ornatum: singulæque maxima ex parte digestæ albo lapide, columnarum ambitu redimitæ; angulo quo finitur Labyrinthus, adhæret pyramis quadraginta passuum, in qua grandia sunt insculpta animalia, ad quam iter sub terra fit. Hæc est descriptio ab Herodoto curioso rerum omnium inspectore & admiratore obseruata, cuius descriptionem secutus, libenter hic totius fabricæ rudem saltem quandam & superficiariam Ichnographiam exhibuissem, si per tempus licuisset, vt lector ex vngue Leonem colligere, & de præstantia ingenij talium operum Architecti conijcere posset. Sed id alibi forte præstabimus.

Istucadis Sepulchrum à Labyrintho diuersum est.

Potrò quæ Hecatæus apud Diodorum de Sepulchro Ismendis refert, non videntur relationi Herodoti & Plinij congruere, cum anfractus quas Nomos vocant, non meminerit; neque eo ordine, quo Herodotus domicilia disponat: neque locus, quem citati Authores iuxta lacum Mœridis assignant, concordet. Aiit enim, in Thebano territorio illud fuisse extructum; quod cùm multorum dierum itinere à lacu Mœridis distet, haud dubiè (quicquid nonnulli Auctores dicant, qui fabricam Sepulchri Ismendis cum Labyrintho confundunt) diuersum fuisse, necessariò asserere cogemur. Quia tamen ex Hecatæi relatione fabrica hæc Ismendis Labyrintho minimè, siue magnificentiam, siue vastitatem spectes, est inferior, hìc eius quoque descriptionem ex ipsis Hecatæi oculati testis apud Diodorum verbis apponemus:

Ismendis Sepulchri descriptio.

Sepulchrum quoque, inquit, Regum præcetum mirabile opus, & quæ minimè æquari à posteris possent, fuisse aiunt. Referunt Sacerdotes, 47 Sepulchra Regia, quorum vsque ad Ptolomæum Lagum 17 tantùm superstant, in eorum libris scripta continentis; eorumque alia plurima, quo tempore ad ea loca accessimus, absumpta erant, Olympiade 180. Non solùm verò ab Ægyptijs Sacerdotibus hæc traduntur, sed Græci complures, & in his Hecatæus qui Ptolomæi Lagi tempore Thebas profecti, historijs Ægyptijs scripserunt, mihi cum sentiunt. de prioribus enim Regum Sepulchris, in quibus traditum Ionis pellices conditæ fuisse, recensent singula, Regis monumentum, qui Semandius est, audiis fuisse studiorum decimus sextus in aditu porta erat vario lapide constructa: & hanc longitudinem duorum stadiorum, altitudinem 45 cubitorum fuisse ait. Post hanc ingredientibus aderat lapideum peristylium quadratum, cuius singula latera ingera quatuor cubitorum remetiebantur. In ea pro columnis animalia erant sita ex vnico lapide, 24 cubitorum, ad anti-

quitatem formam fabricata. Textura omnis superior tecti confecta ex lapidibus duorum pedum latitudine, variisque stellis cæruleis ornata. Ex hac deinceps alter erat editus, & in eo porta priori similis, sed sculpturâ vberiori. In ingressu statuæ tres positæ erant ingentes vnius lapidis, Memnonis opus; harum vna sedens, cuius pedis mensura septem excedebat cubitos, cæteras Ægypti statuas magnitudine superabat; duæ præterea vsque ad genua, altera à dextris, altera à sinistris, filiæ matri, minores positæ. Hoc opus non solùm magnitudine conspicuum, sed arte mirabile, & lapidum natura excellens fuit, cùm in tanta mole neque fissura quæpiam, neque macula inesset. Scriptum erat in eo.

REX REGVM OSYMANDYAS SVM; SI QVIS QVALIS FVERIM, ET VBI IACEAM, NOSSE VELIT, MEORVM ALIQVID OPERVM EXVPERET.

Esse quoque & aliud signum matri serunt vnico lapide, cubitorum 20, habens supra caput Reginas tres, quæ ostenderent, filiam vxorem, & matrem Regis fuisse. Post hanc portam & aliud erat peristylion superiori nobilius, sculpturis variis, in quarto belli erat contra Bactrianos, qui ab eo defecerant, gestum adueisus hos quadringentis millibus peditum, equitum 20 millibus, in quatuor partes diuiso exercitu, quorum omnium filios Regum gessisse imperium. Prima muri pars obsidionem verbis (scilicet Bactrianorum) sculptam continebat ab ea parte, qua fluuius murus allluit. Rex deinde cum hoste conuerso Leo vnicus ab eo terribiliter pugnabat. Secundus paries sculptus erat captiuis absque pudendis, manibus post à Rege ligatis sculpturis variis, picturisque decoris, Regis sacrificia triumphosq; deuictis hostibus continebat. In medio peristylio erat subdialis ara ex pulcherrimo lapide, & opere excellenti, & magnitudine mirandâ. In vltimo autem pariete statuæ iacebant duæ ingentes ex vnico lapide cubitorum 27, ad quas tres ex peristylio aditus patebant. Hæ prope domus erat columnis suspensa, cuius latus quoque duo iugera, id est 480 pedes amplectebatur: in ea statuæ ligneæ bauis parùm memorandæ, referentes eos, qui in iudicijs sententias ferunt. Hi ab vna parte muris fouibus triginta numero erant, & in medio iudex Princeps, cuius à collo suspensa veritas penderet, & oculis esset subclausis librorum cumulo circumstante. Hæ imagines præseferebant, iudices integros esse debere, & solam veritatem inspicere. Deinde ambulatorium erat domibus plenum, in eisque diuersa opularum genera, futuris vsibus præparata. Sculptus deinde eminentioris cæteris Rex varijs coloribus, auroque argentoque, quæ ex altera argenteis mutuli, annuatim accipiebat, Deo offerens, cum inscriptione summa,

MINÆ TER DECIES CENTENA ET DVCENTA MILLIA MILLIVM.

Sequebatur deinde Sacra Bibliotheca, cum inscriptione:

ANIMI MEDICAMENTVM.

Erant

Erant deinceps omnium Ægypti Deorum imagines; Regis quoque dona ferentis, quæ cuiq; competerent Deo. Pone Bibliothecam domus sacra erat egregia, in qua essent Iouis & Iunonis lectisternia. Regis insuper statua, vbi & Regis corpus sepultum iacebat. Hanc circumstabant plurima habitacula, in quibus picta cernebantur animantia Ægyptia omnia sacris apta. Circumibat monumentum aureus circulus cubitis 365 vnius cubiti spissitudine, in quo descripti erant per singulos cubitos dies anni, ex astrorum Ortus atque Occasus, quidue ea secundum Ægyptios Astrologos obseruata significarent. Eum circulum ferunt, quo tempore Cambyses & Persæ Ægyptijs imperabant, ablatum. Hoc Osmandiæ monumentum non solùm cæteris omnibus sumptuosius, sed & artificio excellentius fuit. Hactenus Hecataeus apud Diodorum.

Ifmendis in Sepulchro suis maximè miranda. Primò, Structurum multitudo.

In hac insolenti prodigiosi operis fabrica, tria maximè admiratione digna occurrunt. Primum est statuarum tam multiplicium ex vnico lapide constructarum, quarum singulæ 32 pedum altitudinem habebant, tedumque peristylij loco columnarum sustinebant, artificium. Excedebat has multis passangis in secundi peristylij aditu ex tribus media, cuius vel pes solus ferè adæquabat altitudinem earum, quæ loco columnarum serviebant, vtpote 28 pedum, seu septem cubitorum longitudinis. Cumitaque pedis longitudo sit subsextupla ad totius altitudinem corporis, erat dicta statua, si erecta stetisset (sedentis enim habitu ferebatur) 168 pedum; quam ne Rhodius quidem Solis Colossus adæquasset. Memorantur & aliæ duæ prostratæ, quarum singulæ 108 pedum habebant longitudinem; quæ tametsi priori magnitudine cederent, præstantia tamen lapidis, longè superabant.

Secundò, quadratum ædificium, 365 cubitorum solidorum.

Secundò, quadratum ædificium, quod totum ex integro lapide fulcita; quibus in superiori tecto totidem respondebant, immensæ magnitudinis statuæ ligneæ.

Tertiò, aureus circulus 365 cubitorum solidorum.

Tertium erat aureus circulus, qui circumdabat Simandis monumentum, 365 cubitorum, qui totius anni dies, Astrorumque Ortus & Occasus, Astrologorumque electiones, obseruationesque continebat, erantque singuli gradus vnius cubiti, id est, 4 pedum, tàm in longitudine, quàm latitudine, vti & crassities; diameter eius ex Mathematico ratiocinio 120 circiter cubitorum, id est, 480 pedum erat; ex quo amplitudo loci, quem occupabat, satis colligi potest. Præterea si aureus fuit, vt Diodorus memorat, & non ex ære inauratus; totacirculi moles 365 9000, id est, tres milliones, sexcenta & quinquaginta millia librarum pendebat. posito cubitum solidum auri siue cubum aurcum, qui 4 pedes tàm in latum quàm in altum contineat, 10000 libras pendere. Quæ res vix animo concipi potest.

Consectarium.

HInc collige, Lector curiose, Architectorum summam Geometriæ tùm in singulis delineandis pingendisque, tùm in singulis fabricæ membris ritè disponendis peritiam & industriam; sculptorum prodigiosas ingenij dotes, in tam diuersis statuis, columnisque ex vnico lapide,

de, seruata humani corporis perfectâ proportione, efformandis, auri quantitatem in vnius Orbis coelestis fabrica, non minori ingenij, quàm diuitiarum solicitate demonstratam. Quæ cùm opera si paulò penitiùs considero; ausim sanctè affirmare, hoste summi ingenij homines, vti nihil humanarum scientiarum latuit, ita eorum ope humanis quibusque operibus maiora præstitisse, cùm vel in vnica fabrica efformanda omnes artes & scientias, Physicam & Mathematicam conspiraße videam. Quis enim hodierno die simile quid attentare audeat, nisi totius naturæ consultus, nisi totius Arithmeticæ, Geometriæ, Opticæ, Astronomiæ, Mechanicæ, Staticæ, cæteratumque annexarum artium peritia ad miraculum præditus? Nemo itaq; miretur, totius Architecturæ rationem primò ab Ægyptijs ad Græcos, ab his ad Romanos deuolutam, in hunc diem fuisse adhuc tueri existimationem.

Architectorū Ægyptiorum excellentia.

Nil dicam hìc de lacu Mœridis, qui, teste Herodoto, plus admirationis habet, quàm omnia hucusque enarrata opera. Habet is in circuitu tria millia & sexcenta stadia; vbi profundissimus, est 50 passuum; humanâ industriâ ad aquas Nili stagnantes tùm recipiendas, tùm iisdem deficientibus ad terram rigandam, exeuatus; de eius miraculo vide citatum Herodotum in Euterpe singula exactissimè describentem. Non memoro Thebanæ ciuitatis miracula, quæ apud Strabonem, Diodorum, & paulò antè citatum Herodotum videantur; quæ profectò tanta sunt, vt ipsis Authoribus testibus, nihil in humanis rebus maius & excellentius fieri possit. Atque hæc sunt quæ de Architectonica Ægyptiorum dicenda putauimus, nunc ad machinas calamum conuertamus.

Mœridis lacus. Herodotus.

Thebanæ vrbis miracula.

CAPVT II.

De Mechanica Ægyptiorum.

VIdimus immensas Ægyptiorum fabricas, Labyrinthi inextricabiles errores, præcelsas Colossorum moles admirati sumus; restat modò vt ostendamus, quâ ingenij artisque industriâ, tam insolentes fabricas exexerint. Certè id sine machinis summâ arte constructis persici minimè potuit. Et primò quidem non nego, maximam hominum multitudinem ad eiusmodi ædificia tùm celerius, tùm facilius extruenda necessariam fuisse. Nam in sola pyramidis maximæ ædificatione trecenta millia hominum fuisse adhibita, quam & 20 annorum spacio perfecerunt, ita vt in solas cæpas & allia mille & sexcenta auri talenta fuerint erogata, Herodotus Author est: in Obelisco verò Rameſſæo siue Lateranensi viginti millia hominum laborasse Plinius tradit: pari pacto in Labyrintho, cæterisque enarratis fabricis construendis idem contigisse nullus dubitare debet, nisi qui Ægyptum præ cæteris totius Mundi nationibus semper innumerabili propè hominum copiâ abundasse ignorârit. Sed non obstante excessiuâ illâ hominum multitudine, dico nihilominùs, illa sine adhibitis machinis fieri non potuisse, nec subsistere potest, quod Diodorus asserit, aggeribus eam exstructam, machinis eo tempore nondum reper-

Herodotus.

Machinis necessariæ ad Ægyptiorum opera confirmanda.

reperti. Plinius asserit, exstructos fuisse pontes latericios, per quos saxa immensa ad constitutum locum operariorum vi deuoluerentur: sed neque hoc dici potest, cum pondera maiora fuerint, quàm vt immediata manuum applicatio ea moueret; pondus enim quod ducentorum hominum ponderi applicatorum operâ moueri non potest, octo aut decem hominum operâ machinis vtentium nullo negotio moueri, Statica docet. Machinis itaque necessariò ad tam immanes moles quà mouendas, quà erigendas vtebantur; quæ quales fuerint, restat explicandum.

Ferri temperandi notitia apud Ægyptios.

Suppono itaque primò, Ægyptios perfectam habuisse tùm cæterorum metallorum auti & argenti, tùm potissimùm ferri attemperandi notitiam, à primis Patribus traditam: quomodo enim tam immensæ statuarum moles, vel ex vnico porphyrite, vti vidimus, durissimi lapidis genere constructas, sine optimi ferri qualitate & temperamento, fieri poterat vt exsciderent, dolarent, & polirent? nouimus quantum nostri artifices vel in exiguis porphyriticis vasis elaborandis desudent: miram itaque temperiem, nobis prorsùs incognitam, habuisse verisimile est, ad montes ipsos porphyriticos penetrandos, saxaq; exscindenda, dolanda, polienda.

Mechanicæ rationes à natura inditæ.

Suppono secundò, Mathematicos Mechanicos, quorum magna pars in hunc finem publicis sumptibus alebatur, in hoc vnicum incubuisse, vt machinis nouis inuentis, superba Regum molimina promouerent.

Suppono tertiò, Mechanicas rationes à natura insitas esse, vti ex motibus corporeis, tollendisque grauioribus ponderibus, aut percutiendis rebus experientia docet; vt vel hinc vectium, malleorumque ratio originem inuenerit: dum enim clauum parieti inserere attentamus, non manu, aut duriori qualibet re manibus inserta, sed malleo, qui instar vectis est, vtimur; sic etiam saxum, non manuum immediatâ applicatione, sed ligno suppositò facilius vrgere & erigere attentamus; quæ notiora sunt, quam vt dici debeant. His positis, fit

§. I.

De modo & ratione, quam in ponderibus quà trahendis, quà in altum deducendis, Veteres vtebantur.

Chemmis Architectus Ægyptius.

QVæcunque de Veterum machinis hoc loco dicturus sum, illa extracta sunt ex Veterum Mechanicorum monumentis, quorum primus & omnium antiquissimus fuit Chemmin Ægyptius, vltra tempora Pythagoræ in Ægypto Architectus clarissimus, & admirandorum operum fabricator: ex quo sua pleraque acceperunt Hero Alexandrinus, Philo Byzantinus, & Pappus Alexand. Hic dicitur Architectus fuisse pyramidis magnæ, quam cùm in altitudinem octadarum vnius milliarij erigere cogitasset, tale quippiam in lapidibus quæ vehendis, quà in altum attrahendis proposito suo mirificè congruum adinueniri eum

eum narrant. Porrò in trahendis vehendisque longo spacio saxis immanibus parasse duas scytalas seu cylindros ponderi vehendo proportionatos, strato super eos facto ex solidissimis arboribus, ita tamen vt cylindros non attingerent; & his saxa firmiter compacta imposuisse, & tantùm cylindrorum suibus funibus adiunctis, magna hominum multitudine ad statutum locum per coaceruatorum aggerum veluti montes quosdam perraxisse; & nè in via quicquam impedimenti occurreret, omnes lacunas & inæqualitates semitarum, per quas saxa deuehenda erant, priùs lapidibus, arenâ, terrâ stibusque molibus oppletas fuisse. Hoc eodem artificio Ctesiphontem & Metagenem filium eius in columnis Ephesino templo destinatis aduehendis vsum esse, Vitruuius tradit.

Sera trahendi ratio.

Vitruuius.

Fuit autem triplex vsitata in grandioribus machinis loco mouendis ratio & methodus: vel enim ex lapidicina ad constitutum locum, transuehendi erant, seu terrâ, seu flumine; vel immanes Colossi erigendi; vel denique saxa excelsissimæ molis in locum statutum collocandi. Prima vocabatur ἁμαξευτικὴ, id est, tractiuâ vi peragendâ; Secunda ἑλκτικὴ, id est, elatrix seu nautica; Tertia manganaria vocabatur. De singulis dicam.

Triplex ratio machinas grandiores loco mouendi.

§ II.

De Machinis, quibus terrâ ingentes saxorum moles vehebantur.

PRimò ante omnia, vt suprà meminimus, iter per quod moles deuoluendæ erant, ne quod impedimentum aut offendiculum occurreret, impletis fossis, deplanatisque eminentioribus terræ partibus, summo studio & industriâ æquabatur. Quo posito, duplici artificio lapides, simulesque moles per iter præparatum ad destinatam stationem perducebant. Philo Byzantinus Antiquos trahâ in deuehendis lapidibus vios asserit. Erat autem traha vehiculi genus, constans duabus ingentibus trabibus parallelis, quæ radijs transuersis firmiter connectebantur, & infernè laminis ferreis perpolitis inductæ erant, cornibus aliquantulùm incuruatis & repandis. His superimponebant ingentia saxa, & sic ingenti hominum, aut iumentorum multitudine rudentibus applicata, ad destinatum locum deducebant; quæ maximè locum inueniebat post decrementum Nili, terra adhuc limosa & lubrica. Alterum genus vehiculi erat currus quatuor cylindris seu tympanis grossissimis, ferreisque laminis pariter politis, quæ circumferentiæ inducebantur, instructus; per quorum centra bini axes ex ferro grossissimo, aut ex alio metallo constati transigebantur. Supra eos axes pegma ex trabibus pro molium magnitudine construebatur, supra quod deponebatur onus deportandum, ac deinde dicta hominum, aut iumentorum multitudine, loris funibusque crassissimis ad locum suum deferebantur. Vitruuius ait, Ctesiphontem in fabrica templi Ephesini haud

Philo Byzantinus. Traha quid.

Currus ad deuehendas saxorum moles ingentes.

Vitruuius.

Cæsebonæ quomodo ex humana re- locum suum deportarint.

haud absimili artificio vsum; ingentes enim columnarum axes columnarum axibus portaturus, singulis columnis iam factis axes æneos columnarum axibus correspondentes impluebant; deinde ingentibus totis axes dictos indidit, & sic tandem onus rotarum ope ad arbitrium Architecti deuolue- batur. Axes verò æneos deinde seruiebant columnis ab basibus & capitellis firmius stabiliendis. Inspice appositam figuram.



Scytalarum vsus.

Alij dicunt, Veteres scytalis, quibus tabulæ ligneæ politæ & leues inser- nebantur, vsos, ijsque commissum pondus vectibus ad stationem desidera- tam versasse: quod non intelligi velim de magni spacij itinere; fuisset enim valde incommoda, perpetua illa scytalarum agitatio, tabularum- que ijs superinjectarum ferè in singulos quindecim passus mutatio; in paruo tamen spacio oneri deuoluendo non exiguum vsum præstare poterant.

§. III.

Quibus machinis dictæ moles aqua marique deueherentur.

Modus Obeliscos ex flumine in statutum locum transferendi.

PORrò Obelisci, quem Ptolomæus Philadelphus Sacubitorum longum à Rege Nectenabo ex rupe Thebaica excisum Alexandriæ statuit, Architectus fuit Satyrus, vti refert Plinius, & diximus in Obelisco Pam- philio (ex quo quidquid hoc § traditur, desumpsimus). Ratio verò qua eum naui impositum Alexandriam deportarunt, hæc fuit. Primò fossam profundissimam, quæ sub ipso Obelisco initium duceret, ad ipsum vsque Nilum effecerunt: quæ deinde aquis Nili repleta, non tam fossa quam flumen ingens referebat. In hac fossa, verius flumine, teste Callixeno Phœnice apud Plinium, duas naues amplissimas ordinabant, quas & lapi- dibus in tantum onerabant, vt pondus lapidum Obelisci, pondera duplo maius

maius esset. Hoc peracto naues firmiter connexas sub ipsum Obeliscum extremitatibus suis in ripis vtrinque pendentem remis subigebant. Sub- actis verò hoc ingenio infra Obeliscum nauibus, naues paulatim lapidum exoneratione alleuiabant, donec Obeliscum pendentem excipierent, exceptum verò hoc pacto per fossam in Nilum, ac deinde Alexandriam deducerent, quemadmodum ex figura II. Schematismi I. positi in Obe- lisco Pamphilio fol. 90. patet, ex qua facile totius machinationis ratio- nem percipies. Verùm ad dictorum confirmationem adducamus verba Plinij lib. 36. c. 9. *Alexandriæ*, inquit, *statuit vnum 80 cubitorum Ptolomæus Philadelphus, quem excidерat Nectabis Rex puerum, maiusque opus fuit in deue- hendo, statuendoq; multò, quam in excidendo. A Satyro Architecto aliqui de- uectum tradunt rate, Callixenus a Phœnice, fossa perducta vsque ad incentem Obeliscum à Nilo; Naues q; duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem la- pide ad rationem geminatis per duplicem mensuram ponderis onerasse, ita vt subi- rent Obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis vtrinque; posteà egesto lucerculis alleuiatas naues excepisse onus statutum. Excisas autem fex tales ma- monte eodem, ex artificem donatum talentis quinquaginta.* Hæc Plinius. Simi- li industriâ haud dubiè à maioribus per traditionem accepta, reliqui ex posteris in magnis molibus transferendis vsi sunt. Nonnulli volunt Obe- liscos ad constituta loca translatos esse eo tempore, quo maxima esset Ni- li in Ægypto inundatio; aquis enim terras altiùs supereminentibus ni- hil facilius erat, quàm extra alueum Nili in quemcunque Ægypti planio- ris locum, onus deportare. Quòd si tamen necessitas ita requireret, Obe- liscum chamuleis siue cylindris impositum, in locum erectionis deuolue- bant; in quo posito primò fundamento, quod vtplurimùm laxum siue rupes natiua erat, deinde tandem Obeliscum trabibus tabulisque ligneis, lanâ, sceno, stramine fartis, contra omnem violentiam munitum, ergato- rum, trochlearumque ope erigebant.

Naues quibus Obelisci ve- hebantur.

Nauis quæ detulerat O- beliscum Au- gusti, Puteo- lis incendio perijt.

Nauis quæ detulerat O- beliscū Nun- corij, in ostia Tyberina, submersa fun- damento turris insternebat Suetonius Plinius.

Quibus verò nauibus, Obelisci Alexandriâ Romam aduehendis vsi sint Imperatores Romanorum, Plinius & Ammianus Marcellinus refe- runt. Augusti Cæsaris nauis, quâ maior eius Obeliscus aductus fuerat, cùm ceu miraculi instar Puteolis in perpetuam rei memoriam asseruare- tur, incendio tandem, nescio quo casu perijt. Nauis verò quâ Caius Ca- ligula suum illum Nuncorij aduexerat, omnibus quæ vnquam in mari vi- sæ sunt, mirabilior, ad Ostiam subsitit, vbi à Claudio Caij successore sub- mersa in portus fundamentum cessit turri superexstructa, quæ in hunc diem durat. ita Suetonius in vita Claudij, & Plinius citato loco.

Nauis verò quâ Rameseus Obeliscus à Constantino Imperatore ad- uectus fuit, crates erat ex trabibus & arboribus ingentibus compacta, tre- centis, teste Marcellino, remis instructa. Arbor principalis, præter alias, quibus vela obtendebantur, tantæ erat crassitiei, vt duo eam homines am- plecti non possent. Verùm nauis, quantum ex actis Constantij Imperatoris, ex Ammiano Marcellino, aliisque historicis percipere licuit, eius formæ, quam in Obelisco Pamphilio fol. 90 adduximus, fuit, quam con- sule citato loco.

Naues tres quibus Obelisci ex Ægypti adomati inuenti reportati.

Trium itaque nauium, quibus Obelisci ex Ægypto in Vrbem portati sunt, meminerunt Authores, duarum Plinius, Ammianus vnius; & eas omnes maximæ cuiusdam & prodigiosæ magnitudinis fuisse testantur. Et de naue quidem, quâ Obeliscum illum suum Augustus in Vrbem inuexit, Puteolis miraculi gratia Naualibus perpetuò dicata, deinde ignis consumpta, paulò ante dictum; de ea verò, quâ Caius Caligula suum

Plinius.

Obeliscum Romam transuexit, hæc inter alia refert Plinius lib. 36. c. 40. *Abiit admirationis præcipuæ visa est in mari, quæ ex Ægypto Caij Principis iussu Obeliscum in Vaticano Circo stantum, quatuorq; truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit; quâ naue nihil admirabilius visum in mari certum est. Centum viginti millia modiorum lentis pro saburra ei fuere, longitudo spatium obtinuit magna ex parte Hostiensis portus latere læuo, ibi namque demersa est à Claudio Principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea ædificatis obiter Puteolano puluere, aduectisque.* Libro verò 35. c. 9. ita habet: *Diuus Claudius aliquot per annos asseruatam, quâ Caius Cæsar importauerat, omnibus, quæ vnquam in mari visa sunt, mirabiliorem, turribus Puteolano exæquatam ædificatis perductam Hostiam, portus gratiâ mersit.* Quæ consentiunt relationi Suetonij in vita Claudij: *Portum,* inquit, *Hostiæ extruxit, circumducto dextrosimistroque brachio, & ad introitum profundo iam solo mole obiecta; quam quo stabilius fundaret, nauem ante demersit, quâ magnus Obeliscus ex Ægypto fuerat aduectus; congestisque pilis supra posita altissimam turrim in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent.* Ad quarum normam Constantium Cæsarem suam illam nauem, quam ab Ammiano Marcellino suprà descriptam, in Obelisco Pamphilio loco cit. exhibuimus, construxisse, verisimile est; fuisse autem ex eo genere nauium, quas Rates siue Crates vocant, dicti Authores expressis verbis indicant.

Suetonius.

Qui denique rationem in Obeliscis à Sixto V. erectis obseruatam desiderat, is Dominici Fontanæ Architecti machinas adhibitas, arti elegantissimè incisas, & à Mercato, Bargæo, alijsque fusè descriptas consulat.

Dominicus Fontana.

§ IV.

Quibus machinis in immensis molibus extollendis vsi sint Ægyptij: siue de quinque facultatibus motricibus; & primò de vecte & axe in peritrochio.

Hero Mechanicus.

HEro primus fuit, qui de quinque Staticis potentijs ex mente Veterum, vti ipse testatur, egit in particulari libello; ex quo postea Archimedes, Pappus, & tota tandem posteritas, sufficientia sibi ad ponderum elationes adiumenta desumpsit. Ægyptios quoque datâ potentiâ, datum pondus mouere, primùs fuisse, qui pollicerentur, Pappus his verbis adstruit: *Cùm itaque quinque sint facultates, per quas datum pondus datâ potentiâ mouetur, necessarium est figuras earum, & vsus, præterea etiam & nomi-*

Ægyptij datâ potentiâ datum pondus mouebant. Pappus.

nomina Ægyptijs vsitata exponere. Traditum autem est ab Herone, & à Philone, qua de causâ prædictæ facultates in vnam reducantur naturam, quanquam figuris inter se multùm discrepantes. Nomina igitur hæc sunt, axis in peritrochio, vectis, polyspastos, cuneus, & deinde ea quæ appellatur cochlea infinita. Et vt à vecte simplicissimo incipiamus,

Est vectis instrumentum, siue ligneum, siue ferreum, oblongum, quod ponderi suppositum ab vno extremo, ab altero verò deorsum vi motrice pressum, pondus nullo negotio eleuat, vt in figura apparet, vbi D sit fulcimentum, vectis AB, hypomochlium, C. Nam vt rectè Hero apud Pappum differit, cùm Veteres magna pondera mouere vellent, eaque primò à terra attollere oporteret, ansas autem non haberent, quòd omnes partes basis ipsius ponderis solo incumberent; paulùm assodientes, & ligni longi extremitatem subijcientes sub onus, supponebant ligno ptope ipsum onus lapidem, quod hypomochlium appellatur, sicque onus dimouebant. Cùmque ijs visus fuisset hic motus valde facilis, fieri posse sibi persuaserunt, hoc pacto quælibet magna pondera attolli posse; tantò autem faciliùs pondus moueri deprehendebant, quantò hypomochlium saxo vicinius; hâc enim ratione vectis maiorem acquirebat longitudinem; quantò autem longior erat vectis, tantò faciliùs, vt Mechanici demonstrant, pondus mouebatur. Atque hæc sunt prima Mechanices fundamenta, quibus non tam arte, quàm naturæ quodam instinctu, omnes vtimur. Neque enim vlla humana actio violentiam aliquam sustinens, assignari potest, quæ non, etiam nobis non aduertentibus, vectis ope perficiatur.

Vectis quid.

Hero Mechanicus.

Vectis vsus prima Mechanices fundamenta probat.

Porrò cùm talis subinde ponderum ratio esset, vt vectes munus suum obire non possent, vt fit in ingentibus molibus attollendis; aliud machinæ genus architectati sunt; vt in ea multiplex vectium in circulum dispositio idem præstaret in eleuandis in summam altitudinem molibus, quod vectes in molibus terræ superficiei insistentibus. Et hoc vocabant axem in peritrochio. Erat autem instrumentum ex cylindro & orbita, in cuius circumferentia radij dispositi erant, qui locum vectium subirent, vti infigura sequenti apparet. Ad cylindrum enim A B, cui rota S infixa erat, funes circumplicabant, è quorum extremitate saxum L dependebat; fiebat enim, vt circumducta per radios suos rota cylindrus vnà connolueus funes, saxum tandem sustolleret. Hanc machinam statuebant vtpluriùm in muris, in quos saxa eleuanda erant; atque ita validè ibidem firma-

Axis in peritrochio.

mabant, vt pondus sustineret, neque præponderationem vllam subiret.



Huius instrumenti duplex vsus erat, rectus, & inuersus. Rectus, quando eius ope pondera in altum subleuabantur; inuersus, quando dicta pondera ex longinquo trahebant, vel etiam in altum trahebant; & tunc ergata vocabatur. Dicitur autem inuersus, quia quemadmodum in situ recto, cylindrus Horizonti parallelus; ita hic eidem normalis siue perpendicularis constituebatur. Verùm ad hunc situm alia quædam requirebantur, vti trochleæ, & arbores polyspastis instructæ: de quibus tunc fusiùs dicetur, vbi primùm, quid per trochleas, cuneos, similesque potentias intelligatur, intellexerimus.

Cuneus Aegyptiacus.

Cuneus Aegyptiacus.

CVneus maximè in lapidicinis vsurpabatur; estque instrumentum ligneum, vel ferreum pyramidalis figuræ, quo immensa saxa finduntur. Hoc enim intra rimam alicuius saxi positum, & vehementi malleiictu percussum, dum se violenter insinuando intra rimam, ambo latera potenter premit, rupem tandem findit. Habebant autem plura huiusmodi instrumentorum, quibus ordine intra fissuram positis, percussisque, lapis findebatur. In ijs verò locis montium, vbi immensæ moles columnarum, Obeliscorum, statuarum ex vno lapide, eruendæ erant, hâc industriâ vsos esse Veteres, Philo Byzantinus in suo de quinque facultatibus Staticis libello, refert. Supra rupem sundabant ligneam machinam, seu potiùs pegma, cylindro transuerso volubili adornatum; huic cylindro sune craſſissimo appendebant chalybeam columnam immensi ponderis; atque infra intra rimam rupis cuneum ponebant magnitudini cylindri chalybei proportionatum; atque sic sune attracto tollebatur cylindrus; quo aliquò vsque eleuato, funem laxantes operarij ipsum in cuneum decidere sinebant; cuius immenso pondere cuneus pressus, magnâ vi findebat rupem, & sic rimæ fissuram sequentes, instrumentorum nomâ adaptatio-

Cunei vsus in lapidibus findendis.

sione, tandem negotium conficiebant. In figura apposita cylindrus ferreus volubilis est A B, cui appensum pondus S, saxum findendum est F,



cuneus rimæ impositus I, cylindrus ferreus plumbo fartus S, funis attollens cylindrum E M, qui elatus, & cadere permissus, magnâ vi in cuneum I illidebatur, vnde fissio petræ sequebatur.

Quando verò è latere rupes findere volebant, hâc industriâ id faciebant, teste paulò antè citato Philone. Muro ingentem trabem ferream

Cunei vsus in rupibus secundis è latere. Philo Byzantinus.

A B ita adaptabant, vt intra vertebras nullo negotio moueri posset: huius extremitati B ferreum pondus S mallei ad instar appendebant, quod perfectè cuneo I G respondebant; habebat id in extremitate B funem adnexum, trochleæ E circumuolutum, cuius extremitate multitudo hominum pondus S attrahebat, elatumque summo impetu cuneo illidi sinebant; atque hâc violentiâ adhibita rupem findebant. Quod quidem ma-

machinamentum ita concinnatum erat, vt pro rimæ findendæ altitudine aut depressione nunc altè, nunc demisse in quamcunque partem transferre possent.

Polyspastus Aegyptiacus.

Polyspastus Aegyptiacus.

ALtera facultas fiebat per polyspastum, trochleâ mangano insertâ, cui funis circumuoluebatur, quo tractum pondus nullo negotio mouebatur. Erat autem trochlearum huiusmodi dispositio pro magnitudine ponderum varia. Quando vna trochlea adhibebatur, vt in minoribus ponderibus contingebat, tunc vocabatur μονάνκων; si duæ trochleæ adhibebantur, δίανκων; si tres, τρίανκων; & sic in infinitum, nominabantur. Erat autem duplex horum polyspastorum vsus; vel enim in altum tollendis ponderibus, vel per terram trahendis seruiebant. Verùm vtriusque machinamentum hic oculis Lectoris exponendum duxi, vt ipsius repræsentatione machinæ, fusam eiusdem descriptionem compensarem.

Polyspasti vsus in planis

IK, est polyspastus, seu quaternæ trochleæ, quarum binæ vtrimque duobus manganis I & K insertæ sunt; funis verò alligatur vnco L, & deinde circumuoluitur duabus trochleis minoribus manganorum K & I, & iterum duabus maioribus trochleis eorundem manganorum K & I, tandemque ergatæ O P Q interiori cylindro S circumuolutus inseritur, in cuius cylindri exterioritate superiori inseruntur vectes N N, quos multitudo hominum, aut iumenta circumagunt; A B C D E est pondus, cui polyspastus I K ab vna extremitate H H cheloni, cui pondus impositum est, annectitur, altero extremo V terræ firmiter ad resistentiam inserto.

Chelon quid.

Chelon verò, quemadmodum eum Philo & Hero appellant, nihil aliud est, quàm traha, vehiculi genus, cuius & suprà mentionem fecimus, extremitatibus H H repandis, lignis firmiter compacta, sub quo cylindri R R æquales intra polos versatiles ponebantur, fiebatque ita, vt simul ac vectes N N circumagerentur, cylindrus ergatæ complicatâ chordâ polyspaston

paston moueret, polyspastus annexus cheloni H H per funes pondus A B C D E nullo ferè negotio traheret. Sed figura hic apposita, mentem meam faciliùs, quàm vel copiosa machinæ descriptio explicauerit. Habebat hæc machina id quidem incommodum, quòd ad singulos centum passus, tùm polyspasti, tùm ergatæ loca pariter mutare debebant, donec ad constitutum locum onus transferretur; cæterum ingentia pondera huius machinæ ope, nullo penè negotio transportabantur. Atque huius machinæ vi templum illud prodigiosum ex vnico saxo concinnatum, cuius suprà mentionem ex Herodoto fecimus, ex Elephantina vsque in Saidistantem viginti dierum itinere, spacio triennali translatum fuisse, nemo dubitare debet, cùm nec melior, nec expeditior modus haberi possit. Atque hæc de ponderibus in plano per polyspastum deducendis sufficiant.

Polyspasti inconmoda quæ.



Alter machinæ huius vsus erat, ponderibus in altum extollendis seruiens. Arborem prægrandem A B, cum transuersa superiùs trabe A E, supra pegma G E D V trabibus firmiter connexum, & quatuor rotis seu cylindris in extremitate trabium annexis C, D, E, V, vbi opus erat, versatile, fundabant; è cuius regione ergata Q P L M parabatur, cylindro S O, & vectibus N N, vti in priori, instructa; huius ergatæ cylindro S O funis circa S circumdabatur, qui in arboris radice trochleæ V inserebatur, & inde polyspasti è trabe E dependentis mangana I & K orbiculis, vti priùs, circumplicabatur, funis extremitate mangano I affixâ, à mangano verò K dependebat pondus A B C. Fiebat itaque vt simul ac ergata vectium ope sollicitaretur, funis circumplicatus cylindro S, & per trochleam V continuatus, circumplicatusque orbiculis manganorum I & K, pondus in altum sustolleret. Vbi verò periculum erat, nè pondere

Polyspasti vsus secundus in attollendis ponderibus.

prægrauata arbor rumperetur, quatuor aut quinque funibus X T Y F G, ex summitate arboris deductis, terræque firmiter infixis, machina non secùs ac malus in nauigio rudentibus vnà cum pegmate versatili firmabatur. Quia tamen machina sæpe mutanda erat, hinc rotæ seu cylindri C D V E pegmati indebantur, vt totam machinam quò vellent, nullo negotio transferre possent. Sed contemplare figuram hic appositam.

Hoc pacto quælibet in altum vastissima pondera eleuabant. Quòd si pondera (vti erant Obeliscorum, ingentiumque Colossorum moles) maiora essent, quàm vt vnius ergatæ atque polyspasti ope sustolli possent; tunc multiplicabant pro ergatarum multitudine ipsos polyspastos, atque sic summâ hominum aut iumentorum multudine adhibitâ, vnà æqualiter suas singulis ergatas mouentibus, moles randem, tabulatis priùs, siue ligneo vestimento inclusas, nè damnum alicubi inferretur, aut statuis, aut Obeliscis, summâ vti concordiâ, ita facilitate eleuabant. In pyramidum verò structura, arborem non adhibebant pegmati implantatam, sed machinam quandam ligneam bifurcatam adhibebant, cui trochlea in superiori parte annexa funes complicabant; extrà verò basin pyramidis alia machina applicabatur (ergaton ego interpretor) cui alterum chordæ extremum circumplicabatur, quæ machina hominum aut animalium ope circumducta, saxum paulatim in statutum locum ponebat; priorem verò bifurcatam machinam ligneam singulis pyramidum gradibus admouebant, & sic gradatim opus perficiebantsita vt vel tot essent machinæ, quot gradus pyramidum; vel certè eadem machina de gradu in gradum promoueretur. Verùm audiamus ipsa Herodoti verba libro 2. vbi sic de pyramide Cheopis discurrit. *Fuit autem extructa hæc pyramis in speciem graduum, quos quidam scalas, quidam arulas vocant. Postquam eam principio talem effecissent, attollebant reliquos lapides breuibus machinis è ligno factis, ex humo in primum ordinem graduum leuantes; vbi super hunc gradum lapis erat, alteri machinæ imponebatur, quæ in ipso primo gradu stabat; ab hoc enim deinde in alterum ordinem trahebatur super alteram machinam (nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant) siue eandem machinam, quæ vna ea facilis ad ferendum esset, transferebant ad singulos ordines, quoties saxum amolirebantur.*

Machinæ ligneæ bifurcatæ in pyramidem structum adhibitæ.

Atque hinc patet apertè, machinas ab Ægyptijs primùm, vtpote qui præ omnibus Mundi nationibus semper maximis & prodigiosis fabricis erigendis animum intentum habebant, feliciter excogitatas, deinde ad Græcos per Dædalum, teste Herodoro & Philone, & hinc ad Romanos translatas fuisse. Hinc Archimedem, hinc Vitruuium, hinc Pappum omnia sua desumpsisse adeo verum est, vt vel ipse Archimedes id fateatur, teste Riualdo in eius vita, dum multa in Ægypto Heronis consuetudine se didicisse ad Mechanicam spectantia sincerè confitetur.

Herodotus Philo.

Daniel Riuald. des.

Restat vltima potentia de cochlea, quam cùm nescio quid difficultatis habeat tùm ad constructionem, tùm ad vsum, non adeo Ægyptijs frequentatam existimo, nec vsum aliquem in ponderibus à terra leuandis habere poterat. Est autem cochlea nihil aliud, Pappo teste, quàm assumptus

Cochlea quid

ptus cuneus expers percussionis per vectem quoque motionem efficiens. Cochlea dicitur, ab ipsa cochleæ seu limacis domo, tortuosis ductibus à natura instructa. Dicitur & Helix, à natura lineæ, secundùm quam construitur. Quæ tamen si commodè adhiberi posset, omnibus meritò recensitis machinis palmam eriperet, ob summam quam in operando habet efficaciam. Sed qui plura de huius effectibus desiderat, is legat quæ suo de hac Pappus l. 8. tractat ex mente Ægyptiorum, & nostram suò tempore Mechanicam.

CAPVT III.

De Machinis Thaumaturgis Ægyptiorum Veterum.

Machinæ Thaumaturgæ Ægyptiorum.

INscribitur hoc caput de machinis Thaumaturgis Ægyptiorum Veterum, id est, de fabricis miraculosis quàdam ac tantâ industriâ instructis, vt Authores, quotquot eorum meminerunt, eas non arte humanâ, sed magicâ Dæmonum ope constructas existimârint. Est enim huiusmodi machinis ita comparatum, vt dum occulta & abdita technasmata non comparent, motum tamen & vitam spirent, vehementique admiratione spectatores veluti rei nouitate attonitos teneant. Sunt autem multiplicis rationis. Quædam solo sono, vti Memnonis statua, artis prodebant miracula; aliæ solo motu vitam mentiebantur; nonnullæ aquarum artificio adornabantur. Non deerant quæ & sono, & motu, cæteriscque circumstantijs, câ constituebantur industriâ, vt non immeritò θαυματοποιικὰ, id est, miraculorum operatrices, apud posteros audirent. Quis porrò harum omnium Architectus fuerit, tam incertum est, quàm incerta est inaccessa huius inuentionis antiquitas, cùm Arabes iam ante diluuium eas in vsu fuisse asserant, vt postea dicetur. Hesiodus antiquissimus Poetarum Vulcanum harum inuentorem facit, cùm statuas aureas se quaquauersus mouentes ab illo fabricatas recitat. Tripodes quoque eum fabricasse hinc inde mobiles, & inter se concertantes, & in locum vnde prodierant reuertentes, scitè describit. Quidam Dædalum à Vulcano instructum, harum machinarum prodigiosis operibus vniuersam Græciam in sui admirationem traxisse volunt. Construxerat is, teste Homero, ope Ariadnæ, pueros, qui manibus porrectis choreas agebant; canem præterea aureum, animatù vt videbatur, teste Dionysio antiquissimo Homeri interprete, de quo vide Iulium Pollucem. Facit & mentionem fabricarum à Dædalo constructarum Plato in Dialogo, qui Memnon inscribitur, quæ si non ligarentur, fugiebant. huc alludit Aristoteles lib. 1. polit. vbi apertè ait opus non iam fore seruis, si instrumenta etiam obedirent Opifici, sicuti machinæ Dædalo. Verùm Dædalum omnia sua ab Ægyptijs accepisse, Diodorus asserit; quorum peculiare erat, ingeniosis inauditisque machinis omnes in admirationem trahere. Ab his Heron hausit quæcunque de spiritalibus & Automatis scripsit, dum à prædecessoribus se ea accepisse sincerè fatetur. Hinc Pythagoras, Architas, Eudoxus,

Multiplices erant.

Machinarum Thaumaturgicarum Authoresquos.

Mosodes.

Vulcanipodes.

Dædali statuæ.

Homerus

Dionysius. Homeri interpres.

Iulius Pollux.

Plato.

Aristot.

Dædalus ab Ægyptijs instructus.

Diodorus.

Heron ab Ægyptijs sua Spiritalia didicit.

Aristoteles.

Apollonius, cæterique rerum mirabilium famâ celebres Philosophi, sua
desumpsisse notiùs est, quàm vt dici debeat, quæ vel ipse Aristoteles
agnouisse videtur in Procœmio in Mechanicam suam his verbis: *Cùm ita-
que vterentur naturâ, quæ in circulo reperitur, opifices varia confecerunt instru-
menta, occultantes principium, ita vt pars tantum machinæ appareat mirabilis,
non manifestatâ causâ.* quæ confirmat lib. 2. de generat. & libro de motu
animalium, vbi motum animalium comparatione quâdam ex machinis
automatis desumpta ostendit. Erat itaque ante Aristotelem iam ab im-
memorabili tempore horum automatorum vsus. Qualia enim horum
ope fecerit Philo Byzantius, & Archimedes, qualia Ctesibius Tonsoris
Alexandrini filius & Magister Heronis, nota sunt ex Hydraulicis, Orga-
nis, Hydrologijs, aliisque machinis automatis à veteribus celebratarum, vi-
tiumque ope animatis, vti Pappus lib. 8. refert: quæ quidem successu

Pappus.

temporum in tantam euecta sunt excellentiam & perfectionem, vt nihil
quoque modernis opificibus in ea facultate denegatum videatur, vt nos
suo tempore in vniuersali nostra Mechanica, Deo dante, vberius descri-
bemus. Quare ad Ægyptiorum automatas machinas reuertamur; in
quibus describendis primò Authores allegabimus, deinde occultas ma-
chinarum istiusmodi construendarum rationes, quantum coniecturare li-
cuerit, per totidem problemata aperiemus.

§. I.

Statuæ Memnonis modus & ratio.

Memnonis statua, eiusque habitus & situs.

MEmnona Poëtis cantatissimum nemo non nouit; de quo nonnulla
nobis comperta sunt, ijs planè adnumeranda, quæ præcipuè di-
gnâ admiratione sunt in naturæ contemplatione, vel etiam quæ fidem
rei nouitate vix impetrant. De hoc simulachro variè à varijs dissertum
reperio. Plinius l. 35. c. 7. ex Basalte lapide constructum fuisse narrat,

Plinius.

& in delubro Serapidis positum, quotidiano Solis ortu concussum radijs
sonuisse. Philostratus verò in Iconibus, *Memnon*, inquit, *in Æthiopia
deformatus est in lapidem nigrum, sedenti habitu, Solaribus radijs vbi statua con-
tingitur, veluti plectrum incidens Sol in Memnonis os, elicit inde vocem.* In

Philostratus.

Tonari Lucianus prodit, Demetrium Sunicum peregrinationem obijsse
in Ægyptum, vt pyramides spectaret, ac Memnonem, quòd illas audisset
quamuis altissimas, vmbram tamen non iactare; Memnonem verò ad
exorientem Solem inclamare. Strabo ibi se adfuisse scribit cum Ælio

Strabo.

Gallo, & amicorum multitudine, ac militum, circiterque horam primam
sonitum audiuisse, siue à basi, siue à Colosso, siue à circumstantibus de in-
dustria factum. *Id enim*, inquit, *haud quaquam affirmarim, cùm propter in-
certam causam omnia magis subeat, vt credam, quàm ex lapidibus sic compactis
concinnatisq; crepitum edi.* Pausanias miratur in Magarensium montibus

Pausanias.

lapidem, quem si quis calculo percussisset, non secùs ac lyra insonaret;

Sed

Sed multò me, inquit, *maiori admiratione affecit Ægyptiorum Colossus, qui Thebis
Ægyptijs est positus iuxta Nilum traiecteris; vidi enim ad hoc vsque tempus statuam
sedentem vastis cum locum, quem Syringas appellant, eam partem Memnonem
dicunt, quem ex Æthiopia profectum in Ægyptum venisse arbitrantur. Thebei
Memnonem negant, sed quendam populärem suum esse aiunt, cuius ea statua sit.
Andueriam, ajut hanc Sesostri statuam tribuisse, quam Cambyses incenderit.
Reliquum corpus sedet, ut ais, quod ipsum attingit. Ab his pes vel vestis
audire & audaces à longe pulsare possit.* Et quotidie insonat oriente Sole, quam-
similem dixeris ictu plectri chordæ in lyra vel cithara: Legimus porrò
Apollonium Thyanæum venisse quandoque in Memnonis templum, de-
que eo ita Damin retulisse. Locum vbi erectum steterit templum, anti-
quo loco similem fuisse; cuiusmodi multa visebantur in vetustissimis ci-
uitatibus, vbi & omnium columnarum extant fragmenta, & parietum
vestigia quædam. At statuam Memnonis adolescentis impuberis imagi-
nem referre; esse autem ex nigro lapide fabricatam, & ad Solis radios
conuersam, vtroque pede solum attingentem, arrectas autem manus sedi
inniti hominis surgere volentis similitudine quâdam, & oculorum, & to-
tius corporis habitum quasi loquentis esse hominis; vbi verò Solis radio
percutitur, quod matutino euenit, tùm vtique suiummam parere admira-
tionem, loqui enim tunc perhibent, vbi primùm ad eius os radius perue-
nerit. Nam splendentes oculi lætique ad Solem expositi sunt, veluti
eorum, qui valde Solis aspectum tolerare possunt, quos Græci ἡλίους vo-
cant, id est, Euhelios. Cuius meminit quoque & Satyricus dum canit:

Memnonis statua magicâ arte, seu Dæmonis ope sonum edebat.

Herodian.

*Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci,
Dimidio magica resonant vbi Memnone chordæ.*

Vidimus habitum & situm Memnonis statuæ, reliquè vt, qui sonum
illum prodigiosum ederet, explicemus. Plerique Authores magicum
opus fuisse existimant; quod & ego puto, tùm antiquitate operis, tùm
statuæ conditione persuasus; si enim artificiosi quid fuisset, & ingenij
industriosa inuentio, certè per millenos fere & centenos annos, quibus
ab origine sua vsque ad Apollonij Thyanæi tempora perstitit, effectum
suum continuare non potuisset. Talisma itaque fuisse, si vera sunt, quæ
Authores paulò antè citati de ea commemorant, siue Dæmonem solitis
coniurationibus intra dictam Statuam compactum, qui dictum effectum
ederet, verisimilius est. Nihilominus, quomodo & idem effectus indu-
striâ naturali confici possit, videamus.

PRA-

PRAGMATIA I.

Statuam conficere Memnoniam, chordæ sonum, ad orientem Solem, edentem.

Statua Memnonis quomodo naturaliter sonum edere possit.

CVm Historiæ dicant, statuam Memnonis oriente Sole cytharæ sono similem edidisse, quomodo id fieri potuerit, hoc loco, ratiocinio Physico-Mathematico ostendendum duxi. Magnam vim rarefactionem in natura rerum obtinere, nemo ignorat. Fiat basis seu Abacus statuæ Memnoniæ proportionatus, sitque A B C D, diaphragmate E F distinctus; sit deinde latus Abaci D F ex subtili metallica tabula, quæ facilè ardorem Solis concipiat, Solis ortui obuersa; fiat præterea in fundo diaphragmatis foramen R, per quod canalis ducatur; intra verò diaphragmatis receptaculum A B E F, rota ordinetur subtilis, tenuis, & facillimè mobilis, axe vtrique receptaculi lateri inserto; Rota hæc axe suo versatilis habeat intra exteriorem circumferentiam tabellas ligneas, seu spatulas quasdam, eidem in orbem insertas, & penneo cuspide instructas. Huius rotæ sic adornatæ circumferentiæ, transuersæ in circuitu tendantur chordæ metallicæ quotquot volueris, ad maiorem harmoniæ varietatem, magnæ & paruæ crassitiei, quæ lateribus alligentur; habebisque machinam ad cytharæ sonum exhibendum accommodatam. Latus enim Abaci D F B, ad orientem Solem conuersum, mox atque ad præsentem Solem incaluerit, aërem intus latentem, ac noctu frigefactum, calore superueniente rarefaciet; qui constringi nescius per canalem R fugam parabit non sine impetu; canalis verò admotus spatulis rotæ in orbem circumuolutis rotam vertet; rota versa, penneis cuspidibus chordas sibi superextensas vehementiùs sollicitans, tandem adstantibus sonum illum lyræ seu cytharæ similem exhibebit, nemine reconditam machinationem concipiente. Si verò chordis seu fidibus rem perficere velis, spatulæ rotæ è latere applicentur, circumferentia verò rotæ latiuscula resinâ optimè perfricetur, ita vt tensæ chordæ rotam leuiter tangant; fietque vt rota versa chordas perfricando sonum edat desideratum.

Si verò statuam Abaco superimpositam & motu & sono animare velis, alius canalis ordinandus erit ex fundo diaphragmatis per medium statuæ occultè traductus, quæ ori habeat vnam ex fistulis, quas anthropoglossas, id est, humanam vocem mentientes vocant, insertam, cum mobilibus oculis: per hunc enim canalem aer summo impetu elapsus fistulam animabit, oculosque in motum sollicitabit, vnde statua & sono & motu vitam apte mentietur. Atque hæc successum suum habere, experientia docuit in simili machina, quam construi curaui; quæ Soli exposita limpidissimam quandam harmoniam edidit, omnesque quos describi motus, neque enim quicquam hoc loco tradere decreui, quod non priùs experimento mihi innotuisset. Machinam tamen Memnonis non hac arte constructam fuisse, sed magicâ, seu Dæmonis inclusi machinamento, inde patet, quod chordæ tanto tempore durare non potuerint. Hinc, vt durent consultiùs forsan fuerit, rotam circumferentiæ subtilibus pennis, vt in clauicymbalis fit, ei insertis adornare; hæ enim circumgyratâ rotâ chordis illisæ sonum diu duraturum cytharæ haud absimilem exhibebunt. Vt tamen sonus inclusus à circumstantibus percipi possit, foramina in superiori, aut laterali receptaculi parte fieri non inutile foret; hoc enim pacto sonus elapsus, limpidiùs se auribus sistet.

Statua Memnonis quomodo sonum & motum exhibeat.

PRAGMATIA II.

Memnonis aues repræsentare motu & sono animatas.

Memnoniæ aues.

ASserunt nonnulli Scriptores, aues Memnonias, sepulchro Memnonis assistentes, humanâ voce locutas esse; alij variant. Cremutius, vt est apud Rhodiginum, aiebat huc venire ex Æthiopia aues, & confligere ad Memnonis sepulchrum, quas ob id Memnonidas vocant, idque quinto quoque anno facere. Ouidius verò ex Memnonis cinere natas asserit.

Rhodiginus.

Præpetibus subitis nomen dedit Author, ab illo
Memnonides dictæ, cum Sol duodenus peregit
Signa, parentali morituræ more, rebellant.

Quarum & Pausanias mentionem facit, illasque in Memnonis chlamyde expressas comparuisse asserit. Quidam eas solo artificioso motu ceciniss̃e, cum volatus attestatione asserunt: quod quomodo factum sit, explicandum duxi.

Pausanias

Maneat Abacus vt in priori Pragmatia. Fiant itaque ex quacunque materia auiculæ, intra quarum rostra fistulæ, quæ sonum volucrum intensas, abscondantur, quibus canalis aëreus per corpus animalium ductus

Memnonides aues cantantes arte exhibere.

ductus connectatur, canalisque fundo diaphragmatis inseratur: fiet-que vt Sole oriente aër rarefactus latiora quærens spacia, summo impetu per canalem lapsus, illidatur fistulæ orificio, vnde sonus auiculæ audietur.



Motus autem rostri, & caudæ, alarumque hoc artificio instituetur. fiat intra diaphragmatis receptaculum alia rota, X O, dentibus suis in circuitu instructa; cui forinsecus manubrium M N adaptetur, è cuius puncto M filum sereum deducatur vsque ad corpus auiculæ, alteri vertebræ Y Z connexæ. Rota itaque O X per canalem æreum circumacta, dentibus manubrium M deprimet; hoc depressum, filum sereum pariter deprimet, & eodem tempore vertebram Y Z, quæ in Y rostrum eius aperiet, in Z caudam vertebræ innitentem extollet; vnde auicula viuere videbitur, motu rostri, caudæ, & sono. Verùm cùm artificium ex ipsa figura luculenter appareat, longior in eodem describendo esse nolui. Patet itaque, quomodo ex sola rarefactione aëris, & summo impetu per canales partim in rotas, partim in corpora animalium deductos, nullo penè negotio & auium sonus, & motus repræsentari possint. Si quis verò exactiorem omnium huiusmodi descriptionem desideret, is adeat Mvsvrgiæ Librum IX, vbi fusè omnia descripsimus; & suo tempore, si Deus vitam dederit, in Mechanica Thaumaturga plenius tradituri sumus.

PRAGMATIA III.

Sphynx Memphitica.

Sphynx Memphitica.

Plinius.

SPectatur hoc simulachrum in hodiernum vsque diem inxta pyramides Memphiticas; quod Plinius l. 35. c. 12. his verbis describit: *Ante has est Sphynx, vel magis miranda, quasi syluestre Numen accolentium; Amesin Regem putant in eo conditum, & volunt inuectam videri. Est autem saxo naturali elaborata, & lubrica; capitis monstri ambitus per frontem 102 pedes colligit; longitudo 143 pedum est, altitudo à ventre ad summum apicem in capite 62.* De hac mira fabulantur Authores; consulentibus responsa dedisse; tametsi complures dicant, dolo Sacerdotum id contigisse; hâc ratione, quæ sequitur. Habebatur per subterraneos cuniculos in ventrem vsque caputque occultus in simulachrum monstri aditus; constituto itaque tempore, Sacerdotes ex capite, quod vellent, proloquebantur; consulentibusque de rebus difficilioribus responsa reddebant; interiori ca-

Sphynx Memphitica quomodo responsa dabat.

uitate eâ industriâ constructa, vt sonus intra eam multiplicatus, dum alium præter os patulum, exitum non inueniret, is per illud summo impetu prolapsus, superstitiosam gentem admiratione & stupore attonitam veluti cœlestis cuiusdam Numinis voce admonitam, mirum in modum in dicti Numinis, vel potiùs Dæmonis cultum sollicitam detineret: Quòd si molem excipias, cùm non tanta, quantam ipsi putabant, ingenij subsit industria, de eo quoque amplius dicere supersedendum duximus. Qui ingeniosam statuæ loquentis fabricam spectare voluerit, is legat, quæ in Mvsvrgiæ IX. Libro copiosè tradidimus, huius argumenti propria.

PRAGMATIA IV.

Echo quæ tonitru aperientibus conclaue aliquod exhibeat.

Tonitru quomodo artificiosè exhibeatur.

AVdiuimus suprà Plinio recitante, nonnulla Labyrinthi Thebaici conclauia ita fuisse constituta, vt simul ac ianua aperiretur conclauis, mox tonitrui instar sonus vehementissimus perciperetur; quod quomodo factum sit, & quo artificio, explicandum duximus. Totum itaque negotium à fornicis dispositione dependebat, quæ cùm esset tortuosa, & varios sinus voci multiplicandæ aptos dispositos haberet; fiebat, vt ad stridorem portæ stridor intra sinuosa parietum volumina multiplicatus, id quod dixi, tonitru exhiberet. Qui Dionysiæ auris in Syracusana vrbe constructæ artificium perceperit, facilè rationem dicti tonitrui concipiet. Habet ea sinuosum aditum in formam cochleæ adaptatum, eo artificio constructum, vt in aditu quispiam screans, aut palium concutiens, vocem tonitrui, aut explosionem tormenti apertè percipiat. Verùm qui occultæ machinationis rationem luculentius descriptam intelligere voluerit, is adeat Mvsvrgiæ nostræ Librum IX. vbi cùm Dionysiæ auris architectonicas rationes, aliorumque locorum in Europa passim occurrentium, Echonicas Mathematico ratiocinio demonstrauimus, facilè quomodo Thebaicæ Echûs fabrica ad tonitru exhibendum constructa fuerit, videbit.

Auris Dionysia Syracusia.

PRAGMATIA V.

Serapis orientis Solis osculo saluatur.

Serapidis statua Solis orientis osculo salutata.

NArrauimus suprà, Serapidis statuam eo artificio positam fuisse in templo eius honori constituto, vt simul ac Sol oriretur, radij eius os faciemque contingerent illius, qui veluti Solare Numen ab omnibus haberetur coleretúrque. Hoc quomodo factum esse potuerit, enodandum existimaui. Erat Serapæum formâ rotundâ, vti omnia Solis delubra, exstructum, & hemisphærico tholo spectabile; in cuius medio statua posita Serapidis, eius magnitudinis, vt vtrinque delubri latera contingeret. Vt itaque totius anni decursu radij Solis orientis, os faciemque con-

Serapidis delubrum.

tingerentes in basi tholi circulari, iuxta amplitudines Solis ortiuas & occiduas, foramina datâ operâ cyclica, feneſtrarum inſtar, conſiderant Aſtronomico ratiocinio, id eſt, iuxta amplitudines ſeu declinationes Solis à puncto æquinoctiali, tam in Auſtrum, quàm in Boream ità diſpoſitas, vt Sol oriens ſemper in viam ex dictis rimis pro amplitudine ortiua vel occidua rectà incideret, & conſequenter oſtatuæ in centro rotundæ fabricæ conſtitutum, neceſſariò & infallibiliter contingeret. Vnde myſterij ignara plebs, in opinionem venit, Serapidem à Sole, cuius animam eſſe rebantur, oſculo ſalutari. Sole verò occidente, nè neceſſarus inſra horizontem inſalutato Numine diſceſſiſſe videretur, oſculo eidem impacto veluti perpetuum domino ſuo tributum pendebat. Verum rem ratiocinio Mathematico demonſtremus. Sit circulus ſiue baſis tholi ſphærica.



BECD, intra cuius centrum A caput Serapidis deſiſſe fingas. Diſponantur in circumferentia baſis foramina rotunda, intra maximas amplitudines ortiuas & occiduas ità diſpoſita, vt Horizontem perfectè referant. Amplitudo verò ortiua ſit comprehenſa inter F C G, quorum F hybernam, C æquinoctialem, G denique æſtiuam, maximam Solis in Horizonte amplitudinem refert. In occidua pari ratione diſpoſita omnia conſentant. Inter dictam verò amplitudinum latitudinem F G ponantur fiſſuræ illæ feneſtrarum inſtar, ita vt inter quodlibet ſignum duæ fiſſuræ intermedient; fierique vt dum Sol exoritur in primo Capricorni puncto, radius per foramen F intrans, neceſſariò faciem Serapidis colluſtret. Idem faciet in puncto C Arietis & Libræ, dum oritur, conſtitutus; idem in G Cancri æſtiuo puncto; idem præſtabit in quolibet alio intermedio puncto; idem in occiduis amplitudinis punctis. Cùm enim baſis tholi Horizontis plano perfectè reſpondeat, & radij Solares rectè ferantur in foramina, quæ Solaribus in Horizonte ſtationibus exactè correſpondent, neceſſariò ſemper centralis ſtatuæ portionem ferient, vti ex figura apparet; atque adeo ſemper ad ortum ſuum, ſtatuæ faciem Sol oſculari videbitur. patet itaque propoſitum.

Quòd ſi quis vellet qualibet dieì hora per totius anni decurſum iſtiuſmodi

modi ſpectaculum exhibere, id haud difficulter foret, ſe hemiſphærium tholi in parallelos Solis præcipuos, ſiue lineas ſignorum, quæ exactè parallelis Solis, quos totius anni decurſu percurrit, correſponderent, diſtribueretur, eo ferè modo, quo in ſuperficie hemiſphærica ad horas indicandas, dictos parallelos ſignorum delineare ſolemus. Hoc enim peracto, ſi ſingulis horarum interuallis in dictis parallelis memoratæ fiſſuræ fiant, dico futurum, vt ſingulis horis, quèis Sol datum quemlibet parallelum percurrit, radius Solis faciem Serapidis perfectè tangat. Ratio patet ex conſtructione: cùm enim in hemicyclo tholi, lineæ tùm horariæ, tùm ſignorum effigiatæ, exactè cœli faciei, per quod Sol toto anno vagatur, correſpondeant, & horaria ſpacia in cœlo, horarijs in tholo ſpacijs congruant; conſequens eſt, vt effectus ad datam horam in illuminatione Serapidis neceſſariò contingat. patet itaque machinamenti Ægyptiaci ratio.

Singulis diei horis ſtatua Memnonis quomodo ſalutari poſſit à Sole.

PRAGMATIA VI.

Statua Delubri apici impoſita ad Solem ſe conuertens.

HAnc machinam referunt Arabes à Rege Nacraus confectam, vti in primo Tomo Syntagmate I. Lector curioſus videre poterit verba Arabica, quorum interpretatio eſt: *Et ædificauit vrbem in Ægypto, cui nomen Salgia, & fecit in ea hortum, cui ex lapidibus varij coloris & obductum auro murum circumduxit, & plantauit in eo varia fructuum genera, quem ſubterlabebatur fluuius, & plantauit in eo arborem omnij fructuum genere feracem, & fecit in eo tabernaculum ex lapide rubro, in cuius apice idolum erat, quod cum Sole conuertebatur &c.* Quomodo autem ſimulachrum hoc cum Sole circumageretur, reſtat explicandum.

Statua cum Sole conuerti poteſt duplicater, ſympathicè & mechanicè.

Duplex modus hoc loco aſſignari poteſt huius machinationis; vel ſympathicus, vel artificialis. Sympathicus fieri poterat, materiâ quapiam ad Solem ſympathiam habente, quemadmodum de Loto Ægyptia ſcribit Theophraſtus; hæc enim eminentioribus ſtatuæ, leuiſſimæ atque exactiſſimè ſupra acuminatum ferrum libratæ, partibus veluti membris inſerta, & à Sole attracta, conuerſionem ſtatuæ cauſabit. Vide quæ de hiſce & ſimilibus pluta in tertio libro Artis Magneticæ de Horologijs Heliotropijs tractauimus. Alter vti parabilior, ita ſolidior, per rotas conuerſionem ſuam peregiſſe verſimile eſt, eo ferè modo, quo hodiernâ die Horologia circumaguntur. Cùm itaque in præcedentibus oſtenderimus, Ægyptios dentatarum machinarum notitiam habuiſſe; nihil faciliùs fuit, quam ſimulachrum exactè priùs libratum, per rotas conuerſione ſuâ motum Solis metientes, & ponderibus alligatis in motum motui Solis correſpondentem animare. Quæ vti nullam difficultatem habent, ita quoque ijs immorari noluimus.

Theophraſtus Lotus Ægyptia.

§ II.

De machinis ad sacrificium spectantibus.

ERat ita Ægyptiorum ingenio comparatum, vt non tantùm aras, templa, statuas, mysticâ & exoticâ quâdam metamorphosi transformatas adornarent, sed & multùm quoque tùm ad reuerentiam, tùm ad admirationem sacris conciliandam conferre rebantur, statuis motum ad pantamorphæ naturæ similitudinem indere, vt homines mysteriorum ignari, saltem ex motu, gestu, & actionibus Deorum, verius Dæmonum voluntatem cognoscerent. Mirum sanè, ad cœca mortalium pectora peruertenda, Sacerdotum inuentum. Machinarum autem variæ species erant. Quædam ad introitum templi, nonnulla in aris repræsentabantur. Quæ quidem tanto ingenio concinnabantur, vt non plebs tantùm diuinum quiddam ijs ineſſe putaret, ſed & quotquot de ijs mentionem fecerunt Authores, arte quadam humano ingenio ſuperiori confectas cenſuerint. Tales pleræque ſunt, quæ in ſpiritalibus ſuis Hero tradit, quas ab Antiquis acceptas ſe in ordinem redegiſſe his verbis teſtatur: *Cùm ſpiritalium tractatio maximo ſtudio digna ab Antiquis tum Philoſophis, tùm Mechanicis exiſtimata ſit, illis quidem ratione eius vim ac facultatem tractantibus, his verò etiam per actionem ipſam ſenſibilem; neceſſarium fore duximus, quæ ab Antiquis tradita ſunt, in ordinem redigere, & quæ non ipſi inuenimus, exponere.* Hero itaque, quæ admiratione digna ab Antiquis tradita, & in opus deducta compererat, poſteritati conſignare voluit; quare ſingulas ordine machinas hoc loco explicandas duximus.

Machinæ Ægyptiorum ad ſacrificia variæ

Hero Alex.

PRAGMATIA I.

In Ara magnæ Matris Deorum multimammeæ, mox ac candela accendebantur, vbera copioſum lac fundebant.

MVlti ex Authoribus hoc præſtigiatorum & Dæmonis arte conſtructum opus fuiſſe putant; ſed nos apertè Sacerdorum doloſum machinationem fuiſſe hoc loco oſtendemus. ita autem proceedebant. Fabrica A B C K L fiebat, columnis ſuis B K, L C, ſuper quas tholus A B C hemiſphæricus concauus imponebatur, inſtructa; intra quam crater G H, ſupra quem idolum F mammis protuberantibus effigiatum ſundabatur. Columnæ B K, C L, brachia habebant mobilia S, T, quæ ſurſum deorſumque moueri poterant, candelabris inſtructa. Claudebatur tholus A B C per trochleam loco A impoſitam. Hoc peracto, arula M N lacte replebatur; intra quam ex tholo Syphon ducebatur X B K I per fundum vaſis K L vſque in ſupremum locum I arulæ N M; ex fundo verò arulæ alius ſyphon N M intra ſtatuam porrectus erat, atque in loco F in canaliculos pro multitudine mammarum diuiſus; eratque machina præparata.

Magnæ Deorum Matris ſpargebat fraude Sacerdotum.

Tem-



Tempore itaque ſacrificij, candelis E, D accenſis, tholi fundus B C caleſactus, latentem intra tholum aërem rarefaciebat; hic rarefactus, dum locum euadendi non reperiebat, trochlea obſtructo tholo, per X B K I abitum parans, dum arulæ interiora iam lactis humore repleta reperit, illum impetu ſuo per canalem N M in vbera ſtatuæ protrudit; hæc largiſſuum humorem foras, non ſine admiratione inſpectantis populi, ſingulari Deorum beneficio conceſſum putantis, intra arulæ craterem G H diſpergunt, durabatque ſolùm ſacrificij tempore. Patet itaque ex dictis propoſitum.

PRAGMATIA II.

Ara Aſpide adornata, in qua igne poſito Iſis & Oſiris vinum & lac fundebant, Aſpis verò ſeu Agathodæmon ſibilando applaudebat.

Hero Alex.

DEſcripſit hoc Hieromyſtarum machinamentum Hero Alexandrinus, hâc propoſitione: Altari accenſo aſſiſtentia animalia ſacrificabant, Draco verò ſibilabat. Bitho ait, Sai huiuſmodi artificium fuiſſe exhibitum in templo Minervæ, his verbis: Ἐν τῇ Σαΐδι τῇ βαρεῖ. ἐν ᾧ τὸ μὲν θυλακοειδὲς διώνυσος καὶ Ἄρτεμις ἀλλαὶ τε αἱ σὺν ἔτι τοιαῦτα, τὸ δὲ ἀσπὶς ἱερὸς μυστικὸς ὀνομάζεται. *In Sai enim Aliare, in quo accenſo igne Dionyſius ac Diana lac & vinum fundebant, Draco verò accipitriformis ſibilum edebat.* Quomodo igitur hoc contigerit, explicabo. Abaco A B concauo ſuperimponebatur arula C D pariter concaua, cui præminebat Aſpis illa celeberrima, quam Ἀγαθοδαίμονα vocabant. His poſitis, canalem ſeu ſyphonem D E per arulæ interiora traducebant in inferius Abaci receptaculum, è quo tres alij ſyphones egrediebantur. Prior F Y Draconi deputabatur, reliqui duo G M & N X per ſacrificantium corpora traducebantur. His duobus ſyphonibus in M & X connectebantur duo vaſa, in quorum vno lac, in altero vinum infundebatur per operculum, quod ita poſtea obſtrui debebat, ne aëri abeundi locus daretur vllus: è fundo verò dictorum vaſculorum in H & S,

duo

duo alij ſyphones ducebantur ſuperiùs inflexi, HO & SV, qui in ipſius arulæ craterem deſinebant; & machinam habebant myſterioſis actioni-

bus exhibendis paratam. Tempore enim ſacrificij, ſimul ac ignis accendebatur in arula C D, aër intra arulam rarefactus, maiorem locum quærebat, fugæ ſibi conſulebat per ſyphonem D E, & hinc primò per Draconis ſyphonem F Y delatus, ibidem per appropriatam fiſtulam, in quam deſinebat, Draconem ſibilare faciebat; per binos verò laterales ſyphones G M & N X delatus intra vaſcula O H & S V, ibique premens humorem, hic lacteum, illic vinum, per ſyphones trudebat in craterem arulæ; vnde Dionyſius & Diana lac & vinum fundere videbantur, Dracone veluti actionibus eorum ſibilis applaudente. Quæ res cùm à plebe adſtante non perciperetur, neque occultæ machinationis ratio cognoſceretur; mirum non eſt, eam Deorum beneficio id contigiſſe exiſtimaſſe. Cùm enim Oſiris ſiue Dionyſius vitis & lactis inuentor fuerit habitus, Iſis verò Niloticæ aquæ Genius, Aſpis verò ἀγαθοδαίμων Solaris, cauſa omnium dictorum, vt alibi expoſuimus, ſacrificia verò ad beneficia omnibus communia impetranda, Deoſque placandos fierent; ea iam accenſo ſacrificij igne, impetrata, tùm lactis, vinique ſeu aquæ fuſione, tùm ſibilo Draconis, Dij ipſo facto demonſtrare videbantur, parci itaque propoſitum.

PRA-

PRAGMATIA III.

Sacelli conſtructio, quâ igne ſuccenſo valuæ aperiebantur, & extincto rurſus claudebantur.

PRoponit hoc machinamentum Hero c. 37. eratque adornatum, ad Deorum aduentum tempore ſacrificij ſignificandum. Sic itaque res ſe habebat. Supra Abacum intus concauum A B C F ponebatur ara Hero Alex.



E D, è cuius regione porta conſtituebatur valuis ſuis inſtructa. Innitebantur autem valuulæ binis ſcytalis ſeu cylindris αβγδ, inferiùs acuminato ferro intra matrices verſatilibus, & intra concauum Abaci A B C F ita abſconditis, vt nihil eorum, quibus valuæ aperiebantur, compareret. Intra hoc concauum præterea ponebatur aliud vas G K, è quo ducebatur ſyphon G F in aram ſuprapoſitam E D; & alius ſyphon ex eiuſdem vaſis G K fundo K L M, qui deſinebat intra ſitulam X N. Situla verò anſa ſuâ alligabatur ſune duplici, quorum vterque ſcytalis complicabatur; ſcytalæ verò alio duplicato ſune inferiùs complicatæ ſuper rotulam V deducebantur, cui in fine pondus adnectebatur; & machinam habebant paratam. Tempore itaque ſacrificij, igne ſuprà aram E D accenſo, aër intra concauum aræ rarefactus deſcendebat intra vas G K, vltra dimidium, per foramen P, aquâ priùs repletum; foramen poſtea ita claudebatur, vt aër ibidem diffluere alicubi. Aër itaque dilatatus, liquorem in vaſe G K preſſum, per canalem K L M protrudebat in ſitulam N X: ſitula aquâ prægrauata, dum paulatim ſubſidendo chordam trahit, chorda tracta ſcytalas vertit; verſis ſcytalis, valuæ quibus ſcytalarum extrémi axes con-

connectebantur, aperiuntur; situlæ verò humore repletæ, aqua per syphonem tortum V situlæ coagmentatum, paulatim sese intra vas subditum deonerat, ac proinde leuior situla reddita, sursum in locum vasle remeârat, pergit; pondus verò sursùm, qui scytalas complicabat, deorsum contrà vergens scytalas vertebat, quarum versatione portæ claudebantur, alicoquè sacrificium, omnium adstantium stupore, mysteriosa quædam operatione peragebatur. Nonnulli volunt, porta aperta, varia Deorum monstra & choreas saltantium comparuisse; quod quomodo factum sit, difficile non est cognitu; quod & libenter hoc loco adnotarem, nisi id susissimè in suo de Automatis Opere Hero præstitisset; quare Lector eum consulat, vbi & habebit, quomodo ignis seipso accenderetur, statuæ in Orbem actæ vinum aliosque liquores funderent, Triton tubâ caneret, similiaque ibi vbertim descripta.

PRAGMATIA IV.

Rotæ versatiles aquam lustrationi necessariam fundunt.

DIcit Clemens Alexandrinus l. 6. Strom. in sacris Ægyptiorum rotas quasdam fuisse, quæ dum verterentur, aquam abundè & lustrationi necessariam fuderint: quorum mystica ratio, cùm in Obelisco Pamphilio sat superque descripta sit, hic in illa explicanda morari noluimus. Verba tantùm Heronis adducam, qui cap. 31. Pneumaticorum inter cætera, huiusmodi artificium proponit ab Antiquis vsurpatum. *In sacris*, inquit, *Ægyptiorum ad porticus rotæ æreæ versatiles fiebant, vt qui ingrederentur, ipsas conuerterent, propterea quòd ex purgare viderentur; sunt autem eæ vasa, ad insperssionem, vt ingredientes aspergantur.* ita autem construi possunt. Fiat



Rotæ versatilis constructio ad aquæ lustralem fundendam.

post porticum, siue intra parietem porticus, vas amplum A B, & aliud inferiùs H L, diaphragmate H B discriminatum; habeat autem vas A B in fundo

fundo C canalem ductum in vas H L, inferiùs in Dæneæ matrici coagmentatum; per matricem verò alius canalis traducatur E M F in modum axis, qui in F & M ranquam polis insertus versatilis sit: habeat autem hic canalis foramen in G, quod orificio canalis C D intra matricem exactè respondeat, canalis in E quoque rotam mysticam N S habeat insertam, in cuius centro orificium canalis desinat in caput Leoninum. Hoc peracto, si rota seu canalis H S per manubria vertatur, axis E M F eidem insertus, & intra matricem D circumactus, mox vbi foramen foramini canalieuli C D congruerit, aqua vasis A B per canaliculum C D intra canalem E M F, se insinuans, magno impetu per E, & os Leonis foras erumpet. Si verò foramen axis foramini matricis non congruerit, aqua quoque non fundetur, cùm crassitie axis exteriori, foramen matricis exactè obstruatur. Totum itaque artificium in hoc collocabatur, vt axis E M F concauo matricis quàm exactissimè insertus, facilè tamen intra illud versaretur; & nihil aliud erat, quàm epistomium quoddam, quo hodiernâ die vtimur quàm familiarissimè, in omnibus serè dolijs, canalibusque fontium tùm claudendis, tùm aperiendis. Quâ ratione itaque versâ rotâ, aqua Nilotica dispergeretur, ex hoc artificio patet. Innuebant autem per rotam supernas Intelligentias, quas Iyngas vocabant, supremi Numinis ministras, cuius influxu Mophta humidæ naturæ Præsesaquam suppeditabat sacram, tùm rebus omnibus producendis, tùm lustrationibus cum primis necessariam.

PRAGMATIA V.

Ara Deorum imagines tripudiantes exhibens.

REfert Hero in Automatis, Ægyptios subinde integras fabulas aut historias repræsentasse in aris; quod artificium proponit quoque c. 71. suorum pneumaticorum his verbis: *Si in ara aliqua accendebatur ignis, animalia*, id est, *figurata imagines choreas agere videbantur*. Quomodo itaque dictum machinamentum constructum fuerit, dicere aggredimur. Rotæ versatilis Deorum tripudia exhibens.

In Heronis exemplari machina ita constructa fuit, vt impossibile sit, eum effectum sortiri potuisse; quare eam paulò aliter exhibendam duximus. Ara erat C D in formam tympani extructa; in cuius superiori loco alia quæpiam arula A B construebatur, sacrificijs & igni accendendo apta. His positis, syphon I E ex fundo arulæ A B ducebatur in fundum tympani C D, & deinde alius syphon ex vase C D ducebatur in vas inferius X Y. Syphon hic signatur literis Q R Y coagmentatus in vtroque fundo R & Y vasorum C D, & X Y, qui & in Y incurvabatur. Fiebat præterea è leuiori materia rota, M F G H, in centro suo supra acutissimum stylum posita, vel leuissimo motu versatilis, in qua

exponebantur Deorum imagines in varias figuras animalium transformatæ; motus verò illis hâc industriâ indebatur. Tempore sacrorum peragendorum constituto, igne in arula A B accenso, aër intra aeulam rarefactus, ac maiorem locum quærens descendebat per syphonem I E, & hinc per syphonem Q R Y foras erumpebat, qui mox dentes, qui in M F G H rotæ exteriori circumferentia dispositi erant, impellens, retam Deorum imaginibus adoroatam, vnà versabat, quæ undulato motu Deorum ob collata sacrificia veluti tripudiantium choreas eminùs spectantibus exhibere videbatur. Horum maximè Menem Regem (Chomnisco Architecto) delectatum ferunt. Erant autem systemata huiusmodi eâ artis industriâ concinnata, vt in obscuris adytis ad lucernarum lumen, Numinum motus propè viuum exprimerent. Callidum sanè inuentum sive Sacerdotum, siue Cacodæmoniæ ad stolidam & imperitam plebem in idololatricæ seruitutis insania, quâ eorum in modum laborabant, detinendam. Ita vt ad Deastrorum cultum, nihil validius, nihil efficaciùs excogitari potuerit.



§. III.

De Clepsydris, seu horologijs Aegyptiorum.

Horologia Ægyptiorum hydro-pneumatica.

AEgyptij, vti ad electiones suas ritè instituendas multùm interesse putabant, exactam temporis horarumque obseruationem; ita præ cæteris quoque Nationibus insignem eos horographicæ doctrinæ notitiam habuisse, eique vnicè incubuisse, tot & tam diuersa horologia, quibus vtebantur, satis declarant: imò eadem Hero integro libro se descripsisse in pneumaticis refert; sed hic vetustate temporum periit. Quantum tamen ex Pappi, & ipsiusmet Heronis verbis colligere licuit, fuerunt pleraque hydropneumaticâ arte instituta, vti ex paulò post adducendis technasmatis luculentiùs patebit. Notandum itaque, triplex Ægyptios in-

Hero. Pappus.

in vsu fuisse horologium, Artificiale, Naturale, Mixtum. Artificiale diuidebatur in Sciatherieum & Hydraulicum. Naturale conficiebatur ex rebus occultum motionis ad Solem instinctum habentibus. Mixtum ex vtroque comparabatur. Et de Sciatherico quidem suprà in Astronomia Ægyptia copiosè tractatum est; restat vt de reliquis hoc loco disseramus.

Horologium triplex Ægyptijs vsitatum

PRAGMATIA I.

Cynocephalus Aegyptius ex veretillo aquas fundens, horas in subiecto vase demonstrat.

Hora apollo.

INdicat huius Horologij machinamentum Horapollo his verbis: *Rursus aquinoctia significantes idem animal (Cynocephalum sedentem pingunt; duobus enim annis aquinoctijs, duodecies in die, per singulas nimirum horas vrinam reddit; idemque noctu facit. quare non immeritò suu hydrologijs Ægyptij Cynocephalum sedentem insculpunt, è cuius membro (scil. veretro) aqua defluat; idque propterea, quòd duodecim, vt iam dixi, in quas Æquinoctij tempore dies & noctes ex æquo diuiduntur, horas significet. Cæterùm nè fomnen illud acutè artificioseque constructum, per quod in horologium aqua profluit ex excernitur, aut latius fit, aut rursum arctius* (vtrumque enim magni refert, siquidem latius cùm magna celeritate aquam profundat, non rectè horæ modum ac dimensionem perficit; angustius autem paulatim ac lentiùs quàm par sit, aquæ ductum laxat) *remedium hoc excogitarunt, vt quicquid pilorum est ad caudam vsq; abnidentes, pro huius cusstitudine ferream quandam fistulam in vsum iam dictum fabricentur. Hoc autem ipsis vsum est non sine ratione aliqua, sicuti nec in cæteris, facere; & quod etiam solus ex omnibus animalibus in æquinoctio duodecies in die per singulas horas adlatrat.* Modum hydrologij hieroglyphici ab Horo recitatum audiuimus; nostrum porrò erit, qua illud industriâ constructum fuerit, hoc loco ostendere. Primò itaque ex ære faciebant Cynocephalum sedentem, intus concauũ, cuiusmodi hodie in Regio Musæo Montis Pinciani, à Francisco Gualdo Equite Arminensi, ostenditur. Hunc ponebant supra Abacum A B tetrastylon, siue quatuor columnis innixum, intra quem ponebatur vitreus cylindrus C D, cuius basis claudebatur, in superiori parte apertus. Intrà hunc vitreum cylindrum diabetes E F ordinabatur, cuius interior canalis I K basi cylindri perfectè coagmentatus, in vas suppositum G H desinebat. In cylindri vitrei, vel etiam in ipsius diabetis circumferentia horæ duodecim intra totidem circulos describebantur, vt figura sequens docet. Hoc peracto, per orificium M Cynocephalus aquâ Niloticâ, cuius symbolum erat, replebatur; quæ per veretillum Cynocephali in cylindrum vitreum deplebatur. Et quoniam veretilli canalis eâ industriâ erat constructus, vt per illud aqua spacio duodecim horarum exactè depleretur (quod ad Sciathericum exactè factum explorabant) ideo diabetes quoque E F, vnà cum cylindro vitreo,

Cynocephalus hydrologicus.

eâ proportione dispositi erant, vt spacio 12 horarum & cylindrus impleretur, & diabetes deplerentur, vt iam dicemus. Aqua enim ex veretillo Cynocephali intra cylindrum vitreum G D lapsa, sicuti paulatim intra diabetem F E insinuans, spacio duodecim horarum crescebat vsque ad E, & illine per orificium canaliculi I lapsa in vas G H, per orificium K sese alijs duodecim horis deonerabat; fiebatque vt cylindri vitrei duodecim circulis aqua primùm crescendo duodecim horas diurnas intra cylindri latera demonstraret; & intra eadem, aqua per diabetem sese exonerans decrescendo horas nocturnas monstraret. Die verò naturali elapso, Cynocephalo ad horologij continuationem noua aqua affundebatur, exempta priùs quâ vasis G H per canalem L. Atque hæc erat ratio hydrologij Ægyptiaci ab Horo descripta. Notandum tamen, spatia horaria cylindri esse inæqualia, & aliam diuisionem faciendam pro horis diurnis, aliam pro nocturnis. Aquâ enim per syphonem I K se exonerante, spacia horaria necessariò maiora erunt, proportionaliter decrescendo vsque ad D. Contrarium fit in aquâ intra diabetem ascendente. Nota quoque canalem I K non cuiuscunque amplitudinis esse debere, sed ita proportionatæ, vt spacium I K inter lineas horarias, duodecim horarum fluxum exactè adæquat. Cynocephali figuram iuxta consuetudinem Veterum expressam, cuius æneam figura hodie reperitur in Musæo Regio Montis Pinciani, Francisci Gualdi Equitis Sancti Stephani, vt suprà diximus, vide in Obelisco Pamphilio.



PRAGMATIA II.

Hydrologium horas diurnas & nocturnas monstrans.

ERat Ægyptijs, teste Herone, Horologium, quod cum exoriente Sole continuò aquam fundebat; quæ intra vitrea vasa crescendo vel decrescendo, tùm diurnas, tùm nocturnas horas demonstrabat. Sic autem fiebat. Supra Abacum tetrastylon F G, plumbea, ærea, vel vitrea sphæra, subtili folio elaborata, horologij magnitudini proportionata ponebatur, quam vltra medietatem aqua replebant: habebat autem intus syphonem reflexum E D, cuius extremum D intra sphæram apertum, alterum fundo sphæræ coagmentatum, intra tetrastylon desinebat; intra quod vitreus cylindrus ponebatur duodecim circulis, vt in præcedentibus diximus, horarijs distinctus. Intra hunc cylindrum diabetes ordinabatur H I eiusdem cum syphone reflexo, qui intra sphæram collocabatur, capacitatis & longitudinis; hic diabetes fundo vitrei cylindri exactè coagmentatus desinebat orificio suo K in vas M L, cui superponebatur. Totum itaque hoc hydrologicum Systema oportuno loco expositum, sphæra vltra medietatem, vt dixi, aquâ repleta, & per trochleam

Horologium hydraulicum, ex gregoriano



A priùs exactè, ne aër diffilare posset, concluſa, mox ab radijs solaribus percutiebatur, aërem in superiori sphæræ regione stabulantem rarefaciebat; hic rarefactus premebat aquam; aqua pressa cùm locum euadendi non haberet nisi per syphonem reflexum, in eum per osculum D intrans, se exonerabat in cylindrum vitreum, ibique horatim ascendendo tùm extra, tùm intra diabetem H I eâ proportione, quâ ex syphone reflexo, id est, duodecim horarum spacio dilabebatur; vbi verò ad duodecimæ horæ circulum peruenerat, ibi eodem temporis puncto intrabat canalem S K, seque eâdem proportione per orificium K exonerabat in vas M L, id est, horas nocturnas ordine intra circulos descriptas, demonstrabat. Et sic singulis diebus oportebat sphæram denuo ad dictum terminum apertâ trochleâ A replere, ad nouam horarum demonstrationem. Atque

S K,

Horologium hoc. & præcedens solùm horas æquales monstrabat.

hoc hydrologium ingeniosum quidem erat, & horis Astronomicis ostendendis accommodatissimum, sed, sicut & præcedens, non nisi diebus æquinoctialibus, cùm dies artificialis nocti æqualis esset, horas perfectè demonstrabat: cùm enim antiquum horologium sequerentur Ægyptij, in quo singuli dies in duodecim quidem horas, vti & noctes, diuidebantur, ideoque dies & noctes tantò longiores breuioresque erant, quantò tropicis viciniores; stabilem & constantem mensuram in aquæ lapsu vt haberent, fieri non poterat. Quomodo itaque horologium construi possit, vt dictæ dierum ac noctium horæ per totius anni decursum constanti lege ostenderentur, explicare aggredimur.

PRAGMATIA III.

Hydrologium antiquum Aegyptiacum, quod horas inæquales demonstret.

Horologium horarum inæqualium.

MAchina constituatur loco opportuno, vbi perpetuæ aquæ suppeditatio existat; sitque caput Leoninum, siue Momphra A, quod intra receptaculum B C, aquam effundat; & nè exuberet dictum vas, per canalem T V exoneretur. habeat autem vas B C intùs syphonem reflexum D, per quem aqua se exoneret in vas vitreum, quod ponetur intra tetrastylon G G H I, cuius columnis insistit receptaculum B C. tetrastylon hoc insistat alteri receptaculo H I K L, intra quod per diabetem E F, aqua intra cylindrum vitreum ex syphone D vasis B C dilapsa se exoneret. Atque hæc est fabrica machinæ; sequitur horarum inæqualium in cylindro vitreo delineandarum modus. Vt itaque totius anni decursu, aqua intra vitreum cylindrū inæquales horas exactè demonstret, sic procede. Accipe priùs chartam altitudini cylindri vitrei E F æqualem; intra hanc separatim lineas horarias hoc pacto depinges. Vide loci in quo hydrologium constituendum est, maximam & minimam diei longitudinem; quæ Memphi erat quatuordecim, & decem horarum. Deinde describatur parallelogrammum A B C D, cuius latera A C, B D singula in 24 partes æquales diuidenda sunt. Latus verò frontis A B in sex æquales partes diuidas per septem lineas, quæ parallelæ descendant in basin C D; quibus singulis characteres signorum, vti in figura sequenti apparet, inscribantur. Hoc peracto, in latere A C, inferiùs incipiendo, numerentur decem spatia, & in latere B D quatuordecim; & per terminos ducatur linea recta E F. hoc posito, spatium E C, vti & F D, diuidatur in duodecim æquales partes, & per horas correspondentes ducantur lineæ rectæ.



Eædem ratione spacia E A, & B F partieris; quod fiet, si spacia horarum F D traducas in E A, & spacia horarum C E in lineam F B: ductisque lineis rectis, habebis hydrologij lineas, ad horas monstrandas, paratas. Totum hoc parallelogrammum depinges supra vitrei cylindri superficiem, & habebis totum negotium confectum. Aqua enim exonerante se per syphonem D reflexum in cylindrum vitreum, eâ ratione, vt aqua spacio 24 horarum cylindrum præcisè impleat vsque ad A B; fiet necessario, vt aqua in latere A C, dum percurrit ex C in E, quantitatem diei minimi decem horarum per duodecim horarum spacia, in quæ diuisa est pars C E, metiatur; in V verò duodecim horas æquinoctij, in F denique quantitatem diei maximi quatuordecim horarum per duodecim spatia, in quæ diuisa est pars D F, exactè demonstret; & sic in reliquis lineis signorum consequenter fieri iudicabis. Post E F verò incipiet aqua paulatim crescens monstrare horas nocturnas. Vbi verò aquæ ad vltimam lineam peruenerit, incipiet ingredi diabetem E F, atque per eum, eâdem proportione motus, quo intra vitreum cylindrum creuerat, sese euacuabit in vas suppositum H I K L; hâc tamen cautione, vt aqua, quæ horas Sole in Capricorno existente demonstrauerat in spacio C E crescendo, easdem in spacio B F decrescendo demonstret; pari pacto, aqua, quæ Sole in Cancro existente, horas demonstrauerat in spacio F D crescendo, easdem decrescendo demonstret in A E spacio, vti numeri adscripti luculenter monstrant. Eadem est ratio de reliquis signorum lineis; ita vt semper aquâ decrescente linea opposita illius lineæ, per quam creuerat, accipienda sit, vti characteres signorum in basi monstrant. Est itaque hoc hydrologium perpetuum, ob perpetuò fluentis aquæ per os leoninum fluxum. Totum itaque artificium consistit in syphonis reflexi & diabetis constructione, quorum vterque ad eam tenuitatem subtilitatemque reduci debet, vt aqua receptaculi B C, per syphonem D, spacio 24 horarum cylindrum G I præcisè impleat, & eòdem prorsùs tempore eadem per diabetem E F in vas H I K L se depleat; quod quidem haberi non potest, nisi per obseruationem ad dicti temporis spacium: deinde vasorum proportionis summa cura tenen-



Horologium hoc perpetuum est.

nenda est. Verùm cùm perpetuò fluente aquâ, semper quoque cylindrus plenus foret; hinc os leonis habeat epistomium, vt quando aquâ cylindrus vitreus fuerit plenus, claudatur, donec tota aqua spacio viginti quatuor horarum se depleuerit; & deinde pro nona horarum demonstratione postero die reseratur; atque adeo semper alternis diebus naturalibus claudatur atque reseratur epistomium. Procuraumus autem perpetuò fluentem aquam hac de causâ, quia quamdiu receptaculum BC plenum fuerit aquâ; aqua consequenter cum æquali prorsus impetu per syphonem lapsa, æquale intra vitreum cylindrum incrementum causabit; quod non fieret, si aqua in vase BC, paulatim deficeret, vti fusè in Mechanica nostra hydrostatica demonstrabimus.

Vsus Horologij.

SI horam cognoscere velis, quære primò lineam signi, in quo Sol currente tempore existit, & vide vbi dictam lineam aqua vasis intersecet; linea enim horaria, quam ibidem tangit, est hora inæqualis quæsita. Et aquâ quidem crescente intra vas vitreum, accipe signa in fronte AB notata; eâdem verò decrescente accipienda sunt signa in basi GD descripta, prout in præcedentibus tradidimus. Hydrologium itaque quod horas inæquales totius anni decursu demonstrat, construximus. Atque hæc sunt quæ de Mechanica Ægyptia indicanda duxi. Qui plura de mirabilibus Ægypti nosse desiderat, is Arabum historias legat, potissimum verò Schiangia celebrem Authorem; Salamas Kandati, in Opere quod *Hortum mirabilium Mundi* nominat; Ioseph Ben Altiphasi, aliosque innumeros passim in præcedentibus allegatos; quorum de Ægyptiacis portentis narrationem hoc loco libenter adducerem, nisi id in primo Tomo Oedipi præstitissem. Accedit, quòd cùm pleraque Dæmonum ope & magicâ arte constructa tradantur mirabilium rerum technasmata, consultò ea omittenda existimauerimus.

CLASSIS IX. IATRICA, SIVE MEDICINA HIEROGLYPHICA.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

IOANNI PHILIPPO,

Sacræ Moguntinæ Sedis Archiepiscopo, ac S. R. I. per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, nec non Herbipolensi Episcopo, & Franciæ Orientalis Duci,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

QVANTVS sit, Eminentissime S.R.I. Princeps Elector, *Virtutum* Tuarum *splendor & magnificentia, non est quod scriptis meis memorem; nouit id Orbis, testabuntur Historici, quibus iam dudum thema dictare cœpisti, quo quanto consilio, prudentiâ, & authoritate in Augusto Imperij theatro* Te *gesseris, quanta rerum ingentis momenta tractandarum dexteritate volueris, posteritati innotescet. Et tametsi incumbentium* Tibi *huiusmodi negotiorum onere sanè Ætnâ grauiore perpetuò premaris; nulla tamen tanta* Tibi *accidere possunt, quæ* Te *ab eruditorum Virorum, quos amas, foues, consuetudine, reconditiorumq; artium capessendarum desiderio auellant. Quin si quandoque liberiorem à negotijs otium nactus fueris, de abditis rerum naturalium causis, de medicis herbarum, lapidum, animaliumq; viribus tam scitè disceptas, tam singula profundè euoluis, tam subtili ratiocinio cuncta penetras, vt Virorum longo vsu & experientiâ in iis facultatibus exercitatorum industriam multis parasangis superare videaris. Vt proinde hisce compulsus, cui in hoc Cæsareo Oedipi Opere de veterum Ægyptiorum medicina argumentum libentius inscriberem, præter* Te, *digniorem censuerim neminem. In quo, nisi mè communis philautia fallit, forsan haud ingrata, sed apposita ad ingenium* Tuum *pascua reperies, quibus mens* Tua *publicis negotijs fessa, in peramœna quædam herbarum plantarumq; viridaria, veluti in dulces quosdam, vt cum Thucydide loquar, τῶν λόγων παραδείσους introducta relaxetur, instauretur que. Quæ quidem si* Celsitudini Tuæ Electorali *non displicuisse cognoro, animum addes, vt hâc* Tuâ *benignitate & clementiâ stimulatus alios & alias glorioso Nomini* Tuo *reseruatos, in lucem propediem educam ingenij partus. Vale* S. R. I. Princeps Elector, *& quem hactenus humanitate & beneuolentiâ fouisti, porrò fouere non desistas.*

CLASSIS IX.

Iatrica, siue Medicina hieroglyphica.

PRAEFATIO.

Medendi triplex modus apud Ægyptios, Physicus, Eucheticus, Amuletarius.

VM magnæ hieroglyphicarum inscriptionum portio Medicinæ Ægyptiacæ arcanis referta sit, de eius origine, inuentione, & applicatione hoc loco opportune disserendum existimaui: vt quibus illa potissimum constet, innotescat. Erat autem Ægyptijs triplex medicinæ institutum in vsu. Primum erat Physicum seu Oeconomicum, quo per vegetabilium aliorumque remediorum omnibus communia humani corporis infirmitates depellebantur. Secundum dicebatur Εὐχητικὸν Eucheticum siue precatorium, quo per preces hymnosque Deorum morbos quoslibet fugare se posse credebant. Tertium erat περιαπτικὸν siue Amuletarium seu characteristicum, siue sideretum aut astrale, quo per figuras Deorum singulis morbis præstitutorum variis hieroglyphicorum symbolis adornatas, perque adiunctam adiurationem, Deastris æteretis hominem pristinæ sanitati, à quacunque infirmitate tandem detineretur, restitui sibi persuadebant. De quibus singulis ordine tractandum duximus, hoc vnicum intendentes, vt priuatum artium dogmata, quæ in hac vsque tempora, Dæmone seminatore, radices suas propagarunt, extirpentur; atque ita, quod vnicum institutum nostrum est, hieroglyphicæ doctrinæ arcana, per veridicam interpretationem, aperiantur.

CAPVT I.

De Origine, inuentione, & conditione, Medicinæ Veterum Ægyptiorum.

Adami medendi artem à Deo instructus, eam posteris suis tradidit.

PROTOPLASTVS Adam, vti infusa sibi rerum omnium scientia diuinitus instructus fuisse legitur; ita insignem quoque medicarum facultatum lapidibus, plantis, animalibus insitarum notitiam habuisse certissimum est. Cùm enim post lapsum eius humani generis massa corrupta, innumerorum malorum infirmitatumque tyrannidi subijceretur; hæc scientia ad hominum salutem parandam prorsùs necessaria videbatur, ne homo omni diuino humanoque auxilio destitutus, Dei misericordiam, quæ finem non habet, ceu oppidò rigidam incusare posset. Sapienti igitur Dei consilio factum est, vt Adamus scientiam rerum naturalium sibi communicatarum Posteris suis traderet, nè homo tot malis pressus, veluti desperatione in transuersum actus, omnem resurgendi spem abijceret. Hinc Abenezra pulchrè sanè ostendit, Deum Adamum post impositionem nominum singulis animalibus peractam per vniuersas paradisi semitas duxisse, singularum plan-

plantarum, arborum, fructuum, lapidum naturas inspiciendas dedisse, & qua quodlibet virtute ad cuiuslibet morbi depulsionem instructum esset, docuisse. Hinc factum, vt Adamus non sibi minus, quàm filiorum saluti consulendum duxerit, dum scientiam à Deo Magistro sibi communicatam filijs suis continuâ successione tradidit: quæ est Cabalæ naturalis pars, quam Noë à prædecessoribus acceptam filijs tradidit, vt in reliquam posteritatem transfuderunt. Sed audiamus verba Abenezræ hoc loco:

R. Abenezra.

והובא אדם בכל נתיבות הפרדס לראות כל עצים ואילנות ועשבים ואבנים ולמרו זהה כל מה שיהם לרפואות כל מכאובות וחלים:

Et ductus Adam per omnes paradisi semitas, vidit omne lignum, arbores, plantas, & lapides, & docuit eum Dominus omnem naturam eorum ad sanandum omnem dolorem & infirmitatem.

Medicinam di artem Ægyptios docuit Cham, & deinde Trismegistus. Clem. Alex. Libri Trismegisti ad medicinam spectantes.

Porrò Cham inter cæteros Noëmi filios cutiosior, traditam sibi scientiam primus Ægypto inuexit, quam Mercurius Trismegistus omnibus denique numeris perfecit. Namvt recte Clemens Alexandr. l. 6. Stromatum refert, scripsit Mercurius 42 libros valde necessarios; ex quibus 36 continent omnem Ægyptiorum Philosophiam; reliqui autem sex, qui à pallium gestantibus, quos παστοφόρους vocant, discuntur, pertinent ad medicinam, nempe de constructione corporis, de morbis, instrumentis, & medicamentis. Qui quidem libri non nisi ab ijs, qui Sacerdotalis ordinis erant, legebantur; vnde & hieroglyphicis varijs obuelati, morbo quidem oppressis applicati ad salutem ità conferebant, vt ratio tamen eorum ipsam plebem lateret, vt in sequentibus dicturi sumus. Quis autem modus fuerit Medicinæ Ægyptiacæ, ipse Hermes in suo Asclepio testatur his verbis: *Quoniam ergò prauti nostri mentium erubant, contra rationem Deorum incredibi, & non animaduertentes ad veritatem religionemque diuinam, inuenerunt artem, quâ Deos afficerent, cui inuentæ adiunxerunt virtutem de Mundi natura componentem, eamque miscentes, & quoniam animas facere non poterant, euocantes animas Dæmonum, vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus suis, diuinisque mysterijs, per quas sola idola & benefaciendi & malefaciendi vires habere potuissent. Auus tuus, ô Asclepi, Medicinæ primus inuentor, cui templum consecratum est in monte Lybiæ, circa lacus Crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est corpus; reliquus enim, vel potius totus, si est homo totus in sensu vita melior, remeauit in cælum, omnia etiam nunc adiumenta hominibus præstans, tibi nulo Nuntiæ suæ, quæ ante fuerant Medicinæ artis præbere.* Hermes, cuius nomen mihi autem est, sibi cognomen patrium consilium, omnes mortales vndique venientes adiuuat, atque conseruat. Et paulò post: *Constat ô Asclepi de herbis, lapidibus, & de aromatibus vim diuinitatis naturalem in se habentibus; & propter hanc causam sacrificijs frequentibus obseruatur Natura, hymnis quoque & laudibus, dulcissimisque sonis in modum cœlestis harmoniæ concinentibus, vt illud quod est cœlestis vsu & frequentatione illectum in idola, possit letum humanitas patiens longa durare per tempora, sic Deorum author & bonus. Et ni putes fortuitos effectus esse terrenorum Deorum, ô Asclepi, Dæmones habitant*

Trismegistus. Medendi modus Ægyptiorum ex Trismegisto & Proclo.

tant summa cœlestia, Vnusquisque per ordinem, quem accepit, complent atque custodient. Hi verò nostri sigillatim quædam curantes, quædam prævidentes, quædam sortibus & divinatione prædicentes, his pro modo subeuenientes humanis, quasi amicâ cognatione auxiliantur. Quæ congrua sanè sunt ijs, quæ Proclus in hanc rem affert: *Etenim intellectus ex se tanquam Deus occurrit, & animarum antiquissima intellectualis existit, ideoque Dæmonum quoque supremum genus, utpote Dijs proximum, vniforme est atque diuinum. Secundi verò post hos sunt Dæmones intellectuales proprietate iam prædicti, ascensionibus & descensionibus præsidentes, atque omnino Deorum effectionem declarantes omnibus, atque traditores. Tertij verò sunt Dæmones, qui animarum diuinarum affectiones attribuunt in sequentia, complentque vinculum suscipientium inde defluxus ad illas. Quarti vniuersalium naturarum vires efficaces in generabilia transmittunt, particularibusque naturis inserant vitam, ordinemque, & rationes, & vniuersam mortalium effecturam. Quinti corporei quodammodo sunt, corporumque extrema desinunt. Quo enim pacto corpora sempiterna conueniunt cum caducis? Quomodo efficientia cum effectibus, nisi eiusmodi media colligante? Natura enim eiusmodi media bonis corporeis dominatur, omnibusque copijs naturalibus præuidet. Plerique verò ex eorum numero versantur circa materiam, vtpote à cœlesti materia desuper in materiam descendentis contingant, atque contexant eamque subinde custodiant, & varietatem picturamque formarum in hac ipsa conseruant.* Idola itaque singulis Numinibus, qui morbis diuersis præsidebant, extruebant, quibus materiam ex natura Mundi congruam, videlicet ex lapidibus, herbis, ligniſque Deos secundùm intentam analogiam respicientibus addebant; accedebat deinde laudum, hymnorum, sonorumque congrua harmonia, quibus illecta Numina ad sanitatem concedendam, vt falsò putabant, sollicitabantur; quorum nonnulla singulatim membrorum curam suscipiebant, vt pariter credebant, quædam sortibus & divinatione alliciebantur, quædam per somnum medicamenta morbis adhibenda præmoostrabant; alia denique in animalia transformata, medicamentorum adhibendorum rationem docebant, vti Mercurius sub Ibidis forma clisteris vsum, Typhon sub Hippopotami figura, venæ sectionem; de quibus omnibus in sequentibus fusiùs & exactiùs tractabitur.

Proclus.

Ægyptij idola singulis morbis præsidentia iacebant.

CAPVT II.

De Characterismis rerum medicinalium, quibus per figilla, characteresque singulis rebus impressos, in abditas rerum virtutes deueniebant Ægyptij.

TAmetsi in Cabala hanc materiam tractauerimus cap. 9. S. III. Quia tamen ibidem mentem tantùm Cabalistarum innuimus, hic veluti proprio loco eadem pertractare visum est. Ab quo itaque rem ordiamur.

Ægyptij mortalium in obseruanda naturæ maiestate studiosissimi, nimè

nimè tradita sibi à prædecessoribus scientia contenti, nihil non agebant, vt intimas rerum naturas penetrarent. Hinc lapillorum, plantarum, herbarumque singulas proprietates examinaturi, non Indicarum, non Assyriarum, non Europæarū plantarum, sed quæ patrio solo natæ & educatæ fuissent, proprietates scrutabantur; magnam in climatum dispositione vim ponentes. Cùm enim idem à benignæ naturæ liberalitate temperamentum, quo ipsi constabant, sortitæ essent, præter eas, alias non curabant, imò eas veluti degeneris indolis aspernabantur. Habebant illi quidem traditione, multa de characteribus à natura singulis impressis, sed ad artis applicationem non omnibus tam facilis aditus erat; industria igitur & continuo exercitio, experientiâque docti, tandem in id, quod desiderabant, continuâ, vt dixi, mentis indagine deueniebant. Modum itaque, nonnullis suppositis explicemus.

Ægyptij virtutes plantarum, in proprietatibus earum scrutabantur.

Notandum primò, Ægyptios totos in mundialium rerum catenis, quæ is quadruplex Mundus, Archetypus, Angelicus, Sidereus, & Elementaris arctè connectebantur, indefatigandis occupatos fuisse, totumque eorum studium in eo positum fuisse videtur, vt elementalia singula, quibus stellis, quibus Genijs Præsidibus subessent, cognoscerent. Quæ omnia calculo suo conformia luculentis verbis recenset Elluchasen in libro de ritibus Ægyptiorum.

Ægyptij rerū mundialium catenas scrutabantur.

Elluchasen.

والفلسفة مصر كما وجدت في دفاترهم كان متحثين في الرمز العلسلة التي
بها يترابط الارضيا عالم مع السمي يعني كان يستقصيين العرو الدنيا الملكة التي بها
يتصل الدنيا لبروج ويسمع كواكب وهذا مع الدنيا الاربع طبايع وكل ما يخضع
تحتهم من المعدن ومن احجار ومن نبات ومن حيوانات ومن خواص وجميع نعالهم
وكان يعرفون درعلى ويتجرده لان كلهم يتحللون باشكالهم بمثل اشكل الدنيا عالى
وتحتي وهكذا فعلوا معجزات عظيمه في حكمة الورا *

Id est, *Philosophi Ægypti, quemadmodum in historijs eorum inueni, summo studio inquisiuerunt catenam illam magnam, quâ Mundus superior inferiori colligatur, id est, explorare conati sunt vinculum, quo Mundus Angelicus iungitur Mundo Sidereo, id est, duodecim signis Zodiaci, & septem planetis, & quomodo hic Mundus Mundo elementari connectatur, & ex omnibus quæ eidem subiecta sunt rebus, ex mineralibus, lapidibus, herbis, plantis, animalibus, proprietatibus & omnibus operationibus eorum, cognouerunt tandem longo vsu & experientiâ, & per longum ratiocinium, omnes formas & similitudines inferiorum iungi formis & similitudinibus superiorum, & hoc pacto mirabilia magna operati sunt in vsu Medicinæ.* Sed singula paulò vberiùs explicemus.

Catenæ sympathicæ apud Ægyptios quæ.

Catenæ sympathicæ dicebantur ab Ægyptijs, certæ quædam series rerum naturalium, ex incomprehensibili supremi Numinis seu diuinitatis centro, per concatenatas intermediorum Mundorum substantias, in vltimum vltimi Mundi terminum continuatæ; quarum quidem series pro diuersitate graduum naturæ inferioris erant diuisæ, atque Dei Optimi Maximi occulto consilio ita ordinatæ, vt singulæ res sub vna catena comprehensæ, sympathicâ quadam amicitiâ, & fatali necessitate se mutuò respicerent; ac proindè beatum illum prædicabant, qui rerum naturalium

ordi-

Catena sympathiæ exēplum.

ordinem sub vna catena comprehensum inuenisset. Hisce enim in vnum compositis, mirandos sibi effectus in Medicina spondebant. Sed rem exemplo curioso Lectori exhibeo. Supremum Numinum Numen, omnia quæ in Vniuerso spectantur, in vna simplicique essentia complicans, singulos rerum naturalium gradus explicabat, vt ipsi putabant, in Mundum Genialem nouendecim Intelligentiarum præsidiarijs cœtibus instructum, quorum duodecim, signis duodecim Zodiaci præerant, septem, totidem planetarum globis. Atque hi in Mundum Elementarem totidem centium gradibus distinctum influebant, singuli in singulos rerum gradus sibi analogos; demum in microcosmum hominem, cuius corpus in totidem membra distribuebant, secundum quandam, quam ad illa habebant sympathiam, influebant, ita vt membrum herbam sibi propriam, membrum & herba proprium sibi sidus & signum; membrum, herba, sidus & signum proprium sibi Angelum haberent; omnia denique supremo Numini, in quo complicantur omnia, subijcerentur. Supremo itaque Numine per præuiam dispositionem, ad membri alicuius male dispositi sanitatem impetrandam, sollicitato, mox diuinæ voluntatis nutum in eam Mundi Angelici Intelligentiam, quæ dicto membro præsidebat, explicari credebant; Angelus diuino nutu perculsus, mox sideris membro analogi vim influxiuam concitabat; sidus subditam sibi plantam, lapillum, vel animal astræo suo radio percutiebat; hoc percussum, & virtute sympathica imbutum, membrum tandem, seu morbum eidem inditum, per mutuum quendam harmonicumque omnium ordinum correspondium, perfectæ sanitati restituebat. Audi Iamblichum in mysterijs. *Mundus*, inquit, *est vnum animatum, in quo partes, quamuis loco distantes, tamen propter naturam vnum inuicem ad se ferunt. Atque vis ipsa conciliatrix Mundi, & causa communis omnium mixtionis, trahit quidem partes ad se inuicem suapte naturam; potest tamen eiusmodi tractus & appetitus arte quadam præter ordinem augeri. Vis quidem ipsa concilians infusa cunctis bona est, & causa vbique implctionis, communionis, harmoniæ, amoris mutui, vnionisque mirabilis, quæ sunt fiunt que imperio continentis: in partibus autem propter earum distantiam ab inuicem & a totis, atque ob naturam debilem & egenam, compassione mutuum congressum conficit. Vnde acrior appetitus plurimis est ingenitus. Ars itaque deprehendens hanc vim coagulipassim in natura dispersam, contrahit eam vndique, colligitque simul, deriuatque in vnum: atque ita appetitum necessariæ vnionis naturaliter moderatum, reddit suis machinis effrenatum, dum & materiam admouet genituræ præcipue conferentem, & vires vndique naturales inter se differentes commiscet in vnum, quarum commixtione pro arbitrio regit & conficit congressus ad genituram. Proinde cum sint in herbis atque lapidibus vires & dissolutiuæ & tutsum congregatiuæ sintque multo maiores in rebus naturisque maioribus; potest vtique ad coitum nixus intendi eiusmodi rebus adhibitis, atque ab his ipsis sine artis opera amor accendi, tractusque fieri.* Vide quæ Proclus in libello de Magia & Sacrificio, vbi prope ijsdem verbis allegata inuenies. Quomodo verò in cognitionem virtutum medicarum, quæ singulis rebus naturæ inseuerat, peruenerint, suprà ex citati Elluehsen ver-

Iamblichus.

Proclus.

verbis patet, videlicet ex similitudine plantarum & rerum ad humani corporis membra. Quæ vti fusius explicari debent, ita peculiare quoq; caput merentur.

CAPVT III.

De modo & ratione, qua Ægyptij in notitiam virium rerum peruenerint, id est, quomodo Ægyptij per Characteres, & similitudines rebus impressas, vires vniuscuiusque rei naturalis cognorint.

Tribus modis Veteres rerum naturalium vires explorabant.

CErtum est ex Cabala Primæuorum Mundi Patriarcharum, eos hanc artem traditione didicisse, quam postea longo vsu & experientia summo studio promouerunt. Virtutes itaque rerum inuestigaturi, triplicem methodum vsurpabant: quarum prior erat, per qualitates manifestas rebus ipsis insitas; Secunda per signa seu Characteres singulis rebus à sagaci natura rebus impressos; Tertia erat per similitudines rerum ad res; de quibus singulis ordine tractabitur.

§. I.

De cognoscendis herbarum viribus per qualitates elementares, qui est primus modus Ægyptijs visitatus.

Ægyptij solis indigenas herbas vrbanasque in medendis morbis.

SCiendum est, Ægyptios nullis herbis, præterquàm quas patrium solum illis suppeditabat (exteris & peregrinis veluti degeneris naturæ repudiatis) vsos esse; solæ enim Ægyptiacæ plantæ veluti Geniorum immortalium donum, indigenis concessum, in pretio & æstimatione habebantur, quod & in animalibus, lapidibusque vsu venit; siquidem nullum præterquàm Ægyptium animal aut diuinis honoribus prosecuti, aut hieroglyphicorum catalogo, præter illud quòd patrij soli benignitate productum ibidem adoleuisset, dignati sunt; cuius rei causam alibi vbertiùs discutimus. Nullum etiam lapidem ad Obeliscum, cæterarumque sacrarum imaginum fabricam, præterquàm Niloticæ telluris alumnum, assumpsisse, in Obelisco Pamphilio fusè probatum est. Idem igitur de plantis statuendum ducebant; has summo studio inquirebant, has anatomiæ more, in radices, flores, fructus, folia, vti heterogeneæ naturæ, ita diuersi quoque in medicina vsus, resoluebant. Virtutes autem singulis plantis inhærentes quinque sensuum ministerio addiscebant. Visus ex colore albo, flauo, rubro, puniceo, flammeo, purpureo, viridi, cæruleo, pallido, cinereo, nigro seu atro, qui omnes diuersas temperamentorum in plantis abditorum rationes aperiebant, cognoscere studebat. Auditus, ex sono, quo percutiebantur, acuto, graui, tinnulo, obtuso, aspero, leni,

Virtutes herbarum discebant Ægyptij ministerio quinque sensuum.

leni, compaginatæ stirpis temperamentum discebat. Gustus ex sapore earum, aceri, acerbo, acido, amaro, dulci, salso, pingui, austero, de plantarum viribus iudicabat. Odoratus quoque de odore earum, molesto, grato, inamœno, obtuso, suaui, stiptico, pungitiuo latentes qualitates aperiebat. Tactus denique ex leuitate, asperitate, mollitie, duritie, scabrositate, & hirsutie, virtutes latentes capiebat. Atque ex hisce manifestis sensui qualitatibus de caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate iudicabant. Siquidem ex colore albo, & pallido, humidi temperamenti imbecillitatis indicium sumebant; flauus caloris index erat; rubeus & croceus immodicæ siccitatis humiditatisq; signa præbebant; contrà viridis & porracei coloris herbæ, excessiuæ humiditatis symbola statuebant. Iterum sapor acer vehementis caliditatis signum latere monstrabat; acerbus frigidæ, siccæ, & terrestris indolis notam ijs manifestabat; acidus humidioris quàm frigidioris indolis signum erat, sit enim, cùm austero plus humidi misceatur; ex amaritudine ariditatis & caliditatis, siccitatis scilicet terrestris in herbis latentis signum, in vnctuoso aëream vim, in insipido denique frigidæ & humidæ qualitatis excessum notabant. Odor denique bonus bonas, fœtens malas & excrementitiæ humiditatis qualitates discooperiebat. Quæ omnia confirmantur ab Abensina l. 2. Can. c. 3. Abensina.

Præterea tactus per crassitiem terrestrium partium, humidarum, atque frigore congelitarum abundantiam reperiebat; per tenuitatem partium ignearum, aërearumque: & sicuti ijs durities siccitatis terrestris, ita mollities humiditatis comes esse perhibebatur, cui congruit grauitas & leuitas. Præter dicta, qualitates rerum ex dispositione seu mutabilitate, eiusque recipiendi modo facili vel difficili cognoscebant. Ita res velocioris congelationis, frigida; velocioris inflammationis, calida censebatur. Ab ætate quoque iuniora, humidiora fore, vetusta sicciora dicebant. A loco etiam paluestres plantas humidas & frigidas, fluuiatiles & marinas frigido-siccas; quæ verò sterili solo, aut in montibus, aut arenosis locis natales suos habent, calido-siccas reputabant. Ab operationibus denique illud calidum dicebant, quod subtile redderet, resolueret, absergeret, aperiret, molliret, maturaret, concoqueret, incideret, attraheret, rubefaceret, adureret. Frigidum, quod repelleret, incrassaret, crudum faceret. Siccum, quod constringeret, exprimeret. Humidum, quod inflammaret, ablueret, lubricaret, læuigaret. Atque hæc fuit prima ratio, quâ Ægyptij in abditarum qualitatum in herbis latentium notitiam peruenerunt. Alij modi quibus Ægyptij in virtutum herbarū notitiam veniebant.

§ II.

De qualitatum specificarum in herbis, cæterisque rebus latentium, inuestigandarum per characteres singulis impressos methodo & ratione Ægyptijs vsitata.

CVm in Arte Magnetica, vti & in Cabala naturali, de huiusmodi rerum signaturis fusè egerimus, hic eadem repetere noluimus, sed tantùm, quânam ratione Ægyptij per occulta similitudinum sigilla singulis rebus impressa in virtutum rerum naturalium notitiam peruenerint, recensebimus. Est enim hæc scientia non, vt multi putant, a recentioribus inuenta, sed ex Orientalium monumentis denuo resuscitata, vt pulchrè Cornelius Agrippa docet, eidemque subscribit Quercetanus libro de prisca Medicina; estque Cabalæ pars, à Sapientibus Ægypti vel posteris oretenus tradita, vel hieroglyphicis inuoluta sui ordinis, hominibus proposita. Consistebat autem in abdita quadam membrorum humani corporis ad diuersos herbarum characterismos, quibus dicta membra repræsentabant, analogia. Sed rem exemplis ostendamus. Ægyptij itaque capitis morbis mederi volentes, herbam quærebant, cuius fructus, aut calyx humani capitis figuram repræsentaret, & hoc dicebant, appropriatum esse capitis medicamentum; cuiusmodi erat Pœoniæ flos calyci adhuc incluſus, quo maximè ad epilepsiæ morbum vtebantur, variè præparato. In horum censu papauer quoque, iuglans, nux mystica, radix scyllæ, agaricum, lilium conuallium, similiaque, reputabantur. Quæ quidem, non crudè, sed variè correcta & præparata in vsum medicamentorum adhibebant. Hoc pacto, cùm in euphrasiæ, calthæ, hieracij, scabiosæ floribus, nescio quid ocularis rudimenti reperirent, ea oculis conferre ritè præparata similiter sibi persuadebant. Quæ dentes referrent, vt hioscyamus, acini mali punici, pini nuclei, dentaria, radix chelidoniæ minoris, ea dentium doloribus mederi credebant. Sic asari folia & cochleæ, folia mentastri aquatici, quorum hæc nasum referunt, illa aures, occulta sympathia dictis membris conferre volebant. Pari pacto ad gutturis morbos, pyrola vularia, ceruicaria, cassia fistularis: ad pulmones, pulmonaria saxosa & maculosa, aut quæ in quercubus sua incunabula habet: ad cor, citri fructus, anthoræ radix, fructus anacardi, persæa: ad iecinoris mala, lichen, fungus betulinus, quercus, hepatica: ad lienem, scolopendrion, lingua cerui, asplenium, cetaraeh: ad ventriculum, folia cyclaminis, zyngiber, galangæ: ad intestina, conuoluolus, calamus aromaticus, cassia fistula, caprefoli vitis: ad vesicam alcakengi, staphylodendrum, vesicaria, solanum: ad pudenda, arum, fabæ: ad genitalia, omnes orchides, & satyriorum genera: ad vterum, aristolochia rotunda, cuius & folia & radix vterum exhibent: ad renes, portulaca, radix cyclaminis: ad articulos hermodactylus: ad manus, palma Christi, palmago &c. conferebant. Verum omnium hucusque recensitorum Synopsin, figuris suis expressam in sequenti schemate contemplare. Si quis verò scire desideret, quam hæ herbæ Ægyptiacum Nomenclaturam sortiantur, quamque virtutem ad Deorum catenas trahendas obtineant, is adeat III. Tomi Caput 8, vbi omnia fusè tradita reperiet, vt proinde superfluum sit hoc loco de ijs fusius agere.

Ratio discendi rerum naturalium virtutes per figulis similitudinum impressa, quàm sit antiqua, & in quo consistat. Cornelius Agrippa. Quercetanus.

Plantæ capitis similitudinē habentes medentur capiti.

Oculorum oculis.

Dentium dentibus.

Aurium auribus. Reliquorum reliqui.

Typus nonnullarum Herbarum.



Pari

Pari pacto eos herbarum succos, qui succos siue humores humani corporis coloro referebant, in illius humoris peccantis purgationem adhibebant. Hinc croci plantarum succi, vti ciminij croci, aloes, senæ, absynthij, colocynthidis, ricini, reubarbari, quæ bilem flauam referebant, eandem & curare perhibebantur. Bili atræ purgandæ, omnes illæ herbæ, quæ floribus, foliis, vel succo nigre sount, aut purpurascunt, cæruleique coloris sunt, vti fabæ, smilax, blitum, borrago, conferunt. Pituitam plantæ albifloræ, cucurbita, fungi candidi, lactuca, agaricum, quia pituitosum humorem humore referunt, euacuant. Sanguinem verò rubri coloris, & succi plantæ, siue is in floribus, siue caule aut succo eniteat, vti santalum rubrum, filicis radix, atriplicis & betæ rubræ caulis, perhibentur purificare. Mistos verò humores, nisi coloris plantæ, vt iris, curare credunt. Lacti & spermati denique, lactucæ, fonchus, bettizar, & tithimallus, & omnes lactiferarum herbarum species. Quos quidem succos non crudos, sed summa arte præparatos conditosque in vsum medicum adhibebant.

Humoribus humani corporis medentur illi herbæ, quæ succi, eorum similitudinem referunt.

Non hic cessabant Ægyptij, sed vlterius ratiocinantes, morborum figuras & characterismos omni studio rimabantur. factumque est vt continuo vsu & experientia deprehenderent, quòd, quæcunque morbum quendam repræsentare viderentur, ad illum morbum, morbosumque habitum curandum conferrent. Sic prorsus calculo laborantibus, ea conferre experiebantur, quæ calculos & lapides mentiebantur: sic oculos pisciu calculosq; in animalium corporibus inuentos, in herbis milium Solis, aliisque petrosis locis stabulantes, appropriatum calculis in vesica & renibus latentibus conterendis medium asserebant. Sic vulnera, id est, perforationes corporis sanare credebant herbas natura perforatas, vt hypericon; sic maculosam ex impetrigine pellem sanabant herbæ maculosæ; squamas squamosæ, plantas & animalia tumentia tumentibus membris prodesse dicebant. Pari pacto ex virulentis animalibus, vt serpentibus, scorpionibus, aranets, rubetis, medicinam trahebant, quæ qualecunque venenum siue potu, siue morsu hausium destruebat. Sic steriles herbæ homini sterilitatem, vt lactuca, salix, sabina, vibex, salix. Contrà silaces & fœcundæ fœcunditatem adferre censebantur, vti satyrium, passer, scincus. Plantæ verò longæuæ perpetuòque virentes vigorem homini conciliare dicebantur. Herbæ & animalia voracia concoquendi facultatem hominibus, vti Lupus & Lucius, præbere putabantur. Hoc pacto animalia ingenio & docilitate instructa ad intelligentiam, & memoriam facere; animalia tristia, tristes; somniculosa somniculosos; vigilantia vigiles; ferocia feroces; iracunda iracundos reddere sibi persuadebant. Sic contra inimicos conflicturi animalium in choleram prius actorum calidum, sanguinem potantes, ferocissimi reddebantur; & sic de alijs. Nec sine ratione: vti enim magno subtilique ingenio erant, rerumque analogias aptè & concinnè rebus applicare norant; ita rationes quoque & causas singularum perscrutabantur. Nouerant enim vnamquamque rem se mouere & conuertere ad suum simile. Operaturi itaque ad aliquam pro-

Quæ morbo alterum representant, illi medentur

Herbarum & animalium in medendo vsus.

prietatem vel virtutem, eas res & animalia quærebant, quibus talis proprietas vel actio excellentiùs inerat. Vocabant autem actionem, modum quendam nascendi, florendi, generandi, crescendi, pubescendi, fructificandi, concoquendi, patiendique, quo singulæ res, iusto sibi velati pondere quodam & naturali appetitus stimulo se invicem prosequuntur, horrent, & alliciunt. Configuratio verò, seu characterismus est similitudo figuraturæ seu characterismi in vno & altero existentis; effectus liquidem similis præsupponit interni agentis seu causæ in vtroque similitudinem, idque tanto euidentius, quanto illa signatura fuerit euidentior. Sic Alexipharmaca coniecturantur, quæ cornu cerui mentiuntur, serpentesque repræsentant &c. idque ex hoc fundamento, quòd id, quod cornu cerui figuram gerit, à simili principio interno sit productum, à quo idem illud cornu. Similitudo itaque principij vitium similitudinem coniecturare facit. Penetrarunt hoc naturæ arcanum peroptime Ægyptij Philosophi, qui membrum malè affectum, simili membro ex animalibus assumpto, atque in cibum dato, curabant. Sic hepatici hepatibus caprarum, columbarum, cæterarumque animalium hepaticam naturam redolentium curabantur. Phthisici pulmonibus animalium pulmonarijs herbis prius aliquanto tempore pastorum, herbis quoque pulmonem respicientibus decoctis ac præparatis medebantur. Cordiacis, rebus cordiacis, cordibusque animalium naturam cordis referentium, iubuenichant. Capitis infirmitatibus cerebris suum appropriatarant. Et sic de singulis alijs curam diuersorum membrorum instituebant. Et ne Medici tantarum rerum mole distraherentur, lege cautum erat, ne vnus Medicus totius humani corporis infirmitates curandas susciperet, sed singuli singulorum membrorum, veluti onere distributo in partes, curæ incumbebant. Hinc Medici Ophtalmici, solis morbis oculorum sanandis media inquirebant apta. Cephalici, capitis morbos explorabant, iisque remedia apta quærebant. Sicuti Cordiaci Medici cordis; Splenetici splenis; Hepatici heparis; Stomachici stomacho; Pectorales pectori; Pulmonares pulmoni medebantur. Sic fiebat, vt felicissimè in destinata cura progrederentur. Quæ quidem methodus à primis sæculis vsque in hodiernum diem propagata in Ægypto adhuc durat, vt Prosper Alpinus in libro de Medicina Ægyptiorum narrat.

Animalium membra medentur affectis hominum membris.

Prosper Alpinus.

§ III.

De Philosophia astrea seu siderea, qua Philosophi & Medici Ægyptij in morborum cura vtebantur.

FVit hæc Medicina tota hieroglyphica, & solis nota Sacerdotibus Hieromanthis, quam & supra citatus Elluchasen Arabs in suo de Ægyptiorum moribus aureo sanè libello simplè describit. Constabat autem in cæterarum mundialium, quas suprà explicauimus, dispositione Dogma-

Dogma siquidem erat, non Hebræorum tantùm, sed & potissimùm Ægyptiorum, nullum esse humani corporis membrum, quod non haberet propriam herbam, plantam, lapidem suæ saluris vindicem, ac proinde amicam, sympathicam, & quæ naturali quadam inclinatione ad dicti membri, si quando deficeret, conseruationem concurreret. Iterum nullam esse in inferiori sublunaris Mundi Oeconomia speciem, ex herbis, plantis, lapidibus, animalibus quæ non suum haberet sidus sibi proprium, cuius influxu suas perficeret naturæ dotium virtumque functiones; neque vllum sidus, quod non suum sibi haberet appropriatum Genium, cuius præsidio fulciretur, cuiusque iussu influxuum suorum munera speciei suæ tutelæ commissa communicaret; Genijs in illo Physicæ diuinitatis centro, à quo omnia prosiliunt, quiescentibus, & ad suprem Numinis, vnicusque rei sufficientia ad sui conseruationem media prædentis voluntatem exequendam paratis. Quod quidem dogma tanquam cœleste arcanum tanto apud Sacerdotes pretio habebatur, vt non immeritò illud hieroglyphicis symbolis, vt postea demonstrabitur, occultandum censuerint. Verùm ne quicquam confinxisse videamur, apponam hoc loco authoritatem Abenrahmon filij Senis excellentis Elmorgum, Philosophi Arabis, qui propositâ hoc loco à nobis doctrinam fusè tradit in Opere quod denominat تعليم الكيميا doctrinam Sapientum Ægypti. Sic autem loquitur:

Philosophia astrea Ægyptiorum constabat in cæterarum Mundialium dispositione.

Dogma Ægyptiorum de superiorum cum inferioribus concretia.

Abenrahmon.

يعنى لكيميا مصر ان يعتبروا باستعمال الادويه من كل انواع الطبع صفا ومن كل ضربه البيوتات كلهم الذين لهم المثل والضعه مع السبع كواكب السياره كقولك كلهم الذين لهم السر الى الشمس ومن قبلها وما لها من الايام من الارض المعدنيه وحجرها وحيوانها البرى والبحرى ومن نباتها واستنزالها وحوانها ومن جميع فعالها كلهم باستعمال البرنا القلب الذى هو كما شمس اجر العالم صغير وهذا كانوا يعملون بكل انواع الام وامراض الراس والكبد والمعده والرده وغيره

Proprium fuit Ægyptijs, in vsum Medicinarum ex omnibus naturæ speciebus, & ex omnibus gradibus entium eas res seligere, quæ aliquam similitudinem & proprietatem cum septem planetis obtinerent; exempli gratia, omnes species quæ similitudinem aliquam ad Solem haberent, seligebant ex mineralibus, metallis, lapidibus, animalibus tam fluuiatilibus, quàm maritimis, ex plantis & herbis, & ex ijs quæ influxum earum concernunt, proprietatibus, ex omnibus denique operationibus verum Solarium in vsum Medicinæ cordis, quia cor est quasi Sol quidam minoris Mundi, adaptabant. Et hoc pacto operabantur in omni infirmitatum genere, v. g. capitis, pectoris, stomachi, pulmonis, & cæterorum membrorum curis. Deinde pergit ad particularia, ex omnibus recensitis rebus seligere, & morbis Solaribus Solaria, Lunaria Lunaribus, Saturnina Saturninis, Martialibus Martia, Venerea Venereis, Iouia Iouijs, Mercurialibus Mercurialia adaptare, Medicinarum vim, compositionem, & vim ostendere. Quæ eum nos in præcedentibus ostenderimus, supernaceum esse ratus sum ea hoc loco repetere. Cùm itaque membra singula humani corporis alicui ex planetis & signis Zodiaci subijciat, & ex singulis naturæ gradibus, entium-

tiumque Mundanorum Clasibus eas res, quæ tali & tali planetæ ac signo similitudine congruunt, accommodet, tale ponit pronunciatum.

كل واحدة من الانواع المعدنيات والنبات وسائر ذات الروح لهم القول وصفة مع الكواكب مدكورين وهو استعمال الدول ينفع بهن وجها الذين لهم امثل مع النجم الذين بكرفام

Vnaquæque specierum ex animalibus, plantis, metallis, aliquam similitudinem obtinet ad planetas memoratos, & ipsa in vsu Medicinæ conferunt membris, quibus similitudo est cum stellis, quas memoravimus.

Marsilius Ficinus.

Quæ omnia Marsilius Ficinus ex Antiquorum traditione confirmat his verbis. Adhibitis autem, quæ ad stellam talem pertinent, stellæ Dæmonisque huius proprium subit influxum, velut lignum per sulphur paratum ad flammam, vbique præsentem. Atque hanc non modò per ipsas stellæ Dæmonisque radios, sed etiam per ipsam Mundi animam vbique præsentem, in qua & cuiuslibet stellæ Dæmonisque ratio viget, partim quidem seminalis ad generandum, partim etiam exemplaris ad cognoscendum. Hæc enim secundùm Platonicos antiquiores rationibus suis ædificauit vbra stellas in Cælo figuras pastoque ipsarum tales, vt ipsa quoque figuræ quædam sint, impressaque his omnibus proprietates. In stellis autem figuris, partibus, proprietatibus, omnes rerum inferiorum species continentur, & proprietates earum. Vniuersales verò figuras cælo posuit atque quadraginta, scilicet in Zodiaco duodecim, extra verò sex atq; triginta. Item in Zodiaco triginta, seu ad numerum sacrum. Rursus iisdem trecentos atq; sexaginta ad numerum graduum. Inquouis enim gradu sunt stellæ plures, ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter imagines extra Zodiacum in plures diuisis figuras pro sacrorum ibidem graduumque suorum numero. Constituit denique ab imaginibus hîs vniuersalibus ad vniuersales imagines habitudines, & proportiones quasdam, quæ ipsæ quoque imagines illic existunt. Eiusdem verò figuræ continuitatem quæque suam habent ex radijs stellarum suarum in se inuicem peculiari quâdam proprietate connectis, a quibus formis ordinatissimis dependent inferiorum formæ, illinc videlicet ordinatæ. Sed & Cælestes illæ tanquam & inter se disiunctæ, procedunt à rationibus animæ coniunctis inuicem, & quodammodo mutabiles à stabilibus. Sed hæ quatenus se ipsas non comprehendunt, referuntur ad formas in mente, vel animali, vel eminentiore se se comprehendentes, quæ tanquam multiplices rediguntur ad simplicissimum vnum atque bonum, sicut figuræ Cælestes ad polum.

Figura cælestes ab Antiqua posita.

Quemadmodum verò non singulæ species rerum in terra ijsdem Genijs subdebantur, sed pro ratione Nationum, quibus præsidebant, diuersis; ita Ægyptiarum species rerum peculiares sibi Ægypti proprios Genios sortiri putabantur, erant enim dominia Geniorum, vt ipsi traduntdiuersa, vti & diuersæ iurisdictiones. Hinc plantas alienigenas tanquam sub aliena iurisdictione degentes, in vsum siue medicum, siue mysticorum Sacrorum, nunquam assumendas esse iudicabant, vti suprà insinuatum est; imò singulis præfecturis singulas species sub appropriatis Genijs distributas habebant, vt docet Iamblichus in suo de mysterijs Ægyptiorum libello, his verbis. Hæc igitur Sacrorum sapientia contemplata, atque ita secundùm congruentiam competentia vnicuique Deorum susceptacula dili-

Ægypti proprios Genios colebant in singulis Præfecturis.

Iamblichus.

diligenter inueniens, sæpe componit ex vnis lapides, herbas, animalia, aromata, alaque similia, sacra, & perfecta, & Deiformia, atque subindè ab his omnibus susceptaculum purum integrumque fabricat. Neque enim fas est omnem materiam detestari, sed solum quæ à Dijs fuerit aliena. Propriam verò ad illos decet eligere, vtpote quæ consentire possit, atque conferre ad Deorum ædificia, statarum fundamenta, sacrificiorum opera. Neque enim alter terrenis locis & hominibus hic habitantibus possessio portione vlla ex diuinis contingere potest, nisi tale quoddam prius iactum fuerit fundamentum. Arcanis sermonibus credendum est, testatibus ex Deis per beata spectacula quandam traditam fuisse materiam. Hæc igitur illis ipsis tradentibus est cognata. Talis ergo materiæ sacrificium Deos excitat, vt se demonstrent, atque ad comprehensionem eos protinus aduocat, & præsentes capit, & perfecte demonstrat. Eadem aliquis percipere potest etiam ab ipsi quæ secundum loca distributio diuinitus est effecta, atque ab ipsa præfectura, quæ per res singulas est diuisa, quæcunque secundùm diuersos ordines, superiores, siue inferiores, possim sortes eiusmodi nacta fuit. Conflat enim Deis locorum quorundam rectoribus, sacrificium ex eisdem rebus, quæ nascuntur ibidem, fore admodum consentaneum, & gubernatoribus gubernata, & quæ ad ea pertinent plicitura. Effectoribus & gnita semper sunt opera sua potissimùm, & qui primò aliqua procreant, talia rursus habent in primis accepta. Siue igitur animalia quædam, siue plantæ, siue alia quæ visa superis dispensantur simul, & præfectarum sub eis nacta sunt, & communionem nobis conciliant cum superis indiuiduam. Horum ergo nonnulla quatenus consentiantur atque tenentur, augent tenentium ad Deos familiarem proprietatem, quotcunque videlicet ex eo quod integra manent, vim communionis inter homines Deosque conseruant. Talia sunt quædam apud Ægyptios animalia, & vbique sacer borus; quædam verò mactata combustaque familiaritatem efficiunt clariorem, quotcunque videlicet resolutionem in primorum elementorum principium efficiunt cognatiorem causis superorum, atque pro ritu sacratiorem. Vbique enim quò magis proprietas familiaritasque perficitur, eo perfectiora bona ad nos inde descendunt. Neque sunt hæc hominum duntaxat inuenta, nec humanis moribus auctoritatem nacta sunt, sed Deus ipse ritè inter sacra vocatus Author est eiusmodi legum, circa quem Dij Angelique permulti versantur, sub quo per quaslibet in terra gentes, Numen aliquod sortitum est Præfecturam communemque Prouinciam. Proprium quoque inde tributum est templo vnicuique Numen. Item sacrorum quæ operamur ad Deos, Deus aliquis spectator est atque gubernator; quæ ad Angelos, Angelus; quæ ad Dæmones, Dæmon; atque in alijs eodem pacto secundum proprium genus perfectus cognatam sortitus est Præfecturam. Ptametsi in Astrologia Ægyptiorum catenas herbarum cum planetis, duodecim signis Zodiaci, vti & Decanis eorum, vnà cum Genijs præsidibus per fusas tabulas exhibuerimus, hîc tamen veluti ex professo, easdem iusiùs specialiusque exhibere visum est, nè quicquam in Opere hoc, Medicis nostris proficuum omisisse videremur. Dictorum autem & dicendorum figuram hîc appono, ex qua mens luce meridianâ clariùs eluescet.

Ty-

Typus Sympathicus Microcosmi cum Megacosmo.



Characterismi plantarum ad duodecim signorum Characterismos, & humani corporis membra comparati, tuxta methodum tum Hebræorum, tum modernorum & Medicorum: quorum bi omnia ab Hebræis, illi ab Ægyptijs traditione acceperunt.

QVoniam vero non omnes herbæ, quæ ad signum aliquod referuntur, eiusdem gradus qualitate pollent, neque quolibet tempore suum sibi virtutis valorem obtinent; hinc singulas plantas ad aliquod signum spectantes, quaternis gradibus distinctas adducemus, & quo loco, & tempore colligendæ sint, vt membro quod respiciunt, seruiant, quas præterea ad reliqua signa antipathias habeant, declarabimus, vt sic omnibus numeris absolutum botanicum hoc argumentum in vsum prodeat; quæ partim ex Auenar Hebræo, partim ex Carichteri Germani Botanica astrali extraximus. Ab Ariete itaque, exordium faciemus nostræ disceptationis. Characterismi plantarum ad 12. Signorum Zodiaci Characterismos, & membra hominis comparati.

I. *Aries* ♈

ARies est signum masculinum, igneum, calido-siccum, sympathicum capiti. Plantæ primo gradu calido-siccæ sunt. Plantæ ad ♈ relatæ.

Gradus rerum calido-siccarum

I Grad. Artemisia rubra, Betonica, Cychorium, Consolida regalis, Ebulus, Mentha, Tussilago, Veronica, Colligendæ sunt in fine Canicularium dierum post plenilunium.

II Grad. Plantæ secundo gradu calido-siccæ sunt. Asparagus, Hyparicum, Millefolium, Plantago, Pœonia. Colligendæ sunt Sole & Luna existentibus in Cancro ☌.

III Grad. Agaricum, Cataputia, Chamælea, Colocynthis, Farfara, Gentiana, Ligustrum, Ricinus, Sambucus. In fine Iulij, & principio Augusti colligendæ sunt.

IV Grad. Abrotanum, Helleborus albus, Maiorana, Marrubium, Nasturcium syluestre, Rosmarinus. Colligendæ sunt partim mense Aprilis, partim Septembris.

II *Taurus* ♉

TAurus signum est fœmineum, frigidum & siccum, terreſtre; sympathicum est collo & gutturi. Plantæ ad ♉ relatæ.

Typus Sympathicus Microcosmi cum Megacosmo.



Species frigido-ficcæ.

I Grad. Plantæ frigido-ficcæ primo gradu, Asplenion, Caterrach, Chamædris, Hedera terrestris, radix Liliorum, Narcissus, Polypodium, Rosæ, Valeriana, Viola, Emolliunt tumores faucium & lienis.

II Grad. Adiantum, Akakengi, Aquilegia, Hedera muraria, polygonatum, Quercus, Viscus quercinus. Vulneribus conferunt.

III Grad. Buglossa, Carduus benedictus, Cynoglossa, Eupatorium, Lappa minor, Origanum, Petroselinum, Samcula, Scrophularia, Tormentilla, Vinca per Vinca. Omnes vulnerariæ sunt.

IV Grad. Auricula muris, Bardana major, Chelidonium majus, Fraxinus, Malua, Pulmonaria, Scabiosa, & antipathiam habent cum sublunaribus, quæ Libræ & Scorpioni subjunt; sympathiam cum ijs quæ Cancro & Sagittario.

Auenar in Astrologia Ægyptiorum, sequentes rerum species Tauro adscribit:

ומן החיות כל שיש לן ארבע רגלים ומן אילנות הגבוהות וכל אילן עושה פרי וכל אילן שאין לו צורך למים וכל עץ שיש תועלות בפריו עץ מעמיו וריחו טובים:

Ex animalibus, inquit, omnia quadrupeda, & ex arboribus, altæ, & omnis arbor fructificans, & omnia modica aquæ indiga, vti montana, fructu valida, omnes denique plantæ & arbores gustui, sapori, & odori suaues.

III. Gemini ♊.

Planetæ ad ♊ relatæ.

GEmini sunt signum masculinum, aëreum, calidum & humidum, sympathicum humeris.

Grad. plantarū calido-ficcar.

I Grad. Anisum, Althæa, Borrago, Fœniculum, Hyssopus, Petroselinum, Prunella, Ruta muraria.

II Grad. Bardana major, Silix, Tilia alba, Rapa.

III Grad. Alsine, Arum, Macis, Rumex rotunda, seu Oxalis, Vrtica mortua,

IV Grad. Acetosa, Chamædris, Chamomilla, Chelidonium Parthenium, Reubarbarum. Et omnes antipathiam habent cum sublunaribus Capricorni, sympathiam cum herbis Libræ & Aquario subiectis. Ægyptij verò, vt Auenar recitat, Geminis subdebant sequentia:

תאומים תוכלתו חמה ולחה ובחלצו חרם וממעמו מתוק וממראה העינים כל עין מתחפך לעינים רבות וב

חלצו מן החיים כל אדם וחצוף וחעוף שיש לו יגון ערב ומן חצמחים האילנים הגבוחים:

Et temperamentum eius est calidum humidum, ex parte humorum sanguinem habet; ex saporibus omne dulce; ex coloribus, omnes mixtos ex pluribus. Ex viuentibus partem habet hominem & Simiam, & omnes aues suauis cantus pollentes, & ex vegetabilibus denique omnes arbores altas.

IV Cancer ♋.

Planæ ad ♋ relatæ.

CAncer signum est fœmininum, aqueum, frigidum humidum, sympathicum pectori, pulmonibus, costis, lieni, quorum quoque affectibus medentur sequentia, iuxta gradus suos distincta.

Grad. plantarū frigido-humidarū.

I Grad. Alsine, Brassica, Carduus, Fabarum flores ac fructus, Rapunculus, Vitex, Scrophularia.

II Grad. Arbutus, Coni Abietis, Pini nuclei, Consolida, Solanum, Therebinthus, Viscus.

III Grad. Iuncus, Nasturcium, Semen petroselini, Portulaca, Salix, Saxifragia, Vermicularis.

IV Grad. Conchæ, Coralla alba, Crystallus, Matet pectarum, Nymphæa, oculi Cancri, Pœonia, Sedum, Vitriolum, & quæ antipathica sunt sublunaribus Sagittarij, sympathica Tauro & Libræ.

Ægyptij verò, prout Auenar recitat, sequentia subdunt Cancro:

הסרטן וחוא צר ולח במעט יושר וממעמום חמוץ ומלוח וממראה העינים הלבן ועין העפר וכמו העינים המעושנים ודומה להם ובחלצו מן חחיים כל חיות ושורצים וחקטנים מן הדגים וחיות חיבשה וחעקרבים ורמש האדמה וכלל יורה על מים שיש להם חנוע רבה וכל צמח שהוא עם מים ומימי הגשם וכל מים מתוקים:

Cancer est frigidus & humidus parum, ex saporibus habet acrem & salsum; ex visibilibus habet colorem album, & cinereum, & qui assimulatur ei. Pars animalium sunt aquatica omnia, serpentia, & parui pisces, & animalia sicca, & scorpiones, & omne quod reptat super terram; in summa significat supra aquam multùm mobilem, & omnia germinantia supra riuos aquarum, & quæ supra torrentes siue aquas pluuiales & dulces proueniunt, resicit.

V Leo ♌.

Planæ ad ♌ relatæ.

LEo signum est masculinum, igneum, id est calidum siccum, sympathicum cordi & stomacho, & sequentes species sub se continet.

Gradus plantarum calido-siccarum.

I Grad. Basilicum, Crocus, Cypressus, Caryophillum, Hyssopus, Lauendula, Plantago aquatica, Ros Solis, Thymus.

II Grad. Angelica syluestris, Bifolium, Centaurea, Galanga, Geniana, Morsus Diaboli.

III Grad. Cotula fœtida, Pastinaca, Mentha, Nasturcium Hortense, Pulegium, Ranunculus, Vrtica.

IV Grad. Betula, Genista, Buxus, Laurus. Primi gradus herbæ colliguntur Sole existente in Piscibus, & Luna in Cancro. Secundi gradus species colliguntur in principio Maij ante ortum Solis, vel sub finem Augusti, vel Sole existente in Tauro, & Luna in Geminis, ante ortum Solis. Tertij gradus species colliguntur Sole existente in Leone, & Luna in Virgine ad vltimum quadratum, vel ad refrigerationem, Sole in Tauro, & Luna in Geminis versantibus, ante ortum Solis. Quarti gradus species colliguntur Sole in Piscibus, & Luna in Aquario; ex influxu enim huiusmodi ad trmperiem reducuntur. Verum audiamus de hisce Auenar ex mente Ægyptiorum sic differentem:

ותולדתו חמה ויבשה וחמה חארמה ומטעמו מרחיף
ממראה העינים המכורכח והצחוב ומן חחיות חארית
והגמרים והצפרים והרוכים והאבים ומכלי המחכות
חוהב וחכסף והאבנים היקרות והאבן הנוקבת האבנים
חנקראות אלמאס והאבן מלקנות התבן חנק אלכריוכל
מלאכת האש:

Id est, *Complexione calidum siccum; ex humoribus habet choleram rubeam; ex saporibus amarum & acutum; ex coloribus fuscum, rufum, & rubedinem virgentem; ex animalibus habet Leones, Leopardos, Basiliscos, Vrsos, Lupos; ex metallis Aurum & Argentum, Iapides pretiosos, Adamantem, Chrysopasum, & qui dicitur Elfari, & omne opus ignis.*

VI Virgo ♍.

Planetæ ad ♍ relatæ.

VIrgo est signum fœmineum, terreum frigido-siccum; sympathicum hepati, intestinis, & ventri, cuius species sequuntur.

Grad. I. Acetosa, Berberis, Cychorea, Plantago acuta, Pyrus, Saluia syluestris; naturâ frigido-siccæ.

Grad. II Beta alba, Cynosbatos, Mespilus, Sigillum Salomonis; secundo gradu frigido-siccæ.

Grad. III. Aristolochia, Consolida media, Coniza, Prunella, Quercus; tertio gradu frigido-siccæ.

Grad. IV. Carduus benedictus, Centaurea minor, Ophioglossum, Prunus syluestris, cum omnibus suis partibus, Serpentaria, Tormentilla. Sympathicæ sunt cum Tauri speciebus; antipathicæ cum Ariete & Leone; de quibus ita Auenar in Astrologia Ægyptiorum:

והולדתו קמה ויבשה וחוא מוליד חכמת חשחורה
ומטעמו חעפץ חצוצה ומראה העינים חלובן חראשמן
ועין חעבר ובחלצו מן רוחים האדם וחעוף ומן חצמחים
כל צמח: קמן שאין לו שוק בכמו חחמה וחשערה חפילי
וכל מיני מן ורועים:

Natura eius frigida & sicca; & generat Cholleram nigram; ex saporibus habet stipticum; Ex coloribus album, & parpureum, atque cinerittium; Ex viuentibus hominem, & aues; Ex germinantibus, omnem plantam, cuius modi est frumentum sine stipite, hordeum, faba, & omnia genera seminum.

VII Libra ♎.

LIbra est signum masculinum, aereum, calidum humidum; Renibus & vesicæ sympathicum. Cuius species sequuntur. Plantæ ad ♎ relatæ.

Grad. I. Bellidis genera omnia, Consolida media, Parthenium, Prunella veris, Mæum, Tragopogum.

Grad. II. Allium, Althæa, Chamæmilla, Martagon, Malua, Verbena, Viscus, Tilia.

Grad. III. Antirrhinum, Artemisia, Chalidonium maius, Mentha nigra, Scabiosa, Scrophularia.

Grad. IV. Alyssum, Allium, Corylus, Ruta muraria. Auenar verò sequentes species refert.

ותולדתו חמה ולחה ושלא חארם וכל עוף שראשו
גדול ומן חצמחים חאילנים חגבוחים ומטעמים מתוק
ומראה עינים חירוק ועין עבר:

Natura eius calido humida; ex animalibus habet hominem, & aues; magni capitis; & ex germinibus, arbores altas; ex saporibus dulcem; ex coloribus viridem & cinericium.

VIII Scorpius ♏.

SCorpius est signum fœmineum, aqueum, frigidum humidum; sympathicum partibus genitalibus. Species eius sequuntur: Plantæ ad ♏ relatæ.

Grad. I. Cruciata, Oxyacantha, Sorbus syluestris.

Grad. II. Fraxinus, Poma omnis generis, Prunus, Concha, Ostrea; huc pertinent omnia simplicia primi gradus Cancri, si mense Octobris collecta fuerint.

Grad.

Grad. III. Beetoſella, Erua, Parthenium, Saponaria, & omnes herbæ, ſecundi gradus, collectæ Sole in Cancro exiſtente.

Grad. IV. Atriplicis ſpecies, Beta rubra, Mercurialis, Narcyſſus.

ומשעמו כל מלוח ותפל ועין מראתו מאדום וירוק ועין
העפר וחלצי מחטים העקרבים וחיות ורמש האדמה
וחלצת החמים וכל מים שחם ויצום ומחיים וכל צמח
שרוא בחמים ומן הצמחים האילנים האמצעיים:

Ex ſaporibus ſalſum & inſipidum; ex viſibilibus rubrum, viridem & cinericium ſeu cæruleum; ex animalibus, Scorpiones, & omne reptile ſuper terram, omnia animalia aquatica; & ex generibus omnia ad aquas vel intra aquas naſcentia, vti coralium; ex germinibus arbores medias, &c.

IX *Sagittarius* ♐

Plantæ ad ♐ relatæ.

SAgittarius eſt ſignum maſculinum, igneum, calidum ſiccum, ſympathicum coxis, lumbis, & ſimilibus. Species eius ſunt.

Grad. I. Conſolida maior, Cœpa, Raphanus, Seſamum, Flores Tiliæ, Verbena lutea.

Grad. II. Allium, Angelica ſylueſtris Hyoſciamus, Leuiſticum, Salicis folia.

Grad. III. Aſarum, Beta rubra, Chalidonium, Crocus, Curcuma, Filix, Hedera terreſtris, Iuglans, Rubia, Succiſa.

Grad. IV. Antimonium, Momordica, Euphorbium, Naſturcium, Vitis alba. Iuxta Auenar, ex animantibus habet homines, equos, aues, ſerpentes; ex metallis Plumbum & Stannum; ex lapidibus Smaragdum.

X *Capricornus* ♑

Plantæ ad ♑ relatæ.

CApricornus eſt ſignum fœmininum, terreſtre, frigidum & ſiccum, ſympathicum genibus & neruis. Species eius ſunt ſequentes.

Grad. I. Calendula, Ceraſa nigra, marina, Enula, Morus, Vaccinia.

Grad. II. Scarlea, Verbaſcus.

Grad. III. Acorus, Arum, Burſa paſtoris, Cucurbita, Sonchi omnis generis.

Grad. IV. Helleborus, Hyoſciamus, Mandragora, Napellus, Solanum, & omnes herbæ venenoſæ, Staphiſagria. Auenar, *ex ſaporibus amarum ex ſeptimum habet; ex coloribus, nigrum, pulcherrimum; ex animalibus partim quadrupedia, partim aquatica; ex germinantibus olus ex glandes, fructeſq; ſpinoſas.*

XI *Aquarius* ♒

Plantæ ad ♒ relatæ.

AQuarius eſt ſignum maſculinum, aëreum, calidum humidum, ſympathicum tibiis, & omnibus his ſpecibus adornatum.

Grad. I. Angelica, Daucus, Ficus, Fraxini flores, Iuglans, Melilotus, Sanicula, Sigillum Salomonis.

Grad. II. Conſolida regalis, Caminum, Epithymum, Geranium, Lappa, Radix rhodia, Parietaria.

Grad. III. Agrimonia, Myuris, Horminum, Saxifragia, Serpentaria, Salſuola ſylueſtris.

Grad. IV. Aſari folia, Cardiaca, Cicuta, Meſpilus; quibus addit Auenar, ex humoribus ſanguinem, ex ſaporibus dulcem, ex coloribus viridem, citrinum.

XII *Piſces* ♓

Plantæ ad ♓ relatæ.

PIſces, ſignum fœmininum, aquaticum, frigidum humidum, ſympathicum pedibus; cuius ſpecies ſunt:

Grad. I. Fagus, Ariſtolochia, Caulis caput, Cucurbita, Myrabolanus, Napus, Nymphæa, Portulaca.

Grad. II. Artiſcus, Anthirrinum, Cyanus, Stœchas citrina.

Grad. III. Nigella, Papauer cornutum, Sonchus.

Grad. IV. Cicuta, Hyoſciamus, Napellus, Salanum, Serpens; quibus adiungit Auenar ex ſaporibus ſalſum; ex coloribus viridem, album & varium; ex animalibus omnia aquatica; ex germinantibus itidem aquatica; ex lapidibus, coralium.

Atque hæ ſunt ſpecies, quas Neoterici nonnulli iuxta Ægyptiorum regulam duodecim ſignis ſubdiderunt; ſed qui penitiore ea ſcrutina examinarit, inuenietque ipſa hiare, nec ſatisfacere poſſe, cùm vni & eidem ſigno prorſus contrariarum qualitatum ſpecies ſubiecerint, venenoſa ſalubribus prorſus ſuperationem miſcuerint. Non ſic Ægyptij, qui ſummo iudicio vnam aliquam plantam ſeligebant, quæ ſignatura membrum & qualitatem eius exprimeret, eodemq; tempore colligeretur, verbo, tam exacte ſingula vnicuiq; ſigno ſubiecta, ſiue ſaporem, ſiue odorem, ſiue formam & figuram ſpectes, diſponebant, vt nihil vndiquaque ſoret, quod non omnimodo cum ſigno, & membro quod denotabat, reſponderet, vt paulò poſt videbitur, vbi primam claſſem planetariarum ſpecierum examinauerimus.

Characterismi Plantarum ad septem Planetas comparati.

Characterismi plantarum ad Planetas comparati.

INfluentiæ stellarum sunt effluuia peculiaribus facultatibus prædita, quibus res sibi familiares, si robustæ, & in vigore stellæ fuerint, roborant, fecundant, promouent; contrà, res sibi contrarias debilitant, deprauant, impediunt. Familiaritas siquidem stellarum cum sublunaribus ex mente Platonis & Paracelsi iuxta stellas singulas, & singula sublunarium genera, constituenda foret; (nam stellas singulas singulis sublunarium speciebus præsse volunt, & ijsdem peculiari influentiâ, suas vires influere.) Verùm cùm difficile esset, singulis individuis singulas stellas assignare; hinc forsan nonnulli, meliori iudicio, non rebus singulis singulas stellas, sed facultatem tantùm viresque, quibus singulæ à natura dotatæ sunt, stellis aptè assignarunt. Hinc Lunæ naturam exprimentes res, lunares; Mercurio competentes, Mercuriales; Veneri, Venereas; Soli, Solares aptè denominarunt, vt docte demõstrat suprà citatus Arabs Aben. elrahhmon. Quæ quales fuerint hoc loco exhibendas duximus, à Saturno incipientes.

I. Saturnus ♄ eiusque species ex Auenar extractæ.

VTi Saturnus ex se & sua natura malignus, summè frigidus, melancholicus, Martis amicus, reliquis inimicus; sic progenitalicius similibus dotibus instructa est, ac proindè præcisè in Microcosmo lienem respiciunt, membrum similibus qualitatibus insignitum.

Res Saturninæ seu splenetica Splenes.

Res Saturninæ, & Spleneticæ.

EX Mineralibus Cinabrium, Plumbum, Auripigmentum, possidet; ex lapidibus, Marchasitam, Saphyrum, & omnia terrea fusca & ponderosa; ex vegetabilibus omnia venenosa & narcotica, vti sunt Aconitum, Hellebotus, Hyoscíamus, Solanum, Opium, Cicuta, Napellus, & mediæ naturæ res, vt Vitex, Asphodelus, Cannabis, Cypressus, Filix, Lappa, Mandragora, Pinus, polypodium, Scolopendria, & omnes Asplenioru & Sempernuorum species, Serpentaria, Tamariscus. Ex animalibus, solitaria, nocturna, tristia, vti sunt Asinus, Vrsus, Bufo, Camelus, Talpa, Scorpio. Ex auibus, Bubo, Coruus, Noctua, Vespertilio, Vpupa.

Res Ioniæ seu Hepaticæ hora ♃

II Iuppiter ♃ & res Iouiales.

IVppiter, ζωο vita, benignus planeta, vti moderatissimus, ita omnibus amicus est, si Martem excipias, & hepati sympathicus est; has sibi species subiectas habet.

Ex

Ex mineralibus, Aurum, Corallum, Hyacinthum, Iaspidem viridem, Saphyrum, Smaragdum. E vegetabilibus, Amygdalum, Buglossam, Calamenthum, Hepaticam nobilem, Lilium candidum, Morum, Pomum, Ocymum, Oliuam, Origanum, Prunum, Oliuam, Pœoniam, Rubiam tinctorum, Spicanardum, Symphytum, Violam, Mannam, Mastichen, Styracem, Saccarum, & omnia boni & aromatici odoris, & saporis dulcis. Ex animalibus Agnum, Ceruum, Elephantum, Quem, Taurum; ex auibus, Aquilam, Gruem, Phasianum; ex aquatilibus Delphinum. Antipathica sunt ei omnia Marti subiecta, vt sequitur.

Res mercurialis seu Cholerica hora ☿.

III. Mars, ♂ & res Martiales.

MArs, ωνομ, malignus, summè calidus, præter Venerem omnibus inimicus, vesicæ fellis sympathicus est, & continet has species.

Ex mineralibus Auripigmentum, Arsenicum, omnia rubea, ignea, sulphurea. Ex lapidibus, Adamantem, Amethistum, Magnetem, Ostracollum, Salammoniacum. E vegetabilibus, Arum, Allium, Carduum, Cæpam, Helleborum, Lathyrin, Napellum, Porrum, Sinapi, Vrticam, Tormentillam, Castoreum, Euphorbium, Scammoneam, & venenosa omnia. Ex animalibus, bellicosa, impetuosa, potentia, biliosa, rapacia, vti sunt Hircus, Rhinoceros, Lupus, Pardus; ex auibus, Accipitrem, Falconem, Miluum, Vulturem; è piscibus Lucium, Pastinacam marinam, Canem marinum, Pecam.

Res Solares seu cardiacæ, hora ☉.

IV Sol ☉ & res Solares.

SOl benenolus, amicus Ionis & Veneris, reliquis inimicus, cordi sympathicus est, vti & omnibus cardiacis, vt sequitur.

Ex mineralibus Aurum, Terram Solarem, figillatam; ex lapidibus Æetitem, Carbunculum, Chrysolithum, Rubinum, & Ambram continet. E vegetabilibus, aromata omnia, veluti Cynnamomum, Charyophyllum, Chelidonium, Coronam regis, Granatum, Helenium, Heliotropium, Hypericonem, Laurum, Maioranam, Melissam, Poma citria, Rosmarinum, Milium Solis, Vitem, Thus, Mel, Myrrham. Ex animalibus, Arietem, Equum, Leonem. Ex auibus, Gallum, Cygnum; ex insectis, Cantharides, Scrabæos, Cincindelas, quibus contrariæ sunt res Lunares.

Res Veneren seu spermatica hora ♀.

V Venus ♀ & res Venereæ.

VEnus, Αφροδιτη, benenola, amica Soli, Marti, Mercurio, Lunæ, inimica Saturno, sympathica est partibus genitalibus; & has species continet.

Ex mineralibus, Argentum, Ambram; ex lapidibus Berillum, Co-

rallum, lapidem Lazuli, Saphyrum, Topazium, Tutiam. Ex vegetabilibus, Adianthum, Coriandrum, Cyclamen, Fabariam fragariam. Omnes Orchidum & Satyriorum species; Lilia, Narcyssum, Rosam, Suspilum, Thymum, Muscum, & omnis generis thymiamata; ex animalibus, deliciosa, lasciua, mitia, blanda, iucunda, vt sunt Catulus, Cuniculus, Capra, Hircus. Ex auibus, Columbam, Cygnum, Lusciniam, Motacillam, Passerem, Pauonem, Picam, Turturem.

VI Mercurius ☿ & res Mercuriales.

Res Mercuriales seu pulmonariæ hæc ☿.

MErcurius mutabilis, bonus cum bono, malus cum malis; respicit pulmones, quos influxu suo sympathicè irradiat. Species eius sunt.

Ex mineralibus, Argentum viuum, Marchasita, Smaragdus, Topazius. Ex vegetabilibus, Anisum, Aquilegia, Chamæmilla, Fumus terræ, Corylus, Iuniperus, Nummularia, Pentaphyllum, Pimpinella, Scabiosa, Mercurialis, Tussilago, Veronica. Ex animalibus, ingeniosa, astuta, sagacia, abblandientia, loquacia, vt Canis, Simia, Vulpes, ex auibus, Alauda, Pica, Luscinia, Pistacus, Merula, Carduelis. Ex aquatilibus, Rana piscatrix; ex insectis Formica, Apis, Gryllus, Locusta.

VII Luna ☽ & res Lunares.

Res Lunares seu Encephalicæ, lunemdæ horæ ☽.

LVna mediocris inter bonitatem & malitiam, respicit cerebrum, & nruosam substantiam, resque sibi subiectas habet, vt sequitur.

Ex mineralibus, Argentum, Selenitem, Alumen, & omnia salium genera, sicuti & omnia alba, & viridia, vt sunt Corallus alba, Crystallus, Margarita, Mater perlarum, Succinum, Camphora, Ambra. Ex vegetabilibus, Agnus castus, Alkakengi, Arundo, Brassica, Lactuca, Mandragora, Nasturcium, Nymphæa, Iuglans, Portulaca, omnia denique Lunariarum genera, & quæ intra, aut ad aquas natales suos habent. Ex animalibus, Felis, Anser, Ardea, Mergus, & omnes aquaticæ volucres; ex piscibus, Cancer, Cochleæ, Ostrea, Ranæ; ex insectis, Aranea, Bufo.

Atque hæ sunt species rerum sublunarium septem planetarum dominio subiectæ, partim ex Neotericis, partim ex Auctor. Arab. extractæ; è quibus Ægyptij suas harmonicas concinnabant catenas, ad in medicamentis humani corporis infirmitatibus subueniendum.

CA-

CAPVT IV.

Applicatio dictorum, siue Medicina Ægyptiorum applicata; & primum de Botanicis remedijs, & morborum distinctione.

PRædictas analogas rerum ad superiorum entium species Ægyptij suis temporibus, locis, alijsque circumstantijs ita cautè & sollicitè in vsum Medicum adhibebant, vt si vnam præterirent, irritum totum negotium cadere crederent. Distinguebant verò morbos omnes, iuxta numeros membrorum humani corporis, comparatos ad duodecim signa, & septem planetas; ita vt Cephalicos morbos ad Arietem & Lunam,

Ægyptij morbos distinguebant iuxta numerum membrorum corporis humani.

Pulmonares ad Cancrum & Mercurium; Cardiacos, id est, cordis infirmitates ad Leonem & Solem; & sic cæteros morbos singulos ad sua signa, & planetas, tanquam sympathicas eorundem causas referrent. Quo facto, si quis infirmitate quadam capitis laboraret, diligenter causas morbi, & qualitatem examinabant, si ex humiditate, vel frigore originem habuisset. Quod si excessiuo quodam phlegmone inuasum esset membrum, catenam humido-frigidorum in dictæ infirmitatis curam adhibebant. Si contrà frigus & siccitas causa fuisset, humido-calidorum catenam sibi consulendam putabant. Atque hic erat primus gradus medicationis Ægyptiacæ, quo contraria contrarijs adhibebant. Quæ omnia fusè deducit Rabbi Sola, Haly Arabs, & Prosper Alpinus in suis de Medicina Ægyptiorum monumentis. Qui verò aliquantulum subtiliùs de rebus Medicis ratiocinabantur, paulò antè enarratos morbos succisiùs subdiuidebant. Ita capitis morbos in quinque Classes diuidebant, ita vt primaria Classis morbos rheumaticos, siue eos, qui à rheumate seu catharro dependent, contineret; cuiusmodi sunt cathatri, scotomia, vertigo, paralysis, epilepsia, apoplexia; quibus curandis peculiares Medicos ad-

Rabbi Sola. Haly Arabs. Prosper Alpinus.

Membrorum capitis quinque classes.

hibebant, qui totâ vitâ nihil aliud moliebantur, quàm vt horum malorum causas, & origines scrutarentur, ijsque oportuna & appropriata media, singulis singulis adinuenirent. Secunda Classis, morbor. oculorum: Tertia aurium; Quarta linguæ & fauciũm continebat: Quinta circa extrinseca mala, vt sunt scabies, ptira, & vulnera extrinsecus inflicta, versabatur; quibus singulis curandis totidem Medicos præficiebant; ita vt alij essent Medici Rheumatici; alij Oculares; Auriculares alij; alij denique alijs præficerentur curandis malis, neque vlli alij, lege lata, vt suprà in Politica Ægyptiorum cap. 3. fusè deduximus, licebat intendere. Alij præterea non occupabantur, nisi in pectoris & pulmonum curis, alij in cerebri morbis, quorum iterum magna varietas est, medendis destinabantur. Alij in hepatis, renum, & vesicæ, splenis, illorum; alij in stomachi, & intestinorum; alij denique in febrium curam vnice incumbebant: ita vt tot Medici, quot morborum species essent, deputarentur. Sic fiebat vt singuli summo studio membri sibi commissi curam per oportuna remedia, & quàm maximè appropriata atque ex catenis suis extracta, adorirentur, effectusque sequerentur in dictorum morborum cura prorsùs prodigiosi. Quia tamen magna morborum vnius ad aliud membrum connexio est, hinc lege tenebantur primò vniuersalem Medicinam, & anatomiam addiscere; & tandem sufficiente eiusdem notitiâ instructi ad particulares morbos sanandos pro inclinatione cuiusque animum adijcere. Vide quæ suprà in Politica Ægyptiorum pluribus de hisce egimus. Porrò cùm Ægyptus ex naturali sua constitutione certos quosdam & epidemicos morbos produceret, de quibus vide suprà citatum Prosperum Alpinum; diligenti indagine primò causas horum morborum indagabant, & deinde commoda remedia adhibebant. Nam certis anni temporibus ex Austro ardentibus fabulosi sòli caloribus venti commisti, vti exotica symptomata in corporibus, ita morbos quoque diuersos efficiebant. His itaque præmissis, curam membrorum triplici viâ aggrediebantur, sympathica, astræa, characteristica siue hieroglyphica; de quibus singulis disseremus.

Morbi aliorum corporis humani tabernacula.

Morbi peculiares habebantur peculiter Medicos apud Ægyptios.

CAPVT V.

Medicina sympathica:

Medicina sympathica Ægyptiorum.

MEdicina sympathica Ægyptiorum in hoc consistebat, vt res sen species eorum quæ occultum aliquem ad membrum curandum consensum habere cognoscerentur, singulari præparatione adhiberentur. His autem ex catenis mundanis, quibus res eiusdem naturæ plantæ alicui, vel signo Zodiaci, quod membro curando præerat, adsitæ naturæ similitudine connecterentur, depromebant: norant enim species nonnullas naturali quâdam inclinatione eum sidere aliquo connexas membrorum, quorum sigilla exprimebant, conseruationem appetere, ita vt quanto plures huiusmodi concurrerent, tantò maiores effectus in cura membri appe-

appetiti se præstituros esse crederent. Nam vt rectè inquiunt Arabes ex mente Ægyptiorum apud Marsilium Ficinum cap. 2. de vita coelitus comparanda. *Neque verò dissidere debet quisquam, nos, atque omnia quæ circa nos sunt, præparamentis quibusdam posse sibi Deum conciliare coelitus; nam coelitus hæc facta sunt, assidue quæ regimur, & illi imprimis præparati sunt ad illa. Sicuti in nobis membri cuiuslibet, præsertim principalis qualitas motusque ad alia pertinet, ita membrorum principalium actus in Mundo commouent omnia, & membra inferiora facile capiunt à supremis. Verò dare parata; quo enim pars entior causa est, eò est principalior ad agendum, & propensior ad dandum. Ergo ita & præparatis nobis insuper adhibita cura sufficit, cœlestium manerebus capiendis, semodà quisque ad id præcipuè se accommodet, cui præcipuè subditus est.* Et capite septimo applicationem huius rei docet his verbis: *Totum corpus incubitat, caput verò potissimum. Si planetæ obseruauerit in Ariete, vel in quemque domicilio; præcordia, si in Leone; stomachus, iecurque, si in Cancro, & Marte, vel saltem in Virgine; adhibuerisque ea quæ propriè membrum patuit. Expedit quoque, quæ quisque Planetæ membra in signo quolibet habeat, nosse.* Quæ omnia vno mundanæ vitæ spiritu animata credebantur ab Antiquis Ægyptijs. Nam vt rectè Abu Rhodam asserit, fuit Ægyptiorum dogma, animam Mundi, quam Arabes רוח אלמא *Ruach alama* vocabant, totidem rationes diuinitùs sibi habere insitas, quot sunt in mente diuina ideæ, quibus ipse fabricatur species in materia; vnde vnaquæque species per propriam rationem seminalem propriè respondet ideæ; facileque potest per hanc sæpe aliquid illinc accipere, quandoquidem per hanc illinc est affecta: ideoque si quandoà propria forma degeneret, potest hoc medio sibi proximo formari rursum, per quod id medium inde facilè potest reformari. At si certæ cuidam rerum speciei, vel individuo eius ritè abhibeas multa quæ sparsa sunt, sed ideæ conformia, mox in materiam hanc hoc pacto oportunè paratam singulare munus ab idea, per rationem videlicet animæ seminalem, deriuabis; non enim intellectus ipse propriè, sed anima ducitur; neque enim putabant Sapientes veteres certis Mundi materijs Numina quædam à materia penitùs segregata trahi, sed Dæmones potiùs animatique munere stellarum viuentium, vti dicebant, trahebantue. Quando itaque anima gignit speciales inferiorum formas, viresque eas per rationes efficit proprias, sub stellarum formarumque cœlestiũ adminiculo; singulares verò individuorum dotes, quæ sæpe nonnullis insunt tàm admirandæ, quàm in speciebus esse solent, exhibet per seminales rationes, non tàm sub adminiculo formarum figurarumque cœlestium, quàm situ stellarum, & motionum habitu, aspectuumque planetarum tùm inter se, tùm ad stellas planetis sublimiores: anima siquidem nostra, vltra vires membrorum proprias communem vbique promit in nobis vitæ virtutem, maximè verò per cor tanquam igois animæ proprium fontem. Similiter anima Mundi, dicebant Veteres, vti vigens per Solem præcipuè suam passim explicat communis vitæ virtutem; vnde & animam & in nobis, & in Mundo, in quolibet totam, potissimùm in corde, atque Sole collocatam arbitrabantur. Sicuti enim animæ nostræ virtus per spiritum adhi-

Marsilius Ficinus.

Abu Rhodam Ægyptiorum dogma de Anima mundi.

Anima mundi per Solem vires suas exercit.

adhibetur membris, sic virtutem animæ Mundi per ætherem, quæ est veluti quinta quædam essentia, quæ vbique viget, omnium penetrativa, ceu spiritus quidam intra corpus Mundanum, sub anima Mundi dilatari putabant per omnia, maxime verò illis virtutem hanc infundi, quæ eiusmodi spiritus plurimum hauserant. Hinc quintam hanc essentiam tùm, elementis, tùm mixtis commistam dextrè segregabant, ijs potissimùm viventes, quæ huiusmodi quintâ essentiâ & spiritu abundabant, vt sunt vinum, saccarum, balsamum, aurum, lapidesque pretiosi, myrabulani, quæ suauissimè redolent, lucentque, & in subtili substantia qualitatem habent calidam, humidam, atque claram. Præterea sicuti alimenta ritè in nobis assumpta per se non viua, per spiritum tamen nostrum ad vitæ nostræ formam rediguntur; sic & corpora nostra ritè applicata corpori, spiritui que mundano, videlicet per res mundanas, & per spiritum nostrum, ijs sympathicum, necesse est, vt illa ex vita mundana hauriant quàm plurimum. Quæ omnia pulchrè ostendit Iamblichus de mysterijs Ægyptiorum, quem Lector consulat.

Quinta essentia rerum.

Medendi ratio Ægyptiorum.

Hinc Ægyptij, vt morborum radices efficacius extirparent, Medicinas singulis membris appropriatas, ex herbis, plantis, animalibus, dictis membris analogis, sub correspondente cœli situ & hora compositas alembico imponebant, & distillatione continuâ inde aquam purissimam, subtilissimam, atque ætheri suæ quintæ essentiæ mundanæ, quem spiritum animæ Mundi dicebant, simillimam summâ industriâ extrahebant. Verbi gratia caput à noxijs rheumatismis purgaturi, è speciebus quæ caput recipicerent, liquorem trahebant, qui congruo tempore iuxta Astrologicas leges sumptus, vestigio ad membrum, cuius causâ productus erat, conseruandum, contraq; inimicas morborum qualitatum ibidem stabulantium machinas confortandum conuolabat; fiebatque vt tùm vi penetratiuâ, tùm efficaciâ medicamenti æger mox inimico latente liberaretur. Idem dicendum de cardiacis, spleneticis, hepaticis, spermaticis, pectoralibus, & sic de cæteris: liquorem enim hunc subtilissimum à spiritu mundano vitarum authore mirificè confortari aiebant, qui quidem in vnum cum spiritu æthereo coalescens, ac præter hæc commixtarum ei specierum appropriatis virtutibus tinctus, non poterat non magnos & prodigiosos in morbis profligandis effectus præstare, cùm in huiusmodi liquoribus, abiectis, exutisque erudis speciebus, & vtcunq; inexistentibus malignitatibus, sola rerum vis, & naturalis dos qualitasque dominetur specifica à totius substantiæ proprietate emanans. Et quoniam in omni distillatione tria potissimum miro dissolutionis artificio emerguat, spiritus, oleum, sal; vti spiritus miram vim in membris sibi sympathicis confortandis obtinebat, ita sal in canalium microcosmi obstructionibus aperiendis, vti & oleum in extrinsecorum malorum cura miræ efficaciæ perhibebatur, vnumquodque in ea partis affectione, cui symbolum erat. Nonnulli vino electo prius maceratas, & deinde distillatas exhibebant res. Alij electuaria inde conficiebant, pro inclinatione videlicet & iudicio Medicorum, qui tamen nunquam à catena rerum morbo alicui profligandu

Distillationis aria elicimur, Spiritus, Oleum, Sal.

gandu conferentium, recedebant. Quæ quidem fusissimè pertractata apud Ebn Rhodan Arabem vide.

De Panacea, seu Medicamento Catholico Ægyptiorum omnibus morbis profligandis aptissimo.

Panacea Ægyptiorum. Hippocrates per naturam medicatricē quid intelligat.

NAturam morborum medicatricem illam dicit Hippocrates instrumentorum causam, qua ad præcipuas facultates exercendas, vel instaurandi conseruandique causa, anima immediatè vtitur. Quam quidem notetiges non elementarem tantùm partium miscellam, primarumque qualitatum crasin, sed substantiam illam ex humido radicali & calido primogenio, insitoque spiritu confiatam, animi corporisque vinculum, cœlestium, terrestriumque hypostasin, quam in præcedentibus quintam essentiam appellauimus. Veteres cœlum quoque elementare, & elementum cœleste nominarunt. Quæ quidem ex mente Hippocratis è singulis membris humani corporis decidua semen informat, fermentat, disponit, & subituræ sibi animæ corpus ex subiecta sibi materia effornat, partibus consimilibus ipsis, à quibus effluxit, noua harmonica propaginis miscella. Nam pars è capite excisa, nouum caput, cuius ideam retinuit, conformat; quæ ex corde, nouum cor; quæ ex hepate, nouum hepar; quæ ex pulmonibus, nouum pulmonem; & sic de cæteris. Quod autem sibi effirmauit membrum in nondum edito sortu ceiusdem officium est, ipsummet in iam edito in omnibus incolume conseruare, vel ad salubritatem reducere, si ex ea forte decidcrit. Tametsi verò natura illa tota ad totius corporis integritatem, conseruationem, incolumitatemque concurrat; potissimum tamen eius diuersæ particulæ, diuersis corporis partibus, quibus innatæ sunt, per occultam quandam sympathiam consumque, opem adiumentumque ferunt, quod Medici dispositionem vocare consueuerunt partium à tota substantia procedentem. Quamuis enim naturâ inuicem minimè differant, vtpote substantiæ innatæ; aliquam tamen habent propriam ἐπιφάνειαν cum corpotis partibus quibus insunt, qua corporis membrum cui congeneæ sunt, conseruant, confortant, & à morbis velut conseruationi contrarijs viudicant. Hinc Ægyptij capitis morbo laborantibus capita volucrum, cerebraque diuersa animalium, maximè congruorum; hepaticis iecinora; cardiacis corda; spleneticis splenes; phtisicis pulmones, vt dixi, appropriatorum animalium deuorauda, vel cocta, vel appropriatis herbis, cephalicis, cardiacis, hepaticis, pulmonaribus, spleneticis præparata exhibebant; non nescij, huiusmodi alimentum probe officio suo in curando membro, cuius signaturam habebat, & in cuius conseruationem vnice inclinabat, functurum. Et tametsi magno cum infirmorum commodo similia exhiberentur, qui tamen experientia didicerant, tanto medicamenta maiorem effectum fortirea, quanto partibus, imò toti similiora, imò eadem iuxta speciem suam forent; hinc aliud quidpiam sublimius architectati sunt. Etenim ex singulis

Virtus primogenia humidi radicalis & calidi.

Natura medicatrix.

Ægyptij diuersis membris laborantibus diuersa animalium membra applicabant.

Ægyptij ex humani corporis membris liquores medicos elicebant.

gulis humani corporis membris seorsim Chymicâ arte liquores quosdam extrahebant; quibus mirificos, & quasi prodigiosos effectus, in cura eius partis, ex qua extracti essent, præstabant. Sic autem procedebant. Ad spiritum vitalem corroborandum, cor hominis recenter occisi, & adhuc calidi eximebant, vel hepar, vel pulmones, vel cerebrum, & sic de cæteris; quòd minutas in partes contusum mixtis herbis, si cor esset, cordiacis; si hepar, hepaticis; si stomachus, stomachicis, aliisque rebus dictum membrum respicientibus, & sic de cæteris, alembico incluſum igne lento distillabant: liquor enim, qui inde proueniebat, erat illis Medicina appropriata & specifica, in propositi membri curam destinata; quam ægro vel solam, siue alijs mistam, vel iusculo liquoribus probè diluto, competente tempore & hora præbebant. Panaceam verò sic præparabant. Cadauera, quas Mumias vocant, ritè priùs balsamo, myrrha, asphalto, cæterisque speciebus condita, minutim secabant, quibus frumentum, vinum, myrabulanos, auriſolia, similiaque catholica medicamenta apponebant; totaque massa intra vas Chymicum impòsita, inde vel salem, vel liquorem eliciebant, quem Panacea dicebant, omnibus morbis proficuum. Cùm enim virtute in dicto corpore omnia membra lateant, suisque specificis virtutibus polleant, & singula ad singula sibi sympathica inclinationem habeant naturalem; certò sibi persuadebant, singulas singularum partium in hoc extrahi latentes virtutes, & inconfusas eo modo in membra sibi correspondentia agere, quo separatæ agunt: atque adeo liquorem hunc catholicum, vti ex totius corporis massa extractus fuit, ita catholicam quoque virtutem obtinere, ad totum corpus, cui applicabatur, ab omni morborum violentia tutandum, vindicandumque, ob rationes paulò antè indicatas existimabant. Quæ omnia fusiùs prosequitur

Panaceam quomodo præpararint Ægyptij.

Eben Rhodã. suprà citatus Eben Rhodam in suo de Ægyptiorum Medicina tractatu, cuius verba Arabica libenter hoc loco apponerem, nisi libri moles, & describendi tædium deterreret; sufficiat mentem eius paucis hisce insinuasse.

CAPVT VI.

De Medicina Hyperphysica & Astræa, seu Characteristica, aut Amuletaria.

§. I.

De Medicina Hyperphysica Aegyptiorum.

Medicina hyperphysica, quæ.

MEdicinam hyperphysicam eam esse dicimus, quæ non naturalis indaginis studio, sed diuini Numinis, aut Genij alicuius inspiratione acquiritur; idque variis modis contingere potest, vel per adiurationes

nes & exsalmos, vel per somnium, aut apparitiones manifestas, aliisque modis, quos in Magia hieroglyphica describimus. Et hoc erat proprium institutum Hierophantarum Ægyptiorum, ad quod gratiæ munus adipiscendum, mirum in modum se ieiunijs, vitæ castimonia, temperantiâ victus se disponere norant: mediis siquidem naturalibus, & intellectualibus operationibus, Deorumque perpetuâ contemplatione, ad id se peruenire posse firmiter credebant. Erant autem ijs decem Dij, quibus potissimùm in medicamentorum singulis morbis appropriatorum reuelatione consequenda, vti infrà ostendemus, adiurandis, sollicitandisque occupantur; quibus & singulos suos numeros consecrabant, veluti mundialium catenarum indices: quos & mirâ quâdam ratione rebus naturalibus ad prodigiosos effectus producendos applicabant; quod in vegetabilium argumento maximè patuit. Vnum siquidem supremo Numini & Causæ causarum, ex quo vti ex perenni quodam fonte cuncta profluunt, dicabant. Nephtæ dyadem, Mineruæ triadem, tetradem Apollini, siue Horo, pentadem Isidi, Osiri hectadem, heptadem Mercurio, octadem Ammoni, enneadem Typhoni, decadem denique Momphtæ attribuebant. Verùm, vt procedendi methodum in vegetabilis naturæ officina constitutam (vt interim alios naturæ gradus taceam) demonstrem; primò herbarum folia quem numerum exprimerent, inquirebant; & hanc, quæ numerum aliquem certum certo Numini dedicatum foliorum numerosa, fortura adæquaret, veluti sub correspondentis Numinis tutela conseruabant, tanquam ad dicti Numinis œconomiam pertinentem. Flores quoque secundùm foliorum numerum quibus ornabantur, vna cum figura & colore examinabant; & si quem florem Numini alicui, quoad numerum, figuram, colorem correspondentem nacti essent, illum eidem Numini tanquam maximè appropriatum existimabant; hoc eodem sacrificia peragebant, tanquam ad flectendum Numen efficacissimo. Idem faciebant in numero nucleorum alicuius fructus. Quæ omnia tandem longâ experientiâ docti, tanquam ad dictorum Numinum catenas pertinentes, sacro hieroglyphicorum albo adnumerabant. Simili ratione numerum internodiorum in thyrsis plantarum, thyrsorumque figura, num rotundus teresue, aut trigonus, tetragonusque esset, ritè disquirebant; atque hosce veluti sceptra conuenientibus Numinibus sacrabant, vt in Tabulæ Bembinæ demonstratione patebit. Quibus quidem cæremonijs iuxta analogiam dictarum rerum adhibitis, mirandos tùm in Medicina, tùm in somnijs per diuinationes, effectus se exhibere posse sibi persuadebant. Siquidem de cura alicuius morbi consulturi, antequam lecto se committerent, animo priùs ritè per lustrationes varias dispositò expiatoque, complures huiusmodi plantarum florumque characterismos ante se positos, intensâ fixâque imaginatione considerabant; deinde cœlum Deosque cæminibus sollicitabant, vt quorum ex dictis vegetabilibus ad morbi cuiuspiam medelam conduceret, per somnium monstraret; tùm somno captando se accingentes, quod Numen primùm in somno ijs apparuisset, illius fidei commissam plantam ad desideratam propositi morbi medelam,

Sacerdotes Ægyptiorum quo modo se disposuerint ad hyperphysicã Medicinam.

Dij à quibus medicandi peritiã Ægyptij postulabant.

Vegetabilia quæ quibus Dijs attribuerint Ægyptij.

Per somnia cognoscebant Ægyptij herbarum characterismos;

diuinitus definitam assumebant: vt si Isis comparuisset, medicinam ex pentaphyllorum Classe desumendam rebantur. Non secus in alijs procedebant. Vide quæ in Magia, & Theologia hieroglyphica, vti & III. Tomo ex varijs Authoribus de hisce & similibus ample tradidimus. Et tametsi hæc medicandi ratio subinde in conclamatis etiam morbis mirificos sanè effectus sortiretur, nequaquam tamen eos naturali herbarum virtuti & proprietati, sed occulto Dæmonum pacto, & commercio quo illudebantur, adscribendos duxerim. His itaque præmissis, ad filum revertamur.

§. II.

De Medicina Astræa.

Astræa medicina quid.

ASTræa Medicina nihil aliud erat, quàm medicamentorum ad constitutum tempus horamque, aptunique Cœli positum exhibitio; de qua cùm in Astrologia & præcedentibus affatim dixerimus, hic breuiores esse voluimus. Totum enim negotium consistebat in rerum inferiorum, quæ necessariam cum superioribus astris, vti & humani corporis membris, quin & supramundanis ideis & genijs connexionem consensumque haberent, applicatione; de qua vide Marsilium Ficinum in libro de vita cœlitùs propaganda, vbi plura ex mente Veterum, curiosa sanè, & propria nostri instituti tradit; aliosque tùm Arabes, tùm Hebræos suprà citatos.

Marsilius Ficinus.

§. III.

De Medicina Characteristica.

Characteristica Medicina, seu amuletoria.

MEdicina Characteristica facultas est, qua incisis iuxta leges Astrologicas in lapide, aut vase medicinali ex eodem lapide, morbo alicui analogo, hieroglyphicis notis, vsu eius morbum necessario profligari credebant. Mos itaque Ægyptiorum fuit, vt quemadmodum de herbis suprà diximus, ita & de lapidibus procederent, dum singulis Zodiaci signis planetisque certas quasdam figuras insculperent ad Genios, Signa, Sidera, morbos prorsus analogas, horâ & tempore opportuno, scilicet quo dominabantur; hoc enim pacto & Genium præsidem per astrum sibi subiectum, astrum verò per influxum suum in figuras, has in morbum agentes, infallibilem effectum tandem infirmo conferre simpliciùs sibi persuadebant. Et tametsi huiusmodi tanquam vana & superstitiosa Astrologorum commenta Ecclesiæ legibus proscripta sint; de ijs tamen hoc loco tanquam opportuno, agendum censuimus, tùm vt radices superstitionum astrologicarum luculentiùs ostenderentur euellerenturque, tùm vt hieroglyphicæ doctrinæ veritas solidiùs comprobaretur. Hanc itaque cha-

racteristicam Ægyptiorum medicinam, seu amuletariam, præ cæteris ad posteros malefida traditione Arabes propagarunt, vti ex libro de duodecim signorum, ac septem planetarum sigillis Mahumed Ben Iuseph, & Morgum Bonasa, cæterisque in Cabala Saracenica allegatis patet. Quos secuti sunt ex posteris Paracelsus in Archidoxis magicis, Cornelius Agrippa in occulta philosophia, Coclenius in Polymantia, & Gaffarellus in libello Gallicè conscripto de curiositatibus inauditis. Marsilius Ficinus lib. 3. de vita cœlitùs propaganda c. 18. modum describit sufficientibus verbis, ex quibus nos instituti nostri propria hæc pauca hic adducenda duximus. *Sunt in Cœlo variæ formæ ab Ægyptijs Chaldæisque profectæ, vel saltem excogitatæ. Exempli gratia, in prima Virginis facie Virgo pulchra sedens, geminas manus ficus habens, puerumque nutriens,* quam Arabes Achati incisam dicunt magnam habere vim in conciliando optimo corporis habitu, & Principum benevolentia. *Sunt & alia characteres signorum, & planetarum ab Ægyptijs designati. Volant itaque imaginibus ea maxime insculpi, vt si quis exspectet propitium à Mercurio beneficium, collocare eum in Virgine debeat, vel saltem ibi Lunam in aspectu Mercurij, & imaginem aliquo ex stanno conficere, vel argento, in quo totum sit Virginis signum, & character eius, characterque Mercurij. Saturni Veteres imaginem ad vitæ longitudinem faciebant, in lapide Saphyro hora Saturni, ipso ascendente, atque feliciter constituto. Forma erat homo senex, in altiori cathedra sedens, vel draconem, capite zelius panno quodam lineo fusco, manus suprà caput erigens, falcem manu tenens, aut pisces, fusca indutus veste. Ad longam vitam atque felicem Iouis imaginem in lapide glauco & albo figurabant; erat homo sedens supra aquilam, vel draconem, coronatus, hora Iouis, ipso in exultatione sua feliciter emergente, croceam indutus vestem. Contra timiditatem horæ Martis imagines fabricabantur prima Scorpionis facie oriente, Martem armatum & coronatum. Ad morbos curandos fingebant Solis imaginem in auro horæ Solis, prima facie Leonis ascendente cum Sole; Regem in throno crocea veste, & coruum, Solisque figuram. Ad lætitiam, roburque corporis, Veneris imaginem puellarem, poma floresque in manu tenentem, croceis & albis indutam, hora Veneris, prima Libræ, vel Piscium, vel Tauri facie, in hisce enim signis valde proficere dicebant. Imaginem Mercurij ad ingenium & memoriam prima facie Geminorum sculpebant. Item contra febres sculpebatur Mercurius in marmore, homo tela manu gerens, hora surgentis Mercurij, subinde materia cuidam imprimebant languentibus assumendæ. Hinc omne genus febrium curare dicebant. Erat autem Mercurij forma, homo in throno sedens, galeratus, cristatusque, pedibus aquilinis, sinistrâ gallum tenens, aut ignem, alatus aliquando super pauonem, dextera tenens calamum, veste varia. Luna puella pulchra, cornuto capite supra draconem, vel Taurum sedens, serpentibus tùm capite, tùm pedibus inuolutis, mirificans contra calculum, genitaliumque dolores, & ad sanguinem adstringendum, hora Saturni, vim obtinere putabatur. Item Leonem auro imprimebant, quem quidem expellendis morbis gestatum mirificè conferre credebant. Ad venum morbos similem faciebant, Sole in corde Leonis medium Cœli obtinente. Prolixum foret dicta, quas per quælibet signa facies Antiqui, & quas Lunæ stationes tanquam necessarias ad exprimendas imaginibus obseruabant. Nam in Statione Lunæ a*

Characteristicam Ægyptiorum medicinam Arabes propagarunt.

Mahumed Ben Iosph Morgum Bonasa.

Paracelsus. Cornelius Agrippa. Coclenius Gaffarellus.

Marsilius Ficinus.

Forma Coll lapidibus & amuletis ab Ægyptijs & Arabibus incisis, ex Marsilio Ficino.

gradu Virginis decimo septimo ad finem eius faciebant imagines contra morbos, & odia, & iter felix. In statione Arietis à primo gradu ad duodecimum, contra morbos & discordiam. In statione Capricorni à gradu duodecimo ad vigesimum quintum, aduersus languorem, & carcerem. In statione Aquarij gradu quarto ad decimum septimum, ad curandos morbos, ad lucrum, ad augendam messem, & in alijs similiter eius vanæ sectæ superstitionibus machinabantur, quæ non sanarent Magum, quàm Medicum redolerent. Hæc Marsilius. Quæ quidem Arabum relationi congruunt, sed puram Ægyptiorum doctrinam non redolent, vtpote varijs aliarum gentium superstitiosis opinionibus contaminatam. Quæ itaque methodus fuerit in characteristica Medicina Ægyptijs vsitata, explicare visum fuit.

Methodus Ægyptiorum in characteristica Medicina.

Dictum fuit in præcedentibus, Geniorum duodecim signis Zodiaci, vti & septem planetis præsidentium dominium, eos quàm maximè obseruasse. Cùm enim succedisset quædam traditione Genios cum dictis signis planetisque, cum singulis corporis morbis præsides nôssent: sic auspicabantur negotium. V. gr. contra morbos cordis, aureæ lamiæ rotundæ hora Solis, & Sole circa Basiliscum, quod cor Leonis appellant moderni, constituto, incidebant figuram Sphyngis, quæ capite hominem, corpore reliquo Leonem referret, alis maximè conspicuam; totum verò hieroglyphicum Intelligentiam Solarem indicabat; per faciem humanam procedendi & intelligendi vim; per Leonis Solaris animalis corpus, fortitudinem & robur; per alas velocitatem motus exprimebant. Hanc figuram auro Solari speciei incisam, varijs suffumigijs ex varia Solarium specierum materia paratis, varijsque Solarium herbarum succis delibutam, Genio conceptis verborum formulis consecrabant: hanc summâ sollicitudine & curâ, dicto modo

Cordiacis morbis medetur ratio per characteristicam.

consecratam, lateri è regione cordis filo aureo appendebant; & sic beneficio Genij Solaris, huiusmodi Solaribus speciebus potenter attracti, tùm fidera, tùm species curæ fideique suæ commissæ, in membri pariter sibi commissi curam sollicitabant, atque adeo omnia à corde, spiritibusque vitalibus incommoda arceri & auertuncari firmiter sibi pollicebantur. Non secùs in reliquorum membrorum cura procedebant. Si tamen huiusmodi suum sortirentur effectum, nequaquam quenquam putare velim, id verè Numinis Solaris attractu factum, sed Dæmonum, eorum se operationibus semper interferentium, illusione contigisse, vt proinde huiusmodi meritò ab Ecclesia tanquam implicitam, vel explicitam Dæmonum inuocationem in se continentia, iam dudum proscripta fuerint; vnde similia non docco, sed Christianos hâc meâ descriptione cautos velim in similibus attentandis.

Superstitiosa characteristicæ medicinæ vsus.

Morbis capitis quomodo medicentur Ægyptij per Amuletericam medicinam.

Porrò contra noxios totius corporis humores & infirmitates, potissimùm capitis & cordis, omnium ferè morborum radicis, vasa præparabant

bant ex appropriato lapide, quibus symbola hieroglyphica, ad Genios cordis, capitis, humorumque præsides sympathica insculpebant, ex quibus quocunque morbo infestarentur, si potionem cephalicis & cordiacis speciebus ritè priùs compositam biberent, symbolorum occulto tractu, Genios præsentia sua infirmum liberare credebant; tametsi ego non tam symbolis, Genioque attracto, quàm Medicæ potioni, sanitatis effectum, adscribendum duxerim. Huiusmodi vas ex Cæsareo gazophylacio depromptum non ita pridem ad me transmisit celeberrimus Bohemiæ Archiater Ioannes Marcus Marci, amicus cumprimis singularis, cuius typum hîc oculis Lectoris vnà cum interpretatione eiusdem proponendum existimaui. Vas est ex integro Achate Orientali, altitudinis vnius palmi, si collum excipias, cui manubrium alterâ parte corporis insertum, annexum est; corpus dimidium latitudinis vnius pollicis habet in crassitie, vt proinde mirum sit, quomodo & quâ arte lapis tam durus per foramen tam tenue, videlicet latitudinis vnius pollicis, excauari potuerit: opus sanè admirandum est, verbo, Ægyptiacum. Anterior pars figuras hieroglyphicas sequentes habet. Figura humana in Scarabæi corpus desinens, ac quaternis alis in crucis formam se dispescentibus, vtrâque manu spicas continens; inferioribus binis alis annexus globus spectatur, cui supponitur Ibis expansis alis; sequitur hanc figura humana genuflexa, alterâ manu capite sextilem Lunam sustinens, triplici spicâ insignitâ, alterâ sceptrum Arietino capite insignitum continens; basin adornant flos Nenupharis seu Nymphææ, vel Loti Ægyptij, binis spicis stipatus. Posterior pars humanam figuram continet, quæ aram impolita Sphynge adornatam duobus brachijs Ypsilomorphis sustinet; sub cuius pedibus flos Nymphææ, vti priùs, geminâ spicâ cernitur. Latera opposita Cynocephalos continent, quorum vterque columnæ Nymphææ & spicis adornatæ rectus, & manu florem Neupharis continens, insistit; quæ partim rana, flori

Marcus Marci.

flori Nenuphari insidente, partim arulis, vasè, cœteríque symbolis insignitis è latere stipantur.

Hieroglyphici vasis explicatio.

Quæ omnia quid significent, explicare aggredior. In anteriori parte occurrit humana effigies in Scarabæi corpus desinens, quadruplici alarum diffusione spectabilis; quâ nihil aliud hieroglyphicè designatur nisi Intelligentia Solaris. Globum in capite gerit, quia diuinitatis particeps; Humanâ facie, & nudo pectore conspicitur, quia intelligit & pernidet omnia, tametsi ab omni terreniæ & materialis contagionis miscella libera; In Scarabæi corpus desinit, quia sicut Scarabæus pilulam suam materialem voluendo ab ortu in occasum, tùm corpore, tùm operationibus Solis operationes exprimit; ita Solaris Intelligentia mouet globum illum Solarem ex ortu in occasum, quâ conuersione omnia inferiora mouentur, animantur, generantur. Quæ cùm omnia fusissimè in Obelisco Pamphilio, Hierogrammatismo de Scarabæo, exposita sint, eò Lectorem remitto. Quadruplici alarum diffusione insignitur, quia motus sui vim in quadripartitam Mundi faciem summâ velocitate diffundit, vti citato loco traditum est. Manibus suis spicas tenet, quia ab illis ceu homogeneis, & Solaribus speciebus conuenientem alimenti rationem procedere putant: est enim frumentum vnicum & summum hominum sustentamentum, ac magnum in Medicina robur obtinens. Sequitur hanc figuram immediatè Ibidis simulachrũ, quæ coniunctio Solis & Lunæ exprimitur, quâ opportunè medicamentum sumendum; quæ coniunctio aptè significatur per ligamina ab Intelligentia Scarabæo-formi in Lunam derivata, quibus globus annexus est, hoc enim tempore in Lunæ globum Sol præcipuè agit, suâ eam virtute impregnando. Ibin autem Lunam significare, citato paulò antè libro, in Hierogrammatismo Ibidis, copiosè demonstratum est. Alas expansas habet, ad lætitiam & promptitudinem, quâ à Sole grauidari, in inferioris Mundi bonum, desiderat, significandam / Sequitur deinde figura genuflexa, vnâ manu Lunam sextilem capite impositam tenens, alterâ sceptrum κεφαλικὸν, id est, Arietino capite insignitum sustinens, quâ indicatur sublunaris humoris Præses Nephta, quæ vim Solis & Lunæ in frumentum influxuam in sublunari Mundo perficit, & iuxta tria anni tempora, quæ ternæ spicæ sextilis Lunæ cauitati impositæ monstrant, lætam & vberem messem præstat, auxiliante & dominante Ammone, quem sceptrum Arietiforme exprimit. Genuflectit in modum supplicantis, ad ordinationem Geniorum ostendendam, quâ inferiores Genij, superiores tanquam Præsides suos reuerentur. Cùm verò Ammon siue Arietis Genius, vti & Luna, capiti potissimùm præsint, pulchrè hoc hierogrammatismo ostenditur, quomodo Luna in Ariete constituta, Medicina ex frumento & Nenuphare siue Nymphæa præparanda sit, vt caput, atque adeo totum corpus ab omnibus infirmitatibus liberetur; quandè ritè & iuxta sacrificiorum leges præparata, Genij tùm Solaris, tùm Lunaris ad infirmitates suprà dictas dispellendas veluti allectamento quodam & sympathico illicio attrahãtur, Nenuphar verò cum spicaea Medicina paratum, quod ipsa figura Nenuphatis inter duas spicas ostendit; sum-

Anterior pars vasis.

summum in capitis morbis medicamentum esse, & ab Ægyptijs inuentum Abensina docet his verbis: Abensina.

وَيَقُولُ الْعَرَبِيُّ هُوَ كَرَنْبَا انَّمَا وَهُوَ شَيْءٌ لَيْسَ لَهُ الْعَرَبِيُّ فِي مِصْرَ وَمَنْفِعَتُهُ مُمْسِكَةٌ
لِلصُّدَاعِ الْحَارِّ وَالسَّعَرَاوِيِّ يُشْرَابُهُ مَعَ الدُّهْنِ وَيَنْفَعُ كُلَّ أَوْجَاعِ الرَّأْسِ وَهُوَ الدَّوَا
كَبِيرُهُ تَعْمَلُ بِالْمِصْرِيِّينَ ❊

Nilophar, id est, *Nymphæa Ægyptijs est caulis aquaticus, & locatur in Ægypto granum Sponsi, faminum concoctat, sedat dolorem capitis ex calida & cholerica materia causatum, & syrupus eius cum tritico preparatus confert omnibus doloribus capitis, est ab magnum medicamentum, maximè Ægyptijs.*

Posterior facies vasis hæc hieroglyphica continet. Vir seminudus supra caput expansis brachijs gestat aræ impositam Sphyngis imaginem; quâ significant, Intelligentiam Solarem cordis confortatricem; & ritus cœremoniasque, quibus similia Solari Numini in adytis consecrari debeant: cor enim in Medicinis exhibendis, maximè & præ omnibus alijs membris confortari debere existimabant, quo confortato, & spiritibus roboratis, omnem morborum malitiam facilè expelli credebant. Per cœremonias verò morbo analogas Sphyngem Solarem infallibiliter ad fidei suæ commissum membrum corroborandum attrahi putabant; vnde aliam, quemadmodum paulò antè ostendimus, Sphyngis imaginem auteæ laminæ in eundem finem incidentes, cordis regioni forinsecùs affixam gestabant, tanquam vnicam morborum cordis medicatricem. Vt verò cordiaca medicamenta maiorem effectum sortirentur, hinc è lateribus sculpebant duos Cynocephalos, Loti siue Nymphææ Ægyptiæ folium manu gestantes, supra columnas partim Nenupharis, partim triticeis caulibus ornatas, insistentes. Per Cynocephalos Lunam tùm post, tùm ante coniunctionem cum Sole, vti sextilis Luna capitibus eorum impositis monstrat, significant, qua phasi Medicinam administrandam esse innuebant. Est enim Cynocephalus, teste Horo, Lunæ symbolum, de quo vberrimè tractatum vide in Obelisco Pamphilio, Capite de Hierogrammatismo Cynocephali. Nymphææ verò herba Lunaris, maximæ virtutis est ad deducendos tùm ex capite, tùm ex omnibus membris humores. Columnis insident, Nymphææ flore conspicuis, tanquam rei fidei suæ commissæ, quas alterni caules nunc spicæ, nunc Nymphææ flore insigniti in formam candelabri, ambiunt; quæ indicabant, ad temperamentum Medicinæ necessariam esse compositionem ex Lunaribus & Solaribus speciebus, quales tùm spicæ, tùm Nymphææ erant; quod & limbus inferior vasis sat superquè docet, in quo semper Nymphææm spicis stipatam cernimus. Præterea vnicuique parua arula apposita videtur, cui vasculum impositum cum flore Nymphææ, & spica in vnam columnam compositæ; quâ cœremoniam tùm in vase, tùm in compositâ potione consecrandæ adhibenda tacitè innuunt. In posteriori verò arula, Nymphææ floribus in formam brachiorum extensis manus superextensa spectatur, quâ benefici Numinis sibi adfuturum sperabant, per huiusmodi analogas cœrimo-

Posterior pars vasis.

monias, attractum. In angulo tandem ranam videmus Nymphææ flori insidentem; quæ vti ex putrilaginoso Nili limo ortus sui incunabula habuit, ita putridum quoque in corpore latentem humorem, morborum causam per ranam significatam, facilè dicto medicamine expelli significabant.

vas præditum vina in morbis pellendis.

Hoc itaque vas tùm symbolis, tùm cœremonijs ritè consecratum, potione Lunæ-Solari replebant ægroq; exhibendam præbebant, vel Sole cum Luna coniuncto, vel saltem Luna Solem sextili aspiciente. Quo facto per hasce species Lunæ-Solares infallibiliter Numina attracta ægro pristinam sanitatem restitutura sibi persuadebant. Noverit tamen, Lector, huiusmodi hieroglyphica in diuersis Mundi ordinibus diuersam significationem habuisse: quandocunque enim medicinalibus vasis incidebantur, quem in sanitate homini concilianda effectum haberent, ostendebant. Hoc pacto in Obeliscis mundialium rerum arcana denotabant; in Tabulis verò, vti Bembina, arcanæ Theologiæ mysteria, & archetypationes significabant, quibus dicta Numina ad analogas rationes attrahebantur; de quibus fusiùs in III. Tomo.

Vrnæ hieroglyphicæ à Ferdin. IV. transmissæ explicatio.

Porrò huic accessit aliud vas medicinale, in formam vrnæ bipalmaris, huius figuræ, quæ sequitur. Cuius exactam delineationem Serenissimus Hungariæ & Bohemiæ, modò Romanorum Rex Augustus Ferdinandus IV. pro suo in Rempublicam literariam promouendam zelo, non ita pridem explicandam transmisit, in cuius medio sequentia hieroglyphica ponuntur, quæ explicare aggredimur.



Lectio Idealis.

I.

Mundorum elementarium dominatores, Genij Solares, qui superna & inferna influxu suo fouêt.

Fœcundo orientis & occidentis Numinis dominio potiuntur, quo omnia vniunt, potestate sua influxua omnibus vitam præbent.

Isis venerabilis, aquarum Nili dominatrix, agrorum præses adsit.

Sub hoc amuleto Nili prophylactico, fœcúdo influxu suo Orienti, Occidenti, Septentrioni, & Meridiei assitant commissis sibi pignoribus, atque hoc signo Tab omni malignarum potestatum impetu, in subterraneo Regno seruent & defendant.

Pri-

Primo ordine habentur hæc hieroglyphica; temon cum tribus lineis, sceptro superimposito; sequuntur hæc duorum Geniorum simulachra cum sceptro κεκυφότων, id est, Arietino capite insignito; deinde duæ pyramides inuersæ cum intermedio circulo. Per temonem indicant vehiculum quo per inferiores tres Mundos, veluti per humidum ducuntur Genij Solares, quod simulachra Accipitrinis capitibus conspicua indicant, auxiliante Ammonia vi per sceptrum Aristini capitis significata, & superiorem iuxta ac inferiorem Mundum stellis suis perstringente, quod per pyramides inuersas notatur. Vide quæ de Obelisco Pamphilium l. 3.

In secundo ordine primo loco sceptrum κεκυφότων, cum duobus curuis baculis, intermediante capite Hori, sceptro, circulo; sequitur manus extensa, cum serpente, & trigono; quibus Ammonia vis Orienti & Occidenti dominans, eiusque in Mundum sensibilem influxus rebus vitam præbet.

In tertio ordine caput fœmininum, cum suprapositio pheretro, quo cultus Isidis notatur; sequitur Accipiter symbolum Osiridis, cum figura aquæ; deinde duo sceptra cum duobus lineis obliquis, quibus dominium, quod in aquas possident, quemadmodum in Obelisco Pamphilio demonstrauimus, indicatur.

In quarto ordine vas Nilaticum, cum sceptro Momphta; cum duobus sceptris inquitus intermedio sceptro Ammonio, & duobus quadratis; quibus indicatur Momphæ & Ammonis beneficio calidum & humidum ad naturæ vegetabilis generationem aptè temperari, atque per influxum ipsorum ab omnibus aduersis & infortunatis defendi; quod per crucem anfatam & Nodum aptè signatur. Auctoritates hoc loco non adduco, cum eæ III. Tomo tanquam loco proprio referuentur. Atque hæc quidem iuxta physicum sensum ita accipi debent; iuxta sensum medicum, ea indicare volunt humorem ex variis speciebus compositum vasi inclusum, sub Ammonis, Isidis, & Osiridis potestate esse, vnde quicunque ex eo biberit infirmus, eorum adiutorio propter sympathicas tùm hieroglyphicorum, tùm specierum, ex quibus Medicina composita est, rationes, infallibiliter eum liberatum iri credebant.

Interpretatio vasis medicinalis extracti ex Musæo Petri Seephanonii vide in sequenti facie.

Talis erat vrnula ex Helite lapide medicinalis, quam Petrus Stephanonius in suo Musæo olim asseruabat, in cuius superficie in formâ cordis elaborata, hæc hieroglyphica depinguntur: globus alatus, figura humana κεκυφότως sedens, figura Solis, quem sequitur pyramis, & hanc Leonis caput, quod excipit Accipiter, cum flore Loti, terminat tandem circulus cum duobus segmentis, vt in seq. fig. patet. Quæ quidem hieroglyphica nihil aliud indicant, nisi Solarium rerum catenam, in qua primo loco globus alatus exhibet triforme Numen, statua κεκυφότως cum stella apposita, Genium Solarem, circulus verò ipsum Solem, pyramis ignem, caput Leoninum, animal Solare quadripes, Accipiter Solarem alitem, Lotus Solarem plantam; circulus verò cum duobus segmentis, Solem subterraneum, videlicet aurum; nihilque aliud indicant, nisi cardiacum

morbum quem curari posse credebant, solis rebus Solaribus ex catena Heliaca extractis: id est, poculo ex lapide Helite in cordis figuram adaptato, ex quo potio ex Solaribus liquoribus, quæ conjuncti speciebus Solaribus delibutæ sint, & per ignem distillata, hora Solis, ab infirmo ebibebatur, vti dictum est. Figur sequitur.

Ægyptij & Arabes vasa medicinalia hieroglyphicis insigniunt.



Poculum varijs superstitiosis characteribus insignitum.

Paracelsus.

Annuli & lamina medicæ Ægyptiorum.



Itur itaque familiare Ægyptijs, vasa medicinalia hieroglyphicis quibusdam characteribus Numinum certos morbos respicientium notare, quibus tanquam sympathicis rebus tacitis, morbos quos notabant, curarent. Acceperant ab Ægyptijs istiusmodi inuentum Arabes, quibus huiusmodi vasis characteristicis nihil frequentius est, vti videre est in Musæis Angelomi, Caroli Antonij Magnini, & meo; quæ huiusmodi philtris in medicum vsum paratis continent; hoc tamen discrimine, quod Arabes, præter figuras Scorpionis, Serpentis, Leonis &c. Orationes quoque seu Ensalmos ex Alcorano depromptos Arabicis characteribus descriptos apponant; à quibus ad nostra vsque tempora mos hic deductus varia quoque pocula suppeditauit superstitiosis characteribus contra certorum morborum vim insignita; v. g. contra ictericiam accipiunt poculum ex cera virgine flaua, cui Galgali volucris figuram imprimunt; ex quo quotquot ictericis morbo infesti biberint, mox eo liberati asserunt. De quibus fusè superstitiosis Paracelsus in suis Archidoxis, quæ cum indigna luce sint, consulto omitto.

Porrò Ægyptij non tantùm memoratis vasis vtebantur, sed & vtplurimùm contra morborum vim dicta hieroglyphica appropriatis laminis & annulis portatilibus incidebant: & illas quidem collo, pectori, capiti, lumbis, ventri, genitalibus, aliisque membris pro morbi situ applicatas gestabant; hos diuersis digitis diuersos morbos respicientibus inditos ferebant; cuiusmodi dum hæc scribo, à Torquato Alexandro Capitaneo mihi fuit monstratum ex Metallo Corinthiaco, cui loco gemmæ capsula erat, cuius operculum intra vertebram versatile capite Isidis insigniebatur, intus lauinam auream habebat conditam, quemadmodum per rimam quandam conspiciebatur; quibus tamen figuris insignitetur,

tur, cognoscere non licuit, cùm operculum diuturnitate temporis capsulæ ita tartari interuentu coaluisset, vt nulla ratione nisi per sectionem aperiri potuerit; neque adigi poterat possessor eius vllis precibus vt aperiretur; nam hoc pacto plus fidei & existimationis inuiolatum habiturum cimelium censebat; figuram tamen apponendam duxi.

Dij in varia materia incisi contra morbos ab Ægyptijs.

Sed vt ad institutum reuertamur, reuerebantur Ægyptij præter cætera Numina maximè Isin & Osirim, ac Horum siue Harpocratem, tanquam Iatricos Genios. Hinc passim eos in varia materia, vti ligno, osse, metallicis laminis, diuersisque pretiosis lapidibus pro morborum ratione summo rigore, tempore, cæterisque Astrologicis circumstantijs obseruatis, incidebant, vt sequentia amuleta demonstrant. Capsulas quoque feciisse reperio in formam membrorum quos respiciebant, adaptatas, cuiusmodi vnam non ita pridem mihi exhibuit suprà laudatus Torquatus Alexander Capitaneus. Capsula est in formam cordis, & fructum foliumque Persææ mentiens, in cuius meditullio Harpocrates nudus, infans, labijs digito appositio silentia suadens, positus spectatur, ijsdem prosus symbolis quibus alias insignitur, in capsula efformatis; quod quidem prophylacticum cordis potentissimum gestarum existimabant. figuram hic ad meliorem rei informationem, apponendam duximus, vt vel hinc videas quibus modis & industrijs Ægyptij in morborum cura versati sint. Causam autem, ob quam tantopere tres dictos Genios coluerint Ægyptij, Diodorus his verbis assignat. *Asserunt*, inquit, *Ægyptij, Isidem plurimùm inuentricem ad morbos medicamentorum ea medicinæ arti admodum contulisse, eamque immortalitate quoque potitam gaudere hominum cultu, inque eorum valetudine præcipuè versari; quia etiam in somnis opitulatur palam eis, quos censuerit dignos, tùm ostendens suum Numen, tùm erga gentes curandas beneficentiam. Signa horum esse dicunt non Græcas fabellas, sed operâ certa; omnis enim fermè orbis hanc Deam colit, propter manifestas eius morborum curas. Etenim in somnis illam dicunt non rectè valentium morbis auxilia præbere, & qui eius monitis obtemperent, præter opinionem curari, etiam quorum Medici salutem desperarint. Visu quoque, aut alia quapiam corporis parte debiles, eius Deæ Numen implorantes in pristinam valetudinem restituuntur. Ab ea quoque medelam ad assequendam immortalitatem aiunt esse inuentam. Itaque Orum filium à Titanibus interfectum, ac per aquam repertum, non solùm in lucem restituit, sed & fecit immortalem. Quem quidem Orum dicunt Apollinem interpretari, ac medendi, diuinandique artem à Matre Isside edoctum, multum hominibus tùm oraculis, tùm medelis attulisse vtilitatis.* Ex quibus patet, cur tam intenso cultu Isidem, Horum, & Harpocratem coluerint; siquidem horum imagines passim varijs metallicis laminis gemmisque incisas, vti dictum est, contra morborum vim gestabant. Verùm hæc omnia ampliùs in Magia Gnosticorum pertractabuntur, vbi signacula varia huius farinæ ad confirmationem dictorum adducemus; vbi etiam superstitiosi ritus in huiusmo-

Capsula Medica.

Diodorus.

Isin Osirin, & Horum cur tantopere coluerint Ægyptij.

iusmodi amuletis apparandis copiosè consutabuntur. Atque hæc sunt, quæ de Medicina Veterum Ægyptiorum dicenda putauimus; in qua si quicquam omissum fuerit, Lector alijs passim tractatibus insertum re- periet.

CLAS-

CLASSIS X. ALCHIMIA HIEROGLYPHICA, Siue Aurifera Ars Aegyptiorum.

SERENISSIMO PRINCIPI

FERDINANDO II.

Magno Hetruriæ Duci.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

VOTIES admirandis, Serenissime Princeps, & propè diuinas animi Tui prorsus Heroïni virtutes altius mecum pondero, toties egregium illud Plutarchi Epiphonema in Te comprobatum esse video:

Nihil videlicet Principe sapientiæ & [illegible] laude conspicuo pulchrius, splendidius, ac præstantius esse. Quâ quidem, quæ est animi Tui vastitas, & ingentis intellectus energia, ita flores, ita ed Mundum illustras, vt quem Tibi, siue abstrusarum rerum notitiam, siue diuinorum humanarumq; scientiam species, anteponam, inuenerim neminem. Testatur id Gazophylacium Tuum, rerum omnium, quæ animo concipi possunt, varietate longè instructissimum, in quo veluti in vero quodam Artis & Naturæ Theatro, quicquid vtraque rarum & peregrinum possidet India, Asia inuisum offert, monstrosum parturit Africa, Europa exoticum in artis miraculis producit, veluti in maioris Mundi epitomâ quadam, summâ aduenarum admiratione, reclusum tenes. Cùm itaq; Magni Cesaris iussu Oedipum hieroglyphicæ disciplinæ instauratorem iam luci publicæ committere caperim, atq; inter cætera eius argumenta veterum Ægyptiorum Alchimia non infimum locum obtineat; eam gloriosо Nominis Tui honori meritò, tanquam vnico abditarum rerum Iudici, inscribendam duxi; vt grata tandem posteritas cognoscat, quantum summæ Tuæ liberalitati & munificentiæ debeam, ex qua non hoc præsens duntaxat Opus, sed & cæteri qualescunq; ingenij mei partus nullo non tempore tantum ad illustrandas rerum reconditarum notitias, subsidij & emolumenti hauserunt. Suscipe itaq;, Serenissime Princeps, hoc qualecunq; tandem rerum abstrusarum argumentum, non eo quidem animo Tibi oblatum, vt nouæ Tibi omnium rerum gnaro scientiæ incrementum accedere posse putem; sed vt illud sit meæ in magnam mentem Tuam æstimationis, summæq; tuxta ac sinceræ voluntatis [illegible] cedro perennius; atque adeo, quæ ex immenso thesaurorum Tuorum pelago prosluxerunt, eidem posthliminio restituantur. Vale, Magne Dux, Idea Principum, & æternum literatorum decus, literisque meis, vti soles, fave.

CLAS-

CLASSIS X.

Alchimia Hieroglyphica, siue Aurifera Ars Aegyptiorum.

PRAEFATIO.

MIRABITVR forsan Lector, argumentum me hoc loco longè extra instituti mei limites semotum suscepisse; neque decreui forsan Aristarchus nonnemo, qui me Obeliſco figat, dum multis odiosam, sophisticam, fastidiosam, fumiuendulam, verbo, plenam aleæ artem, non paucis huiusce, & hominem sapientiæ apicem, omnium bonorum felicitate refertam, pertractandam aggrediar. Alchimiam cur tractet Author, & quomodo.

Nouerit tamen, argumenti propositi rationem ita iure quodam sibi vendicasse, vt Oedipum agturus, cuius proprium est, occultos abstrusarum rerum nodos soluere, hanc pro modulo meo, ad Ægyptiorum mentem varijs hieroglyphicorum involucris exhibitam è suis tenebris euoluerem. Non quod eam approbem, aut quod inde vllam vtilitatem aut emolumentum, quæ ad partem, quæ auro conficiendo insistit, hauriri posse credam; sed vt quod veneranda antiquitas tot symbolis notisque symbolicis posteritati consignatum credidit, fideli & sincerâ expositione in lucem educerem; vnicuique libertatem plenam relinquens, vt quod voluerit, teneat, credat, iudicet. Certè ex iis artibus & scientijs, quas humana curiositas tam studiosè sectatur, tam ardenter expetit, vti nullam acrioribus flagellis exagitatam, ita nullam pertinacius defensam reperi. Nec mirum; quo enim non auri sacra fames mortalia pectora cogis? Sunt qui, dum omnem ætatem, vitam, substantiam fumosâ hâc negotiatione sine vllo fructu & vtilitate consumpserunt, desperatione in transfersum actti, non artem duntaxat, sed & naturam ipsam tanquam nonercali odio liuentem, iniurijs & calumnijs lacessere non verecundentur. Alij naturalium rerum ignorantiâ, siue præpostero iudicio, aut alijs priuatis pathematis stimulati, dum altius insurgunt, quod cauillarentur, insectarentque, non intelligunt. Sunt denique, qui vastis voluminibus, artis præstantiam & diuinitatem innumeris verborum encomijs in cælum euehunt, & vti impostorum consuetudo fert, exoticis characteribus, tum symbolis, tum pronunciatis, veriùs Vulpinâ quadam astutiâ propriam ignorantiam ita obuelant, vt ipso facto, quod ipsi nescirent, alios nescire velle monstrarent: nè tamen fraudis impositæ insimularentur, nescio quibus pomposis verbis, & affectatis exoticorum nominum ampullis, plusquam Sophocleo Cothurno superbientes, artem plebeium horrendè confusam, sordibusque intolerabilibus refertam, veriùs Augiæ stabulum verrunt, hâc vnicâ intentione compulsi, nè quod in tanta hominum existimatione, tanto apud Reges & Principes in pretio esse consciunt, nescisse se posteritati comprobent; quod proprium Alchimistarum huius temporis est. Et cùm Philosophia Chimica in intimis naturæ penetralibus conclusa fixas radices habeat, ita tamen ei comparatum inuenio, vt nulla vnquam ars fuerit, quam maior hominum ignorantia. Ab alijs dematur. Ab alijs commendatur. Et quo fine. Præsertim à philosophia ignaris.

rissimorum sordidissimumque mysterio expressa, illotis, vt aiunt, manibus pertractandam susceperit: qui cùm omnis scientiarum & artium fundamentum, & principium citò percipiendæ naturæ illam subtilium barbam tantæ cupiditatis & tam effrontis audaciæ sint, vt scientiarum etiam acutissimus Philosophis occultis & naturæ secessus, imperuia sua penetralia non aperiat, doctus & lectus præscribere non erubescant. Consulat Philosophastres, digni sane, qui in Chimicam, sed in ferrariam potius officinam abigantur. Maioribus huius artis scientiæ honor habebatur Ægyptijs, qui præter Reges Sacerdotes, & Philosophum summo & acutissimo ingenio præditos homines, cæteris aliarum hominum artes colentibus, eximebantur, non aliter morte expiendum. Vnde non sine ratione dictum est, abstrusis symbolorum notis eandem obuelabant artem, ne ipsi hoc infortunio abstrusum eam cum notabili Regni sui detrimento, imò ruinâ, verti contingeret. Hanc ergo eatenus modò in hac Classe explicandam duxi, vt quemadmodum alia fuerit, ex quorum præsumptione constiterit, quæ emolumenta Regno attulerit, lectio sit ansa intelligendi ab origine totius negotij rationem aduersus. Alchimia apud Ægyptios in honore.

CAPVT I.

De Origine Alchimiæ Ægyptiorum.

ALCHIMIA, quam Ægyptij τὴν ἱερὰν καὶ θείαν Sapientiam Hermeticam, Græci ἱερὰν τέχνην, hoc est, artem auriferam, Arabes الكيميا scientiam vniuersalem, alij alijs nominibus appellant, nihil aliud est, quàm ars conficiendi aurum: de cuius origine varij variè disceptant. Sunt qui ab Alchimo primo eiusdem inuentore, vel à χυμὸς βάσιλλα, à fundendis metallis Alchimiam sic dictam volunt. Alij Hermetem Trismegistum eius inuentorem facium, vti Ægyptij eorumque Asseclæ Arabes. Certè antiquissimam artem esse, vnanimis omnium Philosophorum consensus testatur. Vnde tamen originem suam primordialem habuerit, nobis demonstrandum incumbit. Alchimiæ nomina, Antiquitas, & origo.

Suppono itaque primo, primæuos ante diluuium Patriarchas ab Adamo insita sibi à Deo rerum omnium naturalium scientia conspicuos edoctos, vti reliquarum artium, ita potissimùm metallicæ Philosophiæ humano generi tantopere necessariæ peritissimos fuisse. Consentiunt in hoc omnes propè in sacram Genesin Commentatores. Et aurum quidem tunc temporis notum fuisse, ostenditur ex secundo capite Geneſ. vbi versu 12. sic habetur. *Nomen vni (ex quatuor videlicet fluuijs) Phison, ipse est qui circuit omnem terram Heuilath, vbi aurum nascitur; & aurum terræ illius optimum est.* Metallorum verò reliquorum tertio capite eiusdem fit mentio, versu 22. *Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris, & ferri.* Ex quibus patet, metallicam artem statim à primis Mundi nascentis incunabulis, à filijs Adæ, vtpote sine cuius opeomnia ad vitam rectè administrandam subsidio destituerentur, fuisse excultam, nec dubium esse debet illi, qui longissimam primorum hominũ vitam, Primæui Patriarchæ omnia scientiæ habebant. Metallicæ artes antiquissimæ ante diluuiũ.

vitam, tanto instructore, quasi Adam esset, administratam, peritiùs conſideraverit; vnde hinc dubio naturam ſingulorum metallorum exactè calluerunt. Eoſdem quoque metalla coquendi, diſſoluendi, de purandi, colliquandi, indurandi, poliendique peritiam ſingulatim tenuiſſe, certum eſt. Quid enim in tam diurna vtriuſque ſeculi curſu, accedente continuâ, & longa rerum experientia tradita de ijs theoriæ iuncta, conſeri non poterat? Vide quæ de Adami ſcientia Chaldæa ſupra deduximus. Et ne metallica ars, tam humano generi neceſſaria, obliuioni daretur, eam traditione vſque ad Noemum propagatam fuiſſe, ei patebit, qui quæ in Obeliſco Pamphilio de laminis metallicis, in quibus Cham ante diluuium artium & ſcientiarum inuenta inſculperat, recumque in arcam, ne imminente diluuio, quod tanto ſtudio comparatum fuerat, periret, deduxerat, ad poſteros propagatis, e variis Authoribus oſtendimus. Huc pertinet quoque, quæ ſupra in Architectonica Ægyptiorum de immenſis primorum Regum aureis operibus ex relatione Arabum adduximus.

Poſteris Antediluuij conſignata.

Suppono ſecundò, poſt diluuium hanc metallicam artem, maximè fuiſſe cultam; idque ſuperbiſſima opera tùm Turris Babylonicæ, tùm Semiramidis omnibus retrò ſeculis admiranda monumenta, quæ quidem ſine exacta metallicæ artis notitia fieri non poterant, ſat ſuperque demonſtrant. Nam vti Diodorus tradit; *Semiramis in ſummo templi tres ingentes ſtatuas mortar, Iouis, Iunonis, Opisque erexit: quorum Iouis adhuc extat longitudine pedum 40, mille Babyloniorum talentorum ponderis. Opis ſimul quadrigis & ſellaturæ reſidet, ad cuius genua duo adſunt Leones, iuxtaque ſuperdent ſe argenti ingentis magnitudinis, ponderis quidque eſt talentorum triginta. Iunonis ſtatua ex auro manufacta, longitudinis pedum 40, duodecim latitudinis, ponderis talentorum 50. Duo præterea Carchefia talentorum 30 erant, totidemque thuribula, vtrumque talentorum 30. Crateres ex auro tres, quorum Iouis dicitur talenta 1200 pendebat, aliorum quiſq. 600; quæ omnia poſtmodum Perſarum Reges diripuerunt.* Quantum præterea ferri, æris, plumbi in immenſos & propè innumeros hominum exercitus impenſum exiſtimabimus? Nam vt Cteſias apud Diodorum l. 2. c. 2. meminit, duxit Ninus contra Bactrianos in exercitu decies ſepties centena millia peditum, equitum 200000. ducenta millia, currus falcat os 16000. Vt interim ingentem armorum ad inſtruendum tantæ multitudinis exercitum neceſſariorum copiam præteream: non enim fuſtibus tantùm & lapidibus, ſed gladijs, haſtis, arcubus ſingulos pugnaſſe verisimile eſt. Abrahamum certè eidem ſeculo Synchronum, diuitem fuiſſe in poſſeſſione auri & argenti, ſacræ literæ cumprimis teſtantur. Sumptus auri, vti habetur Exodi 37 in tabernaculi ſtructuram oblati, fuerunt 29 talentorum, & 730 Sicelorum, quæ conficiunt libras auri 151595. Sumptus argenti pro eadem opera 100 talentorum, & 1775 Sicelorum, quæ faciunt libras 37720. Hiram Salomoni in templi opera miſſe traditur 120. auri talenta; quæ conficiunt libras 540000. & tantum quoque auri Sabath Reginam Salomoni obtuliſſe ſacer textus docet. Ex Ophir allata quoque feruntur Salomoni auri talenta

Diodorus; Semiramidis ſtatuæ ingentes auream ſtatuam erexit.

Armamentaria copia & armatorum ingens Ninj.

Exodi cap. 37.

Auri ſumptus in Tabernaculi ſtructura.

Ibid.

ta 420, id eſt, libræ 1890000. Dauid patiter reliquiſſe dicitur filio Salomoni pro templi fabrica centum millia talentorum auri, quæ libras 4560000000. præterea argenti vnum millionem talentorum, quæ libras 3750000000 conficiunt; quibus de proprio peculio adiunxit 3000 talenta auri, id eſt, libras 135000000: argenti verò 7000 talenta, id eſt, libras 262500. Contributio Principum in eiuſdem templi ſtructuram fuit 5000 talentorum, & 10000 adarconim, quæ libras faciunt 2250 7500 præterea talenta argenti 10000, quæ libras faciunt 3750000. In ſumma redditus annui Salomonis, præter negotiationis, & aromatum proventum, & Principum honoraria, in ſolo auro 666 talentorum fuiſſe perhibentur, quæ conficiunt libras 2997000. Omnes hæ Salomonis diuitiæ coniectæ in vnam ſummam conficiunt 87585000 libras, hoc eſt octingentos ſeptuaginta tres milliones, trecenta quinquaginta octo millia librarum, & quingentas. Quæ ſumma profectò tanta eſt, vt meritò paradoxa culpiam videri poſſit, & quæ omnem fidem excederet, niſi id ſacræ literæ teſtarentur. Excepto ſi de maiori talento 125 librarum, quod Kikar Hebræi vocant, ſermo ſit, id dici non poſſe videtur, cùm totius auri ſumma in vnam maſſam conflata, ipſum templum, vel etiam montem integrum æquare poſſit. Vnde veriſimilius eſt, nonnulla talenta, vti ſunt quæ Dauid Salomoni in templi ſtructuram reliquiſſe dicitur, minoris pretij fuiſſe, quorum vnum ſex drachmas conſtituiſſe Pollux tradit in Onomaſtico. Certè auri & argenti nullum numerum fuiſſe in diebus Salomonis, & argenti, tantum, quantum lapidum, ſacra hiſtoria refert.

1. paralip. 22. 14.

1. paralip. 29. 4.

2. paralip. 29. 7.

2. paralip. 9. 13.

Talenta duo templi fabricæ inſumpta, quæ.

Pollux.

His itaque ſuppoſitis, quæritur vnde tanta auri & argenti, tanta æris, plumbi, & ferri copia prouenerit. Certè Salomonem id non feciſſe, ex ſacris literis conſtat, cùm partim ex Ophir & Tharſis, partim ex Regum & Satraparum contributionibus, partim denique ex Veſtigalibus & propria Salomonis induſtria, tanta ſumma conflata ſit. Ego ſanè arbitror, tum temporis, noſtris forſan incognitam temporibus, ex omnibus terreſtribus partibus aurum argentumque, vti & cætera metalla, ſummâ facilitate educendi artem viguiſſe, & ſucceſſiuâ quâdam traditione reliſtam ijs ſeculis notitiam, excultamque fuiſſe tùm aliorum, tùm potiſſimùm Salomonis ſapientiâ, quem Rabbini in hunc locum commentantes, perfectè venas omnes auri & argenti, omniumq; terreſtrium partium, etiam viliſſimæ arenæ, latentes aureas argenteaſque miſcellas cognouiſſe referunt, multis conjiciuntis. Sed de his in ſequentibus ſuſius, nunc ad initio nobis propoſitum ſcopum reuertamur.

Auri copia ingens temporc Salomonis ex arte Chimica.

Salomon perfecti auriferæ artis notitiam habuiſſe creditur.

Multa & magna ſunt, quæ de inexhauſtis Salomonis diuitijs inanimus; verum exigua, ſi cum diuitijs Ægyptiorum comparentur. Rem exemplis doceamus. In vna ſolùm pyramidum maxima erigenda, quam Herodoto & Diodoro teſte 360 hominum millia viginti annorum ſpacio extruxerunt, in ſolas capas & allia 1600 auri talenta, impenſa ſunt; in lapidum verò vecturam, ſtructuramque viginti annorum ſpacio 1200 milliones auri inſumptos hiſtoriæ Ægyptiorum meminerunt. Non minori ſumptu Labyrinthum Ægyptium conſtituiſſe Ammianus refert. In

Ægyptiorum opulentia.

Herodotus. Diodorus.

Sumptus facti in pyramidibus, & labyrintho.

Auri copia in Ægypto à Persis direpta, reperta.

Thebana vrbe tanta fuit auri & argenti copia & abundantia, vt postincondium, quod Cambyses Vrbi omnibus seculis memorandæ iniecit, auri, quod liquefactum diffluxerat, summa à Persis collecta sit, Diodoro teste, 300 talentorum; argenti verò 2500 talentorum: quæ in auro 57000, in argento verò 287500 libras conficiunt. In Meridis lacus effossionem innumerabilis auri vis expensa dicitur, ita vt Diodoro teste, solarium pisciũ vectigal pertingat ad 365 talenta auri annuorum reddituum. Redditus annuus in auro, quod Regi Simendio persoluebatur, teste Diodoro, erant Minæ centies trigesies semel millies millena millena, & insuper ducenties millena millia, seu 13 [illegible] & hoc in monumento eius scriptum fuisse perhibetur; quod monumentum circulus aureus ambibat, in periodo 365 cubitorum, ita vt singuli gradus cubo aureo constarent. Cùm verò cubus ex auro puro conflatus & cubicatus ad minimum pendat 10000 aureorum, totum circulum 3650000, tres millliones sexcenta quinquaginta millia aureorum confecisse patet. Nihil dicam hîc de alijs sumptuosis monumentis, quæ suprà in Architectonica Ægyptiorum tradidimus, innumerabili auri argentique copia extructa leguntur. Nihil de Sesostris trecentorum millium hominum exercitibus; nihil de sumptibus, qui in Obeliscorum, Statuarumque erectione expensi sunt; ex dictis enim immensæ Regum Ægypti diuitiæ satis superque patent, quæ omnes Imperatorum, Regum, Principumque potentissimorum thesauros longè excessisse videntur; vt proinde non sine causa Plinius, dum superbissimarum molium structuras memorat, otiosam stultamque pecuniæ ostentationem fuisse dicat.

Auri diuitiæ omnium Regum diuitias superabant.

Plinius.

Auri diuitiæ.

Cùm itaque tanta auri argentique in Ægypto, qualem descripsimus, copia extiterit, meritò quispiam dubitare posset, vndenam tantam pecuniæ vim acquisuerint, præsertim cùm Ægyptus aurifodinis non adeo referta celebretur. Huic dubio vt satisfaciam, ab ouo rem ordior. Certum est, Ægyptios à Trismegisto edoctos, artem habuisse, ex omnibus terrestribus rebus educendi aurum; quam quidem artem dictum Trismegistum, à Ianigenie, quibus Synchronus erat, instructum, ad posteros propagasse, aperte docet Chronicum Alexandrinum, dicit enim, Mercurium à Pico Ioue Rege Ianigena in Italia edoctum, minerarum auri detegendarum, aurique conflandi rationem inuenisse; deinde in Ægyptum ad Misraimum profectum, aureo amiculo indutum philosophasse, atque eam, quam inuenerat artem Ægyptios docuisse; ob quod beneficium in omnium admiratione habitus, Mercurius dictus, aureique Numinis titulum adeptus est. textum Chronici in Obelisco Pamphilio fol. 105 fuisse positum contemplare. Artem itaque quandam auriferam primæuos hominesnemini nisi Regibus, familiarumque capitibus, eamque non scriptis, sed oretenus traditam possedisse, siue ea in auro ex omnibus rebus educendo, siue in cæteris metallis vnum in alterum transmutandis constiterit, adeo certum est, vt de eo nemo, nisi totius historiæ ignarus, dubitare possit. Fuit autem data opera summo silentio à possessoribus ideo suppressam, ne

Ægyptij aurum ex omnibus terrestribus educebant.

Chronicum Alexandrinum.

ne aroaniora naturæ gazophylacia ignaræ plebi aperta in conclamatam Reipublicæ perniciem cederent, regnoque vltimam meritò ruinam adducerent. Vnde non sine ratione ingeniosissimus Mercurius tantæ damna præuidens, sicuti diuiniorem de Deo, Angelis, Mundo, Philosophiæ portionem, reconditissimis symbolis, ne communi vsui paterent, obuelauit; sic & hanc artem auriferam inter eas scientias, quæ sublunaria subterraneique Mundi œconomiam contemplantur, arcanissimam diuinissimamque meritò ijsdem hieroglyphicarum notarum, obscuritatibus à prophanorum lectione longè semotissimam, obtexit. Qualis verò hæc ars, & quibus hieroglyphicis adornata fuerit, iam tempus postulat vt aperiamus.

Auriferæ artis scitu. Regibus familiarumque capitibus apud Ægyptios.

CAPVT II.

De hieroglyphicis, quibus aurifera ars à Trismegisto fuerit exhibita.

MErcurius Trismegistus totius recondit æ doctrinæ Author, cùm abdita quæuis in naturæ maiestate elucescentia summâ ingenij subtilitate penetrasset, ne tanta in Mundanis recessibus sacramenta cuiuis obuiam fierent, ingeniosam illam hieroglyphicorum architecturam adortus est, quâ singula magni momenti mysteria sub symbolis quibusdam ad pantamorphæ naturæ similitudinem excogitatis, ita recondidit, vt tamen ijs, quos dignos judicaret, & sibi ingenij perspicacitate similibus, haud imperuia relinquerentur. Vnde electis in hunc finem Sacerdotibus, Philosophis, & Prophetis, quibus vnica ad Regni solium spes erat, mentis suæ arcana per dicta symbola expressa, ne vna secum tanta inuentarum rerum emolumenta interirent, communicauit, sæpiusque contra omnem temporum iniuriam incidi curauit. Quoniam verò tantarum rerum scientia paucis verbis exprimi non poterat, symbola quædam Idealia, quæ analogiam quandam multa complectentem tenerent, cuiusmodi hieroglyphica sunt, subtili sanè indagine excogitauit, quibus omnia ea, quæ sine multis discursibus describi non poterant, & solo, & mystico vnius symboli conceptu patefierent. [illegible]

Trismegistus hieroglyphicorum Author.

Cùm itaque omnia in omnibus sub certa quadam analogia latere conspiceret, imò superiora in inferioribus, hæc in superioribus, mediisque mirâ quâdam ratione contineri intueretur; quadruplicem Mundum distinxit, Archetypum, Genialem, Siderum, & Elementarem, vti suprà in Systematica Mundi, & in Obelisco Pamphilio ampliè demonstratum fuit; in quibus ordines rerum, & entium gradus eo ingenio disposuit, vt nullum inferiorum Mundi ens existeret, quod non suum tum in Sidereo tum Genial Mundo, secundum intentam analogiam, ens haberet consonium & proportionatum; quæ quidem in Archetypo Mundo, ideali quâdam analogiâ secundum nostrum concipiendi modum disparata, re vera ta-

Quadruplex Mundum distinxit Trismegistus.

Cæterorum mundanarum origo vnde.

men sub vnius simplicis essentiæ diuinæ ratione considerantur. Atque hinc catenæ illæ, quas ἰυγγες vocant Ægyptij, de quibus in præcedenti Classe, originem inuenerunt. Habet superior Mundus suum Solem, Lunam, cæterosque Planetas, quibus è superiori Mundo Intelligentiarum totidem Præsides Genij consignantur; habet & ea inferior Mundus. Cùm itaque in Sidereo Mundo Sole nihil excellentius, nil præstantius, diuinùsque reperisset, & in inferioris elementaris Mundi miscella nihil auro pulchrius, efficaciùs, excellentiùsque cognouisset, illud ob Solianalogas virtutes, inferioris Mundi Solem nuncupauit. Hoc pacto videns Lunam esse Soli præstantia proximam, Lunam inferioris Mundi argentum esse voluit; & sic de cæteris Planetis, singulos singulis inferioris Mundi correspondentibus metallis συμπαθως connectendo. Hinc factũ est, vt per symbolum v. g. Solis, quadruplicem sensum exhiberet, seu vt Solis Archetypi, Genialis, Siderei, Metallici seu Elementaris arcana sub quadruplici analogia veluti vnum quidpiam considerarent; ita vt quæcunque de diuinitate Supremi Numinis mysteria traderet, eadem suo modo & de mysterijs Genialis Mundi, Siderei, & Elementaris intelligi possint. Cùm verò nihil in vniuersa natura metallicis operationibus mirabilius cognosceret, artem hanc sub iisdem mysterijs, quibus supremi Numinis, cæterorumque Mundorum sacramenta exhibuit, quem postea Græci in omnibus secuti, naturam rerum haud absimilibus ænigmatis, vti paulò post videbimus, absconderunt. Quânam verò ratione hanc artem auriferam hieroglyphicis suis exhibuerit, iam dicendum est.

Aurum Sol terrestris.

CAPVT III.

De symbolis hieroglyphicis, quibus Chimica arcana exprimuntur. Sub historia Osiridis, Isidis, Hori, Typhonis repræsentata.

Historiam Osiridis, Isidis, Hori, Typhonis, varios sensus inuoluisse, ex multis huius Oedipi argumentis patet, potissimùm ex Mysagogia Ægyptia Obelisci Pamphilij; vbi hanc non iuxta historicum tantùm, sed & physicum, medicum, tropologicum, anagogicum, allegoricumque, & in secundo huius Syntagmate, iuxta politicum sensum expósimus. Restat modò, vt quomodo Ægyptij Chimicum Mundum eâ historia indicârint, seruato semper eodem analogiæ tenore, ostendamus.

Chimicus mundus sub historia Osiridis, Isidis, Horis, Typhonis apud Ægyptios.

Quemadmodum Ægyptij per Osiridem, Isidem, Horum, Typhonem, indicarũt Solis & Lunæ in hac mundana domo per varia naturæ certamina, labores; ita & per Solis & Lunæ subterraneæ variæ diuersæque operationes, omnium præstantissimum effectum producendum, qui (vt multi falsò credunt) est humanæ felicitatis fuis, analogicè indicarunt. Considerantes enim artem, quam tanto studio colebant, eiusque obiectum, formam, efficientem, effectusque nescio quam cum principijs Mundi partibus communicatam habere, nempe cum Sole, Luna, igne, aere, aqua,

aqua, terra, cæterisque siellis errantibus; eadem ab iis denominarunt. In subiecto enim artis duo considerabant, quorum vnum masculi, alterum fœminæ rationem obtinet; ideoque illud Osiridem seu Solem, hoc Hidem seu Lunam dixerunt. Mercurium qui Solis & Lunæ coniungitur, vtrique communem dixerunt; cùm non sit Solis & Lunæ in maiori Mundo coniunctio, nisi præsente Mercurio Solis satellite. Osiris verò & Isis vti coniuges sunt, sic & frater & soror, Plutarcho teste, sub mystica quadam ratione habentur, quibus additur tertius quidam Typhon, niger & ardens spiritus, qui Osiridem fratrem vterinum in minutissima membra dissecat. Hisce adnumerant Vulcanum seu ignem externum, Palladem seu Sapientiam operandi, Oceanum siue Matrem Thetyn, aut vtrisque Nilum, hoc est, aquam & terram matrem omnium, Orpheo teste, diuitias argentem, cum reliquis metallorum mineralimque speciebus, quas per Saturnum, Iouem, Venerem, Apollinem, Plutonem, significabant, vti apud Diodorum videre est. Quis hic Vulcanus? An non ignis Magister operum? Quis Mercurius? an non omne id, de quo, cumque, & in quo operantur Chimicæ artis ministri, tametsi ab omni vulgari Mercurio longè remotum? Ignis autem per quem Vulcanus operatus, minimè is intelligi debet, quem passim adhibemus, à conditu rerum in hæc vsque tempora vti pernecessarium, ita notissimum; sed ignis philosophicus, & in centro rerum omnium absconditus; qui quomodo Mercurio Chimico adhiberi debeat, postea dicetur. Prætèrea sicuti Vulcanus dicitur primus in Ægypto regnâsse, ita Mercurius literarum artiumque inuentor habitus est: in arte enim Hermetica nil sine omnimoda artium notitia recte confici potest; est enim Hermes interpres omnium, cuius consilio Osiris plurimùm vtitur, sineque eo nil fit. Verùm cur Isis omnia ex auro, & quidem tot templa integra parenti suo, & reliquis Dijs statuerit, aut cur æris aurique fabros tanto in honore habuerit, in promptu causa est; aurea quippe Dea est, aurea Venus à tota Asia eam ob causam vocitata. Eadem enim & soror & coniunx Osiridis dicitur, fœmi luno Iouis, & Rhea Saturni, progenitores eorum. Si quis verò artis, de qua agitur, qualemcunque cognitionem habeat, allegorica hâc arte, Osiridem & Isidem nihil aliud esse fatebitur, quàm agens & patiens in vno subiecto; per expeditionem verò Osiridis denotari arcanissimam operis solutionem, vbi primùm ad Æthiopes nigros, post ad mare rubrum deuenitur, qui colores vt primò & vltimò intercedere necesse est, quæ per intermedios citiores in albedinem, & post in rubedinem transeunt: *Hæc enim cerata sunt*, inquit Morgan, *in hac terra nostra Æthiopia*; & Aben Reis Arabs: *Etsi alba eorum tua*; *si vis declarare ipsum cum Nilo Ægypti, albescit primò, tunc in Persia in secretis, et cum hoc egerint rubedo, & papaver in eremo.* Quòd si Nilus non intra metas coercetur, sed in agros nimium redundet, maximum inde damnum oriri necesse est. Quare Prometheum oportet ratione præuiâ, & Herculis laborum comite, id est, artificem ingenio manuque præcauere. Adfuit nouem Musæ, & frater Apollo, id est, nouem Aquilæ Heliconis, & vna pars

terræ

Masculus & fœmina in Chimia subiecto.

Plutarchus.

Diodorus, Vulcanus in arte Chimica.

Morgan.

Aben Reis.

Allegoria chimica.

terræ nigræ, quorum harmonicis modulis elicitur id quod præstantissimum; adsunt Satyri, & Chori mulierum cum Nymphis & Lymphis, id est, multiplex colorum pulcherrimorum series, soluti crebra subsaltatione ebulliunt, Chimicæ lætitiæ latitantis vnicus index. Osiris itaque recte sumitur pro materia artis, quin in suo sepulchro, hoc est, vase Chimico à Typhone fratre impositus, in multas partes ab igneo & ardente spiritu discerpitur, quas post operis absolutionem Isis colligit, & vnit, omni sulphure combustibili proscripto, atque sic collectio partium Osiridis ab Iside instituta, est eiusdem operis iteratio, eò vsque continuata, donec Typhonis virtus extincta sit, & in locum animæ Osiridis ardentis accesserit, & hoc pacto matrem seu Isidem, & coniugem & sororem amantissimam, facile ad se conuertit, quæ est vltima perfectio. Hinc enim nascitur Horus filius quem & Apollinem vocant, desideratus totius artis scopus, ad quem, vt pertingerent Osiris & Isis, tot se laboribus, iactibus, periculis, curis subiecerunt, vnicus Ægyptiorum Philosophorum, Sacerdotum, & Regum thesaurus, amor, & cura, cuius causa parentes eius honorant, amant, & in delicijs habent: quæ Hermes ipse, sub hoc ænigmatico loquendi modo, pulchrè alludendo describit: *Venite*, inquit, *sapientum filij, gaudeamus, & exultemus simul, quia iniqui consumpti, & filius noster iam regnat in rubro ornamento, & carne indutus reuixit, iam filius noster genitus Rex fumit tinsturam abigne.* Quæcunque itaque de Osiride & Iside, Horo & Typhone dicta sunt, prorsus Græcorum fabulis parallela sunt, vt rectè Plutarchus ait: *Quæ de Gigantibus & Titanibus apud Græcos cantantur, & Saturni scelera, pythonis certamen cum Apolline, exitia Bacchi, errores Cereris, non absunt ab Osiridis & Isidis curatis, aliisq; similibus; quæ ab hominibus sunt licentiosè conficta, eadem quisque eorum nitus, quæ in mysticis sacris occultè aguntur, & efferri ad vulgus, aut, ab eo videri nefas dutitur.* Vt proinde Osiridis, Isidis, Hori, Typhonis prorsus consonet cum Græcorum fabulosa narratione, quam de Ioue, Iunone, Alcmena, Hercule, Amphitrione, & alijs comminiscuntur. Si enim hæc ad nostrum institutum applicemus, Alcmenam seu Isidem nihil aliud esse, quàm metallicam terram, quæ Osiridi seu Amphitrioni nexu iugali coniungitur; Iuppiter amore Alcmenæ captus, dolis ad technis ad hoc paratis, refert certam metalli speciem propriam & peculiarem, quæ Hermeticæ artis industria, Isidi seu Alcmenæ, id est, terræ metallicæ sinibus insinuatur & permisceatur, dumque cupitis fruuntur amplexibus, Mercurium seu argentum viuum, quod ferunt Philosophorum est, Sosiam ludit, id est, radicalem auri humorem dissoluit; congredientes Ioue cum Alcmena, metallica terra humido copioso metallico prægnans turget, quod leuissimâ dissillatione tempore partus stillat in aquam candidissimam, fumosam, valde & acream, quæ Herculis nomine decoratur, ob insignes & potentissimas eius virtutes ac energias. Quid verò aliud indicatur, dum à Iunone gemini serpentes Herculi in cunis adhuc vagienti, occidendi obtruduntur, nisi bini metallici sales, qui Sol & Luna dicuntur, seu frater & soror, qui dictæ aquæ Herculeæ efficacitate conterunatur, occidunturque, id est, putrefiunt

Osiris, Isis, Typhon, & similes in arte Chimica.

Trismegistus.

Plutarchus.

Ægyptiorum & Græcorum Deastrorum, parallelismus in arte chimica.

fiunt ope Iunonis, id est, metallicæ artis industria? Præterea Isidem ope Herculis, quem Diodoro teste, monstrorum domitorem adhibuit, vna cum Horo Typhoniam serpentiferam, id est, hydram Beloniam colubris & capitibus identidem repullascentibus formidabilem, in loco paludoso, siue quod idem est, face & ferro in Lernæa palude oppressisse, fabulosa narratione traditur. Quâ quidem symbolicè maximum Hermeticæ artis mysterium attingere videtur. Quid hic per Herculem adultum, nisi Mercurium Philosophorum indicant? qui post legitimam eiusdem præparationem robore insignai & mirifico suffultus, semen metallicum, quæ hydra Chimica dicitur, ex aqua enascens, varia colorum veluti capitum quorundam fœtura sese exerit. quæ quidem nunquam interimi potest, nisi igne continuato & ferrò, id est, Marte eam exsciadamus, atque hoc pacto varietatem ex Mercurij eruditate emergentem & pullulantem compescamus, donec spurijs colotibus exutis in vnum rubeum colorem perfectum & vltimum permeantem & subsistentem reducatur; quæ hydra nisi occidatur, & Typhonia vis exscindatur, nemo Horum ab interitu conseruare se posse speret; id est, nemo in Chimico negotio ad desideratum scopum se peruenturum arbitretur. Quæ omnia Haled Arabs in libro de Alchimia confirmat ex mente Hermetis, quem ita loquentem introducit: *Quod nascitur ex terra metallica nigra est principium artis (inquit) huius: assate ergo eam igne, deinde coquite in fimo equino per 7, 14, vel 21 dies, & sic duco alas suas comedens: hunc ponite in vase diligentissimè clauso, in igne furni, & ne quicquam exhalet, cauete. Hoc itaque liquefacto, & combusto, accipite cerebrum eius, & acetrimo tritiate aceto, vel vrinâ puerorum, donec obseruetur. Hoc peracto viuat in palude put res fallus, & fuscæ nubes, quæ in ipso erunt, antequam moreretur in corpore suo, reuertentur; reiteratus autem iterum moritur & viuit; in eius autem vita & morte spiritibus vtimur: sicuti enim moritur spiritibus ablatis, sic restitutis vinificatur, & ipse lætatur; ad hoc autem peruenientes, id quod quæritis, ex rubicundo colore habebitur.* Hæc Haled ex Hermete.

Diodorus.

Haled. Trismegisti symbolica Alchimia.

Philostratus.

Tradit Philostratus Herculem Ægyptium in expeditione Osiridis, in syluis ingentis magnitudinis Leonem iugulasse, pellemque detractam pro insigni gestasse; quæ Græcanicæ fabulæ de Leone in Nemæa syluâ ab Hercule interempto consonant. Quid verò Ægyptij hâc adumbratione indicârint, videamus. In syluâ res gesta contigit, quæ Græcè ὕλη dicitur, & omnium Philosophorum consensu materia prima dicitur, vtpote confusa, horrida, & innumerabilium seminalium rationum miscellam concluſam possidens, id est, materia metallica Chimicæ artis subiectum, in cuius horrida solitudine Leo latet; quem alium non interpretamur, nisi salem quendam fixum & perstantentem, qui omnia vastet, corrumpat, & in suam potestatem redigat. Est enim tanti roboris & virtutis, vt aurum, argen-

Philostratus. Hercules Ægyptius leonem iugulans in syluis, quid in Alchimia.

argentum, cæteraque metalla deglutiat, & optimè digerat; quem Herculea vis superat, detractamque pellem toto vitæ suæ tempore pro insigni reportat. Atque in hoc totius philosophici operis cardo vertatur; beatus proinde, cui tantæ ad huiusmodi Leonem domandum vires suppetunt: hæret enim in abditissimis, sylvæ recessibus, & nunquam in aperto & publico apparet, sed summo studio, diligentiâ, industriâ, & Herculeæ mentis audaciâ inquiritur; estque aqua Mercurialis, seu humiditas illa primigenia, seu humidum radicale, semenque omnium metallorum; quod calore suo innato aquam Mercurialem fixat, & coagulat, vnde meritò totius artis clauis, & arcanum arcanorum ab Hermetica Schola nominatur; quam quidem reperire non licet, nisi in intimo metallicæ materiæ centro absconditam. Vnde omnes Philosophi clamant: *Occultum sic manifestum, ecce habebis quod Mundus tantopere desiderat.* Leo dicitur, quia aquarum omnium fortissima & voracissima est, omniaque metalla quantumuis durissima, mox ac attigerit, in aqueam substantiam deducit: Hunc verò Leonem occidit Hercules, detractamque ipsi pellem pro insigni portat; quo quidem nihil aliud indigitatur, nisi sal quidam qui aquam Mercurialem Leoninâ quâdam virtute prædictam, suâ quâ pollet virtute, & facultate fixatiuâ & coagulatiuâ, ingulat, pellemque sanguineâ rubedine tinctam detrahit; quod vnicum confecti operis signum est, videlicet tinctura rubeæ perpetuò subsistentis ac permanentis, tantopere ab omnibus Philosophis quæsitæ, & tandem obtentæ. Huc pertinere etiam videtur Historia de Busiride Rege Ægypti, qui vt pluuiam nouem annos suspensam impetraret, oraculum consuluit, à quo nunciatum ei fuit, pluuiam secuturam, si hospites immolaret; quæ profus congruunt fabulæ Græcanicæ de Diomede Thraciæ Rege equos suos hospitum carnibus & sanguine pascente, ab Hercule occiso. Quid aliud tùm Busiris, tùm Diomedes nobis refert, nisi Mercurium Philosophorum, crudelis & immanis terræ frigidæ & inculræ dominum agrestis & rudis naturæ? adeo vt cætera metallica corpora in agro metallifero hospitantia, corrosiuâ vi suâ, ac dissoluendi potentia, equorum voracitati rectè comparata, discindat ac lacerat, hunc occidit Hercules, id est, peritus in Chimia Magister, qui ex spiritibus Mercurij, qui equis his Busiridis intelliguntur, aquam Mercurialem conficit, quæ vel per ipsum Busiridem, id est, Mercurium equis suis, id est, spiritibus proprijs consumendum tradat. Hoc enim confecto alius resurgit multò priore liberalior, magnificentior, & purpureo quodam paludamento coruscans, quæ est vera artis tinctura. Tempus me deficeret, si singula tùm à Græcis, tùm ab Ægyptijs de magna arte ænigmaticis huiusmodi verborum velamentis tecta prodere vellem. Qui enim rectè fabulâ de aureis Hesperidûm horti pomis, & draconc eorundem custode interfecto, pomisque direptis, interpretatus fuerit, sub ea ferè totum Hermeticæ artis mysterium latere deprehendet. Item de aurei velleris acquisitione ab Iasone facta, deque varijs præmissis certaminibus, intelligendum est; quæ omnia modum & rationem in Chimica arte procedendi ostendunt. Non dicam hic de Cerua

Busiridis Ægypti Regis historia ad Alchimiæ applicata.

Ænigmata variæ Chimica.

ua æripede aurea habente cornua in Menelao monte ab Hercule interfecta. Silco Apri Erymanthæi omnia deuastantis ab Hercule capti mythologiam, quæ nihil aliud, quàm Hermeticæ artis arcana sunt, fabulis inuoluta. Quæ omnia cùm fusè tractarint Maierus in libro intitulato, arcana arcanorum omnium arcanissima, vti & in Hercule Piochymico Petrus Ioannes Faber, ad ea Lectorem remitto; neque enim nobis iam ab alijs tradita, sed vt Oedipum decet, incognita, & forsan haud comperta alijs, euulgare libet. Quare Græcorum fabulis relictis, ad Ægyptiorum artem magnam reuertamur.

Maierus.

Petrus Io. Faber.

CAPVT IV.

De Cruce Hermetica, quam nos passim in hoc Opere Crucem ansatam appellamus, eiusque arcana significatione in opere Hermetico.

HErmes Trismegistus, vti primus literarum siue inuentor, siue inuentarum iam instaurator, ita characterum Hieroglyphicorum institutor, vt quæ in Mundo occultissima latent, mirificè excogitato symbolo exprimeret, omnia vnico charactere, quam & Crucem Hermeticam appellant (nos Isiacam, seu ansatam, eò quòd in nullis ferè simulachris Ægyptiacis manu gestatus non spectetur, appellamus) expressit. Quem quidem charactrem in tanta veneratione habebant, vt nihil sine eo rectè confici posse existimarent; eratque amuletum potentissimum, & character ad naturæ exemplar mirabili ingenij subtilitate fabricatus, ad viam felicitatis demonstrandam vnicus dux & lumen; cuius virtute apprimè in suo de vita cœlitus propaganda libello describit Marsilius Ficinus his verbis. *Antiquiores Ægyptij, quemadmodum in Arabum quodam Collegio legimus, figuram Crucis cunctis anteponebant; quâ corpora per Virtutem agunt ad superficiem iam diffusam; prima verò superficies Cruce describitur, sic animi imprimis habet longitudinem, atque latitudinem, primaque hæc figura est, & omnium recta quàm maximè, & quatuor angulos rectos continet; effectus verò cœlestium maximè per rectitudinem radiorum angulorumque resultant; tunc enim stellæ magnoperè sunt potentes, quando quatuor Cœli tenent angulos, imò cardines, Orientis videlicet, Occidentisque, & medij utrinque Cœli; sic verò dispositæ radios ita conjungunt in se inuicem, vt Crucem inde constituant. Crucem ergo Veteres figurum esse dicebant tum stellarum fortitudinem sactam, tùm earundem fortitudinis receptaculum, omniaque Mundi arcana per ipsam significabant.* Nè tùm cùm amplissimè in Obelisco Pamphilio l. 2. de Cruce ansata omnia demonstrauerimus, supetuacaneum esse ratus sum, ea hoc loco repetere; quare Lectorem eò remittimus; nostrum est, quænam dicta Crux mysteriosa arcana artis magnæ indigitet, hoc loco exponere; quod tunc oportunè fiet, vbi primò totius characteris Hermetici siue Mercurialis structuram ostenderimus.

Busiris Ægypti Rex.

Crux Hermetica, Isiaca, ansata, & cuius dicta.

Marsilius Ficinus de cruce ansata.

Crucis Hermeticæ structura.

Sciendum itaque, Hermetem, dum maximam cœlestium corporum connexionem, atque adeò omnia in omnibus quodammodo latere aduertisset, binam Astronomiam condidisse, cœlestem, & elementarem. In cœlesti considerabat ordinem, connexionem, proprietates, influxus; in Elementari omnia eadem considerabat, sed suo modo; adeoque nihil esse in inferiori elementaris miscellæ Mundo, quod non in cœlesti, analogicâ quâdam comparatione reperiretur, contemplabatur. Sunt in Mundo superiori signa Zodiaci, septem Planetæ, cum Genijs suis præsidibus; sunt eadem in inferiori Mundo, vti copiosè variis in locis huius Operis demonstratum est. Hæc itaque cùm considerasset, characterem hieroglyphicum excogitauit, quem à se Hermeticum, Tauticum seu Mercurialem appellauit, in quo vtriusque Astrologiæ arcana, mysticâ quâdam ratione, miroque artificio comprehendit. Et tametsi in hieroglyphicis character hic paulò rudiori Minerua sit exhibitus, suas tamen proportiones absconditas habet, quibus intimæ Mundani spiritus actiones exprimerentur. Sed structuram ostendam.

Mundi inferioris cum superiori analogia.

Ducatur in plano quopiam linea recta A B, quam in nouem æquas partes, eo scere modo, quo Siderei Mundi expansa diuiserunt Ægyptij, distribues. Hoc peracto, tres partes ex 9, inferius ex A sursum vsque in punctum E numeres, per quod punctum lineam duces D C, lineam A B ad angulos rectos intersecantem; quæ quidem linea vtrinque ex 9 binas partes occupet, cuiusmodi sunt lineæ E D, & E C. Iterum ex puncto E sursum numerabis tres partes ex 9, vsque in I punctum; in quo pones circinum, & intercapedine duarum partium, quales tota linea A B 9 habet, describatur circulus P M N. Hoc etiam peracto, ponatur denuò circinus in B puncto extremo, & intercapedine duarum partium, quales linea A B nouem continet, describatur semicirculus X Y Z: descripto semicirculo, trahatur ex A, altero extremo, linea R G, quatuor partium ex nouem longa, ita vt vtrinque duæ partes existant, positoque circino in punctis S, & T, intercapedine T A, & S A, describantur vtrinque semicirculi R V A, & A H G; & habebis characterem Hermeticum sub debita sibi proportione, & mundanæ symmetriæ corpori vndiquaque consentiente, descriptum. Nihil porrò restat, nisi vt iam mysteria eius pari passu enucleemus; quod quidem per partes præstabimus.

In-

Interpretatio characteris Hermetici.

Crucis seu characteris Hermetici mysteria & interpretatio

PRimò itaque Mercurius mundanæ machinæ fabricam altiùs considerans, cùm ex rectis cyclicisque lineis compositam videret, characterem suum simili linearum mistura apparandum duxit, vt monadi megacosmicæ monas hæc hieroglyphica exactâ proportione responderet. Sicuti enim per lineam rectam circulumque prima simplicissimaque rerum omnium in lucem productio representatioque exhibita fuit; ita & in hoc characterismo ἀρχέγονον, ordo & series rerum omnium exhibetur; in quo centrale punctum I terram refert, circa quam cùm Sol, tùm Luna, reliquiq; Planetæ suos cursus conficiunt. Sol quidem Ægyptijs per hieroglyphicum circuli, Luna verò per segmentum eiusdem, vt in figura patet, referebatur: nam vti alibi diximus, Lunam connectebant Soli, non tantùm ob vicinitatem & situm, quem in mundano systemate ad Solem habet, sed & ob præstantiam horum luminarium, quorum Sol instar principij actiui, Luna verò instar principij passiui dum se habent, maris & fœminæ in hac Mundi œconomia officio funguntur, ex quorum congressu influxuque fœcundissimo vniuersa inferioris Mundi natura fouetur & conseruatur. Quod autem Sol & Luna faciunt in Mundo Sidereo, hoc idem præstant in Mundo Elementari seu terrestri Sol & Luna, id est, aurum & argentum. Meritò igitur in characterismo mutuæ copulæ vnione se fouere spectantur. Porrò dum Hermes noster videret, omnes Siderum actiones influxusque non nisi rectâ radiorum diffusione in inferiora dimanare; præterea elementis extra sedes suas dimotis, suos ad easdem reditus, natura duce, per rectas lineas peragere; recte Soli & Lunæ crucem rectilineam suppoluit, vt Elementaris Mundi sidereis radijs animati imprægnatique actiones luculentiùs exprimeret. Sicuti enim ex fluxu puncti linea, ex lineæ fluxu superficies, ex superficiei fluxu corpus; ita in Mundi tam superioris, quàm inferioris œconomia, imò & in Chimico Mundo prorsùs contingit; in quo dum ex stellæ tanquam Physici puncti continuo cursu quasi fluxu elementares in Chimico negotio lineæ producuntur, grauibusque leuia permiscentur, necessariò inde crux emergit, cuius vna linea recta deorsum descendens, grauia & leuia, simpliciter exhibet; linea verò lineam perpendicularem rectâ secans, appositè ex grauibus & leuibus mixta corpora designat. Quæ omnia luculenter demonstrant Hermetis sectatores, dum vasi incluſum corpus caloris vi, in quatuor primas naturas, mirâ quâdam ratione iuxta dicta dissoluunt, exactissima in suas lineas factâ separatione; vt tandem inde per earundem linearum peripheras circularis in complemento Solari fiat coniunctio. Porrò per duos semicirculos crucem terminantes, nihil aliud indicasse videtur, nisi Arietem cornibus conspicuum, quem & duo semicirculi exhibent, & est symbolum ignis; quo ostenditur, totam hanc praxin, nisi ignis ministerio fieri non posse. Characterismo itaque in sua elementa resoluto, hanc hieroglyphicam lectionem Hermes indicare voluit: *Sol & Luna vt in sua elementa resoluantur, denarium proportionem de-*

poscunt,

☽ Luna
☉ Sol
☿ Elementa
♈ Ignis.

posсunt, ignis ministerio efficiendum. Crucem autem denarij numeri symbolum esse, tùm in Obelisco Pamphilio, tùm in Arithmetica hieroglyphica sat superque demonstratum fuit. Notandum præterea, Planetarum characteres, vti in Astrologia diximus, primùm ab Hermete adinuentos esse, & ex hoc characterismo Hermetico depromptos: nam qui rem penitius introspexerit, videbit, omnes illos dictos Planetarum characteres ex Solis, Lunæ, Elementorum, id est, Crucis, & ex Arietis siue Ammonis cornibus compositos esse; ita ♄ Saturni character constat ex cruce & vno cornu Arietis; ♃ character Iouis componitur ex cruce & altero cornu Arietis; ☿ Mercurius ex cruce, circulo, & semicirculo, id est, ex ☽, & Elementari charactere; Martis character ex circulo, linea recta, & figura Arietis sic componitur, vt hic ♂. Veneris character ex circulo, & cruce, vt hic patet ♀. Mercurius vti omnium Planetarum nuncius est, ita omnium insignibus honoratur, vt apparet ☿; quo quidem occulte innuitur, in Mercurio omnium metallorum semina latere, cuius spiritus purissimus adeo potens est, vt in purissimam terram Chimicè præparatam quatuor has consimiles sibi & geogamicas naturas ☉, ☽, ♄, ☿ in se conuertat, & in vnum reducat, vt hieroglyphicum demonstrat; Martis verò character ex Solis & Arietis constatus characteribus; Veneris ex Solis & Elementorum constatus characteribus. Solarem respiciunt *ἀναγωγὴν*, opusque *ἀναζωπύρησιν*; in cuius progressu sit tandem conspicuus Mercurius ille alter, prioris quidem vterinus frater, Lunari scilicet, Solariquæ Elementorum completa Magia, videlicet Mercurius Philosophorum celeberrimus; cuius anima non solùm Lunam, Iouem, Mercurium, Venerem, sed & Martem indissolubilibus vinculis ligat & figit, nobisque tandem varia circa metallicam terram reuolutione facta Solem Philosophorum desideratum exhibet. Vides igitur, quomodo dictus Mercurius primò Saturnum, deinde Iouem, tertiò Lunam actuet, postmodum Martem, & Venerem, ac tandem Solem, secundùm gradus quosdam mirificos, septenario numero completo, vt character pulchrè denotat, exhibeat. Verùm hæc omnia postea clariùs in praxi comperientur; vt proinde totum hoc mysterium ex Sole & Luna prodire, luce meridiana clariùs pateſiat. Hinc Hermes, vt est apud Haled Arabem suprà citatum, ait: *Sol pater eius, Luna mater eius, & accipit nutrimentum ex terra, radijs Solaribus fœcundata.* Nouimus à veruſtiſſimis Astronomis ad hæc vsque nostra tempora, Lunam in Tauro exaltari, Solem in Ariete. Quàm hæc aptè Astrologiæ inferiori conueniant, characterismus Hermeticus demonstrat hâc notâ ♉, quæ est Lunæ in Tauro exaltatio. & Solis in Ariete, vti hæc analysis ostendit. Sol enim in Ariete, signo igneo, post varias operationes suum accipit robur Martium, & veluti in domo sua exaltationem, ex Marte, vti character innuit Martis ♂; ita vt Lunæ & Solis exaltatio illa ex ♄, ♃, ☿ hæc ex ♂ & ♀, mediante Elementorum scientia, suam perfectionem nanciscantur. Modum verò procedendi ipsa crux indicat. Crux quatuor lineis constat, numerus autem quaternarius expansus sic 1, 2, 3, 4 vt in Arithmetica hieroglyphica docuimus, decem conficit, totius operatio-

Planetarum characteres originem habent ex Cruce Taitica seu Hermetica.

Taurus ♉ Lunæ exaltatio. ☽
☿ Elementa.
Arics ♈ Solis exaltatio. ☉

Denarius numerus sub cruce Hermetica latet.

rationis metam & terminum; cuius medietas est quinarius, numerus videlicet circularis, & radix quadrati 25; sicuti denarij quadratum 100 sunt; quem quoque conficiunt 25 quater multiplicata, quatuor Elementorum agitatio per denarium, operis per circulationem consumatio, totidem dierum curriculo concluſa, 25 & 100 multiplicationem inuenti operis, aptè designat. Centrum verò vnde totum deducitur, est punctum ipsum decussatæ crucis, quod deinde ignis ministerio euolutum, in omnes locorum differentias, veluti in brachio quodam diffundit.

Latet & aliud sub charactere Hermetico mysterium. Si enim inuersus consideretur, primò occurrunt cornua Arietina, quæ vna cum Cruce constituent characteres ♄ Saturni, ♃ Iouis, ♂ Martis; deinde ascendendo Crux Veneri ♀ Mercurioq; ☿ inseruit; sequuntur tandem Sol & Luna ipsum. Quibus quidem nihil aliud indicare voluerunt, nisi ternarium, Hermeticum in monade latentem; ex qua exit primò in separatas, incorporalesque quasdam Saturninas, Martiales, Iouiales essentias, vt deinde Sol & Luna, quod intenditur, habeatur. Ex Cruce enim vnum, & ex duobus iterum vnum; in Cruce monas, dyas, trias, decas, quæ omnia quomodo intelligenda sint, & quid in Chimica arte significant, explicemus.

Character Hermeticus inuersus.

Nota itaque, omnia in Mundo secundùm archetypum Mundum facta esse; in quo Pater generat Filium, Monas dyadem, ex qua processio Spiritus sancti vnius, dat triadem; trias tamen hæc necessario tetradem habet implicatam; vt sit Pater abstractiuè consideratus secundùm diuinam suam essentiam; deinde Pater vt relationem dicit ad Filium, postmodum Spiritus Sanctus prout relationem dicit ad vtrumque. Sunt itaque Pater, Pater & Filius, & Spiritus sanctus. Sic Mundus quoque creatus fuit. Habes quatuor Elementa, habes quatuor luminaria, duo superiora, & duo inferiora, duo cœlestia, duo centralia; quibus omnia, quæ creata sunt, comprehenduntur. Non creatur vnum ex vno, hoc enim solius Dei est proprium; hominis est ex duobus vnum producere. In Mundo Elementari duo regna sunt, vegetale & minerale. Hoc per se subsistere potest, etiamsi nullus in Mundo homo esset, arbor, vel herba; illud pariter etiamsi nullum in Mundo metallum esset, aut animal, persistere potest. Hæc duo ex vno, & per vnum creata sunt; tertium verò ex his duobus vitam habet, ipsique præstantiorem essentiam exhibet, tametsi sine illis esse non possit, ipsique dominetur; quia in triade omnis semper virtus consumatur, in dyade verò siue binario multiplicatur. Explica mentem meam. In regno vegetabili materia prima herba vel arbor est, Philosophicè loquendo, quam quidem errare non patitur, vtpote solius naturæ opus. In hoc regno materia secunda semen est, & in hoc herba vel arbor multiplicatur, sitque processus ex monade in dyadem, & hinc in triadem. In regno minerali metallum errare nescit, vtpote cuius potestatem sola sibi natura reseruauerit; semen tamen habet, quo Opifex ad multiplicationem operatur. Est aqua in centro cordis eorum latens, cuius digestiua faculta ignis est, receptaculum siue matrix eius

Mundus elementaris factus secundùm Archetypum.

Regnum vegetabile & minerale in Mundo elementari.

aër

aër est. In quo dum digeritur, soluitur; dum putrefit, destruitur; virtusque eius est rei vnicuique sui in regno suo coniungere, quia subtile est, & nihil aliud nisi aër, qui in aqua congelatur pinguedine; quod quidem extra regnum suum nulli rei se miscet, neque soluitur, sed congelatur, quo indiget.

Planetæ inferiores & superiores.

Ad meliorem rerum intelligentiam, vt quomodo metalla coërceri ad emittendum, recipiendumque semen, possint, intelligatur. Notandum, eodem prorsus modo & ratione se habere Planetas inferiores, ac superiores siue cœlestes; in quibus vti superiores in inferiores, non contrà influunt, ita inferioribus Planetis visu venit. Inter Planetas vides Saturnum esse supremum, cui succedunt Iuppiter, & Mars, in medio Sol est, quem sequitur Venus, Mercurius, Luna. Quemadmodum ergo Venus non in Martem, sed contrà Mars in Venerem influit; ita non ex Venere Mars, sed contrà ex Marte Venus fit. Hoc pacto Iuppiter quoque facilè conuertitur in Mercurium, qui Iuppiter secundus est à firmamento, Mercurius verò secundus à terra, vt in margine patet, & sic de cæteris. Sol vti medium locum obtinet, ita omnibus se miscet, hâc tamen conditione, vt per inferiores nunquam melior & præstantior reddatur; ita vt semper superiores cum inferioribus maioribus sympathiæ & amicitiæ legibus connectantur; & quanto sunt Soli viciniores, ab eoque æquius diffident, vti sunt Mars & Venus, Iuppiter & Mercurius, Saturnus & Luna, tanto faciliori copulâ coalescunt; hinc nonnulli ex similibus, sine vlla, vt putant, Solis operatione, Martem in Venerem, Iouem in Mercurium, Saturnum in Lunam conuertunt; tametsi nihil in huiusmodi operationibus, si penitiori trutinâ negotium ponderemus, sine Solis omnibus metallis suam naturam administrantis subsidio rectè confici possit. Quam, hæc mirificâ ratione ex Hermetico nostro Caduceo eruantur, luculenter patet. Quòd si ♈ Arietis signum duobus constans semicirculis in vnum coniungatur circulum, nascetur Veneris character ♀, qui tamen non attingit magnitudinem characteris Solaris. Quo quidem occultè indicatur duplex Lunæ gradus, siue Luna inexistens viua per Elementorum tractanda ministerium, habens potentiam, vt Solarem repræsentet plenitudinem, suis simul arte connexis semicirculis. Quod si fiat, non ea quidem ad Solarem gradum peruenisse natura sua censenda est, sed esse sacrificum opus, neque referre posse magnitudinem Solarem, vtpote suis partibus laxis, fluxis, dissolutis, non solidè in Solarem speciem compactis. Vnde,

Character ♀ oritur ex characte re ♈.

patet ex hoc mysterio, ex charactere ☿ vel ☽, non nobis sperandum esse Solem ☉, cùm & ☽ primò non fuerit in natura ☿; latet tamen sub eo, veluti sub diuersis membris, mira quædam sympathia, & magnetica quædam vis, & vnionis affectatio, quâ facilè quodque sibi sympathon attrahat in operis executione; ad quam vasa aptissima requirantur; quorum formam & figuram ipse hieroglyphicus noster character pulchrè demonstrat, ex cuius symmetria nascuntur sequentes figuræ. Alembicus cir-



circularis A, Geus vitreus B, quod terreæ scintillæ C, simo aut cinere repletæ superimponi debet.

Totum hoc artificium alio hierogrammatismo exhibuerunt Veteres Ægyptiorum, estque illud quod sequitur; in quo Scarabæus primam metallicæ artis materiam denotat, totius Mundi inuolucra corpora, ex qua ouum euoluit in cauda conspicuum, in quo dum omnium metallorum semina latent, ea per exaltationem in septem desinunt Planetarum orbes, quorum quinque circuli quinque Planetas minores, Hori verò caput Solem, & segmentum circuli capiti Hori impositum, Lunam cui inuoluitur Crux genuinum Elementorum symbolum denotant; tabulam brachijs inclusam denotat, cum voce Ægyptia ΦΥΛΟ, quod amorem, significat. Sic itaque hunc characterismum Anatomicorum more in singulas partes resoluamus, producetur hic sensus: *Anima Mundi, seu vita rerum in inferioris Mundi machina latet, in qua ouum conditur seminalibus rationibus fœcundum, quod in planetarum metallicorum Orbes vim exerens, calore eos animat, & actuat, vt inde Horus rerum, id est, Sol & Luna per Elementorum dissolutionem, aurarumque rerum ab impuris separationem emergat; hoc enim peracto, singula singulis amore quodam naturali & sympathico coalescent, estque totius operis complementum.* Vide Lector, quæ de hoc hierogrammatismo varia producimus in Prodromo Copto fol. 263.

Scarabæi hieroglyphicum Chimicam artem denotat.

Verum cùm hæc omnia obscuriora sint, quam vt à Tyronibus percipi queant, vtpote diuturno labore in arte exercitatis reseruata; visum fuit hoc loco in gratiam earumdem ea paulò fusiùs explicare, latentia scrutari, in lucem euoluere, modum operandi iuxta præscriptas in præcedentibus hieroglyphicas ideas ostendere; vt si cui libeat periculum facere, clauem, quâ id possit, habeat.

Totus Hermeticus character ex omnibus mundanorum corporum Schematis compositus, primò ostendit latere vim quandam in omnibus rebus existentem, quæ ipsis vitam & nutrimentum præbeat; esse tamen ita absconditam, vt nemo, nisi maximo labore, ad genuinam eius notitiam peruenire possit. Latet enim in intimis rerum naturæ lustrorum recessibus, centralis abyssi caligine obuoluta; cuius euolutionem si quis nouerit, ille totius naturæ penuarium sibi apertum esse nouerit. Atque hanc vim Mercurialem esse voluit, charactere illo multiplici linearum serpentarum turgido figuificatam; in qua nullum mundanarum rerum discrimen, sed in vnum compacta veluti in chao quodam delitescunt; quem tamen si dissolueris, & in suâ membra penitè distributeris, statim Planetarum non superioris duntaxat, sed & inferioris Mundi orbitæ patebunt, elementaria-

Hermeticus character Chimicæ artis clauis.

riarum qualitatum proportiones elucescent, quam quisque naturam, proprietatem, sympathiam ad aliud habeat, constabit, modus in connexione vnius cum altero, per separationem purorum ab impuris, in vasis apportiatis, mirâ quâdam ratione aperietur, vt tandem iuxta ordinem, quem characterismus euolutus indicat, sagax artifex operando, animam illam vagabundam certis materijs alligans affigensque, id quod in omnibus optimum est, consequatur. Spiritus itaque seu anima rerum per vniuersos entium ordines graduque diffusa, quæ Hermeticus character continet, nihil aliud est, quàm vis quædam Mercurialis, non quidem vulgaris illius Mercurij soboles, sed in intimo & abditissimo rerum penu recondita, subtilissima, penetrissima, omnia peroadens, immutans, pura ab impuris separans, rerum omnium fomentum, sal, vita. Quæ omnia ipse Hermes, vti Haled Arabs eius Commentator asserit, hoc pacto describit. cito textum Arabicum.

Haled Arabs.

قال هرمس الدراه الموصو في كان النظر في الرابع المجود وهو في كل شي وفي كل بيت موجود فطوبي لمن فهم سرها ووقف عليها وقال ان سر كل شي الماء الما قابل للتوبيه من الناس في غير ذلك وفي الماسر عظيم ✻ قال مرقريس ما في الدنيا يباع اكثر منه وهو عند كل احد وكل احد يحتاج اليه يكون عنده ولا يدري منه ولاخرجت روحه ✻ قال ابن اميل يزيد يقول المالان الما موجود في كل مكان في المهول والجبال وعند الغني والفقير والقوي والضعيف وهذا مثل يضرب به جميع الكما لحرهم وهو الماء والروح الر ـــــــــ ✻

Hermetis sententia de essentia in omni re existente.

Dicit Hermes, quòd in omni re existit essentia vitæ, perpetuæ, primordialis, inuenitur, in omni re, & in omni domo; beatus cui contigit intelligere secretum eius, & conuenienter tractare eam. Dixit autem quòd secretum huius rei est aqua, & aqua accipit nutrimentum suum ab hominibus. Dicit etiam Marcunes, omnia quæ in Mundo sunt, pluris venduntur dictâ illâ aquâ; est enim apud vnumquemque, & vnusquisque indiget illâ; est apud illum, nec deserit illum neque egreditur spiritus eius. Dicit Abn Amil de dicta aqua differens, quoniam hæc aqua inuenitur in omni loco, in planis, vallibus, montibus, & inuenitur apud diuitem & pauperem, apud robustum & debilem. & hæc est parabola quâ omnes Sapientes reticuerunt lapidem suum, & est aqua & spiritus humidus, & Hermes signauit ipsum notis reconditissimis.

CAPVT V.

Quomodo, quæ in characterismo Hermetico continentur, in praxin deduci possint, & debent.

Characteres Hermetici praxin Alchimiæ docet.

QVænam cæterorum metallorum ad aurum & argentum affinitas, proprietas, natura, quid vnicuique addendum demendumque, vti in Solem vel Lunam degeneret, characterismus Hermeticus pulchrè denotat, arcanâ quâdam cœlestis œconomiæ similitudine, quo ad situm, locum, naturam adumbratus, ex quorum notitiâ in rectum tramitem deduceris, metalla singula in Sole & Luna exaltandi, vti iam aperiemus.

Solis & Lunæ exaltatio in domibus Martis & Veneris.

Notandum absque Martis & Veneris spiritibus & animabus neque Solem, neque Lunam exaltari posse; quod ex characterismo Hermetico mirificâ quâdam analogiâ indigitatur; siquidem duos hosce Planetas, Solem & Lunam, suas exaltationes & dignitates tunc primùm acquirere, vbi in domicilijs Martis & Veneris, id est, in Ariete & Tauro constiterint. Astrologia docet, quod sanè pulchrè per characterem suum expressit Hermes, in quo expressè vides, characteres ♂ & ♀ suam sibi figuram à Solis charactere mutuare, sicuti suos à Luna characteres sumunt Saturnus ♄, & Iuppiter ♃, vti suprà demonstratum est. Quo quidem appositè indicatur, quòd vti Mars & Venus de natura sunt Solis, ita Saturnus & Iuppiter de natura Lunæ sunt; ac proinde vti hi Lunæ sympathi & congenij, ita illi Soli, mirâ quâdam ratione, occultis amicitiæ legibus iunguntur. Hinc character Martis ♂, circulo Solem, binis verò semicirculis characterem cornuum Arietis ♈ notat, id est, Solis in Ariete, seu domicilio Martis exaltationem. Venerem verò in Tauro, id est, in domicilio suo exaltari, character ♁ sat demonstrat; in hoc enim si crucem tollis, restat character ☌. Per quam quidem exaltationem Hermes nihil aliud indigitare voluit, nisi Solem & Lunam in hac terrestri regione seu globo, suas exaltationes & dignitates à terrestribus planetis ♂ & ♀, duce Astrologia cœlesti, accipere. Saturnus enim iuxta Ægyptiorum systema commune, primum locum occupat, Iuppiter secundum, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius sextum, Luna septimum. Si iam Planetæ hoc ordine ponantur, certè vel ex ipsa dispositione patebit Martem & Venerem auri, Saturnum & Iouem argenti naturam proximè participare. Si Saturnus & Luna, Iuppiter & Mercurius, Mars & Venus coniungantur, tunc patebit semper duos vnam habere naturam & proprietatem, & ab auro tanquam omnium Rege & centro in medio consistente summam suam accipere virtutem. Astipulatur hisce meliorum Chimicorum contensus, dum Mercurium & sulphur Philosophorum, qui aurum cibant, sanguinem præbent & sollicitant, ex tinctura Martis & Veneris sumi & præparari debere asseruntur, siquidem tinctura auri in nullo magis superflua, quàm in Marte & Venere, veluti in viro & fœmina, inuenitur. Est enim Venus per suum cœleste sulphur, splendore cœlesti amicta, atque tinctura quidem, quam Venus assequitur, & eadem in Marte reperitur, adeoque efficacior, præstantior, & maior; Mars enim vir est, Venus fœmina. In hac inuenitur sulphur ardens, & aliud sulphur



Systema septem planetarum communè Alchimiam docet.

Auri tinctura

non ardens, vnum album, alterum rubrum, in generationis operatricis executione; rubrum sulphur est incombustibile, & vere ἄκατον patatur, estque sulphur cum auro radicaliter consertum & inuentum. Verum audiamus de hoc suprà citatum Haledum Arabem Hermetis Commentatorem, qui inter multa paucis tandem sic concludit. Arabicum textum

Haled Arab. lege apud ipsum, hic Latinam subijcio interpretationem: *Hic aperiam tibi secretum, quod nempe aurum, cuprum, & ferrum in se contineant vnum sulphur, tincturam vnam, & materiam tingentem vnam, quæ materia spiritus est, vapor & fumus, de quibus suprà locuti sumus, qui omnium corporum penetrativus est. Si itaque illum accipis, & per Spiritum curas qui in sale Martis inuenitur, & misces cum eo Spiritu Mercurium secundum nostrum pondus, faciebus prius rite purgatum, & ab omni corrosione violenta liberum solutumque; sciæ tunc te medicinam habere, cui nulla in Mundo potest comparari. Si verò illa cum Sole fermentetur, tunc ingressus patebit ad conficiendam omnium metallorum transmutationem.* Est & hoc mirum, quòd cùm in terrestri Luna tria desint, nempe pondus, fixatio, & gradatio, illa tria re ipsa recompensare reliqui planetæ volucrint. Primus itaque defectus est pondus, & hoc quidem illi reddere potest Saturnus Soli in pondere proximus, vtpote Sol leprosus à Chimicis dictus. Secundus defectus est fixatio; nam Luna propter Mercurialem adhuc in ea residentem humiditatem, sulphureamque nigredinem, in impura nigredine nondum decocta est; hinc Mars, vtpote Soli calore proximus, feruore suo dictam Lunæ humiditatem, vt in nobiliorem naturæ gradum exaltetur, facilè digerit. Tertius defectus est gradatio, quam Venus perpetua Solis comes, & Lunæ colore proxima, facilè restituit. Quæ omnia secretiores Philosophi non incongruè innuerunt, dum dixerunt: *Venerem solue, solutam congela, congelatam projce supra Lunam fusam, & exaltabitur in colorem & honorem verissimi & lucidissimi Solis.* Quod quidem iuxta characteris nostri interpretationem sic intelligendum est. Venus est exaltatio Lunæ ad gradum Solis; calcina itaque Venerem, exubera, sublima, solue, solutionem coniunge Lunæ solutæ; hanc congela, & habebis exaltationem Solis. Huius tinctura & pondus Marti (facilè enim in se transmutantur) ascribitur, qui, si in Saturnum transmutatur, Saturnus Philosophorum dicitur, sub hisce enim duobus fixatio perfecta inclusa latet. Si enim phlegmaticam Lunæ constitutionem, per calidum Veneris sanguinem exsicces, illiusque nigredinem per Martis salem corrigas, tum Martis animositas & Lunæ constantia, & Veneris pulchritudo in mixtura & concordantia perfectè consonabunt. Quamnam verò hæc tria corpora proportionem habeant, quam commixtionis portionem exquirant, ex characterismo Hermetis constat. Cùm enim tribus defectibus Luna obnoxia sit, primò considerandæ sunt qualitates & natura, & quinam illorum defectuum maximus sit, & quid primò conueniat, hoc est, digestio, & quid vltimò, hoc est, tinctura; & deinde quantum hos in pondere excedat Saturnus, præterea Astronomicè situs & proximatio ad Solem attendenda, vt suprà docuimus. Si iam Lunam in Solem sibi transmutandi animus sit, necessè

Secretum ex Chimicum ex Haled.

Lunæ terrestris pondus, fixatio, & gradatio à reliquis planetis supplentur.

Axioma Chimicum, eiusque interpretatio.

Character Hermeticus docet quomodo terrestris Lunæ defectus tres supplendi.

sc est ex Marte & Venere subtilissimè tingentes spiritus extrahantur, & cum auro fermententur; & si Luna debeat fieri Sol, prius duo illi Planetæ, Mercurius & Venus, qui inter Solem & Lunam consistunt, separentur: tunc abit cum Venere nigredo, & cum Mercurio humiditas euaporans, ad quod requiruntur sales, aquæ fortes, & vegerabilia, per hæc enim purgantur corpora, spiritalemque induunt substantiam. Vides igitur quanta sub characterе hoc hieroglyphico arcana celauerit Hermes? Sed vt ad veritatem dictorum propiùs accedamus, praxin Ægyptijs vsitatam ex Arabum relatione subnectamus.

Ægyptiorum praxis in Chimico negotio.

Sciendum itaque, totius artis clauem consistere in dissolutione materiæ metallicæ in sua Elementa per ignem, & putrefactionem; corpus enim non putrefactum nullam producit formam; ministerio autem ignis putrefactum iam distillando resoluitur. Septem itaque Planetæ metallici primo in quatuor disparatas naturas resolui debent, id est, in calcem, in salem, in aquam, & in oleum, qui est Mercurius Philosophorum, totius operationis finis. Quæ omnia in characterе nostro Hermetico aptè exhibentur per Crucem, in qua infima linea terrestrem substantiam metallicam siue calcem, lateralis linea salem & aquam, superior denique ignem in substantiam siue oleum, quæ ex præsuppositâ materia educi debent, pulchrè referunt. Sciás itaque, dicta septem metallica corpora, quæ in characterismo Hermetico ostenduntur, primò in calcem reduci posse, deinde ex calce fieri salem, post ex sale aquam, ex aqua denum Mercurium Philosophicum, & est cuiusuis metalli resoluti anima, potentiam habens simile sibi in optimum transmutandi.

Character Hermeticus docet quis Sol & Lunæ sui symmetria.

Calcinatio singulorum planetarum metallicorum

Principium itaque operis est calcinatio metallorum, vt ex præparatione calcis deinde extrahatur sal, quem Arabes salem amarum, siue acetum vocant; neque aliud in opere attendendum, nisi salium extractio; hi enim sales continent in se animam metallorum transformatricem, quâ omnia metalla, solâ naturæ operatione, transmutantur in nobiliora & nobiliora metalla; habet enim virtutem penetrativam, ob summam suam subtilitatem & acrimoniam. Sciendum tamen, Solem & Lunam habere solummodò virtutem & potentiam fixandi sales cæterorum metallorum imperfectorum, potissimùm eorum, qui calcem producunt similem calci Solis, id est, citrinam; eorum verò sales, quæ album calcem producunt, similem calci Lunæ, vt in sequentibus dicetur.

Calcinatio principium operis Chimici.

Quænam verò ex metallis imperfectis sympatha sint Soli, quæ Lunæ, Characterismus Hermeticus pulchrè ostendit, vt suprà docuimus. Sunt enim, ♄ Saturnus seu plumbum, ♀ Venus seu cuprum, & ♂ Mars seu ferrum ei Lunæ verò sympatha sunt ♃ Iuppiter seu stannum, & ☿ Mercurius; vti enim illi Planetæ calcem citrinam, ita hi calcem candidam producunt; quorum vterque in salem, deinde aquam, & tandem in oleum ductus, vim transmutandi in Lunam acquirit. His præmonitis nil restat, nisi vt calcinationem singulorum Planetarum metallicorum paucis quoque ostendamus, quæ ex Hermetis operibus ab Haled Arabi ce relatis deceperimus. Neo quisquam putet, ijs me fidem habere, cùm

Calcinatio singulorum Planetarum metallicorum

non ea experimento didicerim, sed vt Oedipum decet, ea tantum, si vel omnia cætera huius farinæ, exponere voluisse, ab omni veritate aut falsitate abstrahendo.

Calcinatio Solis.

Sol primò in subtiles laminas extensus, & ab omni sordities mundatus, ope Antimonij calcinetur in fornace reuerberationis in vase aperto per sex continuos dies; in calcem verò reductus lauabitur aquâ pluuiali (vel etiam, quod melius, rore Maiali) distillatur; quantò sæpius, tantò melius; hanc calci mistam, atque vasi vitreo impositam coques supra cineres calidos vnius diei naturalis spacio, vsque dum calx totam aquam imbiberit consumpseritque; deinde hanc calcem furno reuerberationis impositam denuo per vnius diei naturalis spacium calcinato, ablutione pariter, vti priùs, iterata; & hanc operationem decies aut duodecies repetes, donec perfectionem suam nanciscatur; cuius signum erit calx purissima, aurea prorsùs, clara & fulgens; vnde & cerussa Solis dicitur. Secundus Planeta sympathus Soli Veneris ♀ est, scilicet cuprum, & calcinatur in furno reuerberationis, vel fornace vitraria per decem dies, quod ☽ circulo annexa, denarij symbolum, clarè ostendit; & procedendum vt suprà, recalcinando illam toties, donec tincturam sanguinis ad instar rubram acquisuerit, & dicitur cerussa Veneris. Tertius Planeta Soli sympathus est ♂ Mars, id est, ferrum, quod per decem dies calcinabis, & recalcinabis in dicta fornace, lauabisque toties donec tincturam ruberrimam calx nacta fuerit. Quartus Planeta Soli sympathus ♄ Saturnus est, quem eodem prorsùs modo, quo suprà dictum est, in suam cerussam traduces. Luna verò, & cæteri planetæ ei sympathi sic calcinantur. Luna in vase clauso ponenda est, decem dierum curriculo, & procedendum in ablutione, vti suprà in calcinatione Solis dictum est, & habebis cerussam Lunæ clarissimam & nitentem, declinantem aliquantulum ad cæruleum. In calcinando ☾ Ioue Lunæ sympathio pari passu in omnibus procedes; & habebis cerussam ♃ Iouis. Calcinatio verò Mercurij ☿ sympathi Lunæ, cum fugacis naturæ sit, paulò aliter se habet; ita autem procedes. Dissoluetur Mercurius primò in aqua fortì cum duabus partibus aluminis, & vna salis petræ, quo dissoluto infundes super eum aquam fontanam pauxillùm tepidam, intra quam patum salis communis insperges, & statim Mercurius fundum petet sub specie calcis candidæ; quo facto, aquam ex vase eximes, & calcem perlues vt suprà, & habebis intentum.

Calcinatio Veneris.

Calcinatio Martis.

Calcinatio Saturni.

Calcinatio Lunæ & cæterorum planetarum.

Sal quomodo extrahatur è singulorum, planetarum metallicorum calce.

Obtenta calce septem metallorum, ex singulorum calce salem extrahes hâc industriâ. Accipe calcem cuiuscunque Planetæ voleris, quam vasi incluso superaffuso aceto optimo ter vel quater distillato supra cineres calidos impones; & vbi aliquantulum incaluerit acetum cum calce, deposito vase, mixtum frigescri vsque ad optimum dierum, si nes; deinde summâ industriâ aquam, ne calci misceatur, abstrahes, impositamque alembico distillabis in cineribus calidis, igne lento, habebisque acetum; & cum videris congelationis inceptæ præludia, abstracto alembico frigefieri sinas, & constringetur in salem pulcherrimum & lucentissimum,

simum, mirificè vi ad penetrandum prædictum hunc conseruabis in vsum. Finis huius salis est, transmutare naturas metallorum imperfectorum combustibiles & defectuosas, in perfectas, vti est Sol & Luna, iuxta sympathiam, quam singula vel ad Solem, vel ad Lunam habent. Sal Saturni dicitur Sal nigri coloris lucentissimi. Sal Martis dicitur Sal Cœ, coloris sanguinei. Sal Veneris dicitur Sal Alkali, coloris viridis & lucentis. Sal Solis est coloris citrini instar succini. Atque hi sales sympathici sunt ad Solem, id est, transmutandæ metalla, ex quibus extracta sunt, in Solem. Sal Mercurij dicitur etiam Sal Ammoniacus, & Soli & Lunæ confert. Sal Iouis siue Sal Talci sympathus Lunæ est. Atque hi sunt septem Sales principales, in quibus latet aqua illa vitæ tantopere æstimata, & Mercurius Philosophorum, vnica ad operis consummationem clauis. De quibus sic Hermes apud Haled:

Sal singulorum planetarum metallicorum.

قال هرمس خذ الكبريت والدخان والبخار والزيبق وهو الملح المر فخذوه وطرحوا
جالين نار تقديرين عليه من نار فحم فتقطره كما تعلم برفق وتعاهده حتى اذا اقطع
القطر ولم يقطر شيا ودعه يبرد مكانه وزن الما عليه فانيه وتقطره وتزد ماء فانيه
وتطره يقطر لكي منه خل ولايبقى فيه ذراره ولانزعها وهذا خل هرمس وكل جميع
الحكما وفي هذا القول اشارة الى ما في الملح المر من الاركان الاربعة وان كونه بالتدبير
المذكور خلا مقطرا وهو الما الحار اليبس بما لقياه * اذهذا الما يحرق الاجاد كالنار
ويحفظها من الاحتراق كلما وغسلها كالماين من الاوساخ وكلمها كالكبريت
ويحللها كالزيبق بعد الانعقاد وهذا الما فار جامد كلح فار وكبريت محلول زيبق
معقد كالدرة البيضا وهذا سر المياه السرية في جميع الاشيا واذا يحي الارض بعد
موتها ويسقى بما ها ــــــــــــــــــــــــــــــــ *

Haled Arabi.

Dixit Hermes, accipe sulphur, & fumum, & vaporem, & argentum viuum, illud videlicet quod dicitur Sal amarum, & Philosophorum Mercurius est; hunc accipiunt & distillant igne lento, fortificantes eum paulatim igne carbonum, & distillant iuxta artem sensim, eum eo vsque dirigendo, donec consumpta aqua nihil aliud fluat; deinde totum frigefieri sines in loco suo, & affundatur aqua secunda, & distillabis eum, & distillabitur tibi acetum dessecatissimum, & hoc est acetum Hermeticum, & acetum omnium Philosophorum, & in hoc habes totum id, quod est in sale amaro ex quatuor elementis, & super essentiam eius in manifesto monuto accti distillati, & est aqua laudabilis, & dicitur aqua vitæ; quiniam hæc aqua comburit omnia sicut ignis, & conseruat ea à combustione sicut aqua, & lauat ea sicut sapo ab immunditia, & calcinat ea sicut sulphur, & dissoluit ea sicut Mercurius, & hæc aqua est ignis congelatus, nix frigida, & sulphur dissolutum, & argentum viuum fixum instar Veneris candidi, & hoc est secretum vitæ, & inuenitur in omnibus rebus, hâc vtuit terra post mortem suam, & dicitur aqua vitæ. Quæ appositè sanè superiori hieroglyphico Scarabæoformi exponuntur; in quo Scarabæus materiam primam septem metallorum spiritu Mundano agitatâ significat, appetitum habet ad omnes formas; in eo diuersitas colorum, id est, aureus, viridis, ruber, albus, niger, cæruleus, candidus (hos enim omnes colores in corpore suo exhibet Heliocanthatus) diuersos colores, quos in processu operis Chimici spectamus,

Hermetis sententia de aqua vitæ.

Scarabæi hieroglyphicum docet secretum aquæ vitæ.

mus, designat; cuius cauda in ouum terminans finem quoddam in intimo ouimundani necessi latere indicat, quod eo modo animandum est, quo Scarabæus pilulam stercorariam inducto semine actuat; hoc enim caloris vi dispositum, euoluturnque e spiris suis helicibus, singulis planetarijs circulis, siue quinque metallis imperfectionibus, quæ per quinque circulos notantur, communicatur; ex quo dicti Planetæ fortiam suæ essentiæ suscipientes, vlteriorem que perfectionem appetentes, tandem in Solem, quod Hori caput indicat, & Lunam, cuius index est ipsa Lunæ figura capiti imposita, degenerant; per elementatem dissolutionem, phorumque ab impuris, sine heterogenearum ab homogeneis separationem, siue per spagyricam artem, quam pulchrè, vti supra dictum est, Crux Lunæ inclusa indicat. Hæc tandem omnia finem suum consequuntur



tur per Venerem, siue naturalem inclinationem appetitumque, quo vltrò vnumquodque sibi simile appetit, idque ad nobiliorem formam adipiscendam sollicitat. Quæ quidem Hermetici ouiquolutio & inuolucro pulchrè per Scarabæi operationem hieroglyphicè exponitur, vt ex figura præcedenti apparet. Sed de latente mira quadam in hoc scheumate dupeidris cum inferiori Mundo analogia vide fusè actum in Obel. Pamphisol. 341. Fit autem totius magisterij consumatio ope aceti supramemorati Philosophorum. Nam vt refert Artephius dicit, est hæc aqua amicabilis, & metallis placabilis, dealbans Solem, & reducit corpus perfectum, quod est de sua natura in suam primam materiam, id est, in sulphur & argentum viuum albi coloris, & plusquam speculum splendentis; corpus volatile reddit, id est, vbi corpus in hoc aceto dissolutum fuerit, ascendit superficiem aquæ. Ita autem operatur institutione Mercurij, Haled, & Artephius, quisquis ille fuerit mille annorum [illegible] qui solius elixiris sui vsu vitam protraxisse, hoc loco imperitè fingitur. Fiat primò acetum Saturninum antimoniale, vti supra dictum fuit, (sine hoc enim nihil in Chimico opere rectè confici potest) cum sale Ammoniaco, lotra quod aurum crudum foliatum vel in subtiles laminas distentum, vel prius calcinatum, vti diximus supra, impones in vitreo vase lato & alto, pro multitudine materiæ capaci, quod calore temperato foueatur; & videbis breui tempore elevari quasi liquorem olei desuper natantem in modum pelliculæ, quod identidem colligendum, donec nihil superfit, humiditatemq; aceti superfluam euaporare fines, & remanebit in fundo quinta essentia auri, in modum olei candidi incombustibilis, quod est elixir Philosophorum.

Finis itaque huius aquæ Mercurialis, siue aceti Philosophorum, est dealbare aurum sublimatum, & in primam suam materiam reducere, id est, in sulphur album incombustibile, & in argentum viuum fixum: hac enim humidum terminatum, id est, aurum per reiterationem liquefactionis in aqua nostra dissolutiua conuertitur & reducitur in sulphur & argentum viuum fixum. & hic corpus perfectum Solis accipit vitam in tali aqua, vinificatur, inspiratur, crescit, & multiplicatur in sua specie, sicuti cæteræ. Acetum enim hoc mistum Soli & Lunæ, illis adhæret, corporaque ab ipso accipiunt albedinis splendentis tincturam. Qui itaque sciuerit conuertere corpus in argentum album medicinale, is nullo negotio deinde per illud omnia metalla imperfecta in optimum argentum conuertet, augmentando in eo suum calorem natiuum, pondus, substantiam, & tincturam; mox enim ac senserit calorem sibi inclusum, si in ea fuerit corpus perfectum Solis & Lunæ, illud findet, & in substantiam albam similem ipsi cum argento coloris, pondetis & tincturæ liquefaciet. Nam vt refert Haled:

والما النبي هو الروح والنفس الشمس والقمر والما المحلول فارني ذو الطبع

فار رطبي وخل لها

Est enim spiritus & anima Solis & Lunæ, oleum & aqua dissoluens ignem, ignis humidus, aceum subtilissimum. Est igitur vnicum medium aptum & naturale,

Artephius.

Elixir Philosophorum ex Haled & Artephio.

Aquæ Mercurialis seu aceti Philosophorum finis.

Haled.

rale, quo corpora perfecta Solis & Lunæ mirificâ quâdam metamorphosi sub conseruatione suæ speciei, & absque vlla destructione, nisi ad nouam nobiliorem & meliorem formam, resoluuntur; vt resolutione factâ tandem cum ipsis congeletur, fixetur, & in terram album constringatur. Est & hoc mirabile, quod simul ac soluitur hæc aqua, eodem tempore quoque congeletur; neque enim vnum soluitur, quin congeletur & alterum. Cum videris itaque aquam seipsam congelare cum corporibus in ipsa solutis, scias te recto ad operis complementum tramite procedere. Et quoniam impossibile est, vt dura & sicca corpora sine dissolutione intima penetrari & tingi possint, hinc aqua nostra hanc à natura dotem nacta est, vt destruat, mater, conuertatque corpora & metallicas formas in substantiam humidam, mollem, fluidam, vt sic intimè & medullitus persecta tinctura imbui possit. Hinc aurum non tingitur, nisi spiritus eius per hanc aquam nostram ex centro eius extractus, in spiritualem quasi substantiam reducatur, quam & Sapientes fumum album, spiritum, & animam vocant. Quæ omnia per superioris hieroglyphici Scarabæo-formis anatomiam significata, pulchrè demonstrantur. Est enim impossibile, vt quod intenditur, nascatur ex spiritu Mundi, nisi Horus & Isis, id est, Sol & Luna à corpore terreo, variisque imperfectionibus obnoxio, per Elementorum separationem separentur, & in vnum condantur, & sic tandem amico attractu actuata in vitellum & albuginem condensentur, quod vltimum est operis complementum.

Aqua viua simul ac soluitur, congelatur.

Aquæ viuæ effectus.

Præterea aqua mox vt aurum soluerit & argentum, facit oleum incombustibile, quod aliis metallis imperfectis commixtum illa eleuat, & ad id, ex quo educta sunt, perducit; conuertit enim ea in naturam salis fusibilis, quem Arabes الملح البرون *Sal Albrab* vocant: estque sal nobilissimum, fixum, subtile, penetrans, omnes interiores corporum medullas permeans. Elixir complectum, سر الاسرار id est, *secretum secretorum maximum*. Hinc dicitur ab Haled:

Aqua viua ex auro & argento soluto oleum facit incombustibile.

كل من يعرف الملح الشمس والقمر ويعرف ليحلطه مع الجماد مذكورين
فويعرف السر الاسرار ❊

Haled.

Quicunque nouerit salem Solis & Lunæ, & generationem eius, & nouerit rationem eum cum cæteris imperfectis corporibus & amicis seu sympathis commiscendi; is certè nouerit mysteriorum omnium maximum. Atque huc alludere videtur illa inscriptio Copticis characteribus insculpta in quodam saxo propè Memphim, quemadmodum Michael Schatta Coptita Memphitanus, olim meus in Ægyptiacis & Arabicis Amanuensis, scribit:

Coptica inscriptio.

ⲟⲩⲣⲁⲛⲟ ⲁⲛⲱ ⲙ ⲟⲩⲣⲁⲛⲟ ⲕⲁⲧⲁ ⲙ ⲁⲥⲧⲣⲁ ⲁⲛⲱ ⲙ ⲁⲥⲧⲣⲁ ⲕⲁⲧⲁ ⲙ
ⲧⲁⲛⲟ ⲁⲛⲱ ⲙ ⲧⲁⲙ ⲧⲟⲩⲟ ⲕⲁⲧⲁ ⲙ ⲧⲁⲥⲧⲉ ⲙ ⲧⲉ ⲧⲁⲩⲟⲩⲟ ❊

Hoc est: *Cælum sursum, cælum deorsum: astra sursum, astra deorsum; quod sursum, omne id deorsum: hoc cape & prosperare.* Quo quidem ad Hermeris tabulam Smaragdinam alludere videtur, vt inferius patebit. Quæ enim inferius sunt, sunt superiora, & contrà: quod per separationem, diuisionemque sublimationemque in altum eleuatur, cœlum dicitur; astrum-

Superiora in inferioribus, & inferiora in superioribus.

astrumque minerale; relinquit enim id quod fuit, & permanet quod est, in nobiliorem tamen naturam mutatur; post horum enim corporū putrefactionem & dissolutionem, corpora se in altum eleuant, ad vsque aquæ dissoluentis superficiem, in colorem albedinis cœlestis & astralis, quæ quidem albedo vita est, suo modo loquendi, in vita albedinis anima Mercurialis nutu naturæ spiritibus Solis & Lunæ infunditur, quâ separatur subtile à spisso, & impurum ab impuro, homogeneum ab heterogeneo, exutaque terrestrium fœcium contagione cœlestem quandam indolem acquirit. Atque hic est Mercurius ille Philosophorum, de quo suprà, minimè vti vulgus putat, vulgare illud argentum viuum; in eius tamen, vt in cæterorum metallorum Solis & Lunæ, intimo recessu repositum. Ex quibus quidem tribus, non alijs, Mercurio, Luna, Sole, veluti ex triade quadam mystica, lapis, vt vocant, Philosophorum conficitur, cuius corpus est terra Solaris fixa, subtilissima, per virtutem aquæ nostræ eleuata; anima eius est tinctura Solis & Lunæ; spiritus verò est virtus mineralis amborum & aquæ, quæ defert tincturam seu animam supra corpora, & ex corporibus. Vti ergo spiritus penetrans corpus figit, ita anima copulat, tingit, & dealbat, & sine his tribus omnis in Chimico negotio labor frustraneus est. Solue ergo corpora in aqua nostra supradicta, & digere ea calore temperato, quousque tota tinctura per aquam in colorem album, siue oleum album egrediatur: hæc eadem corpora pone vna cum aqua nostra, in Hermetico vase Hermetice sigillato, super ignem lentum, eaque digere vsque dum in oleum resoluantur; quod lentissimâ stillatione longo tempore, quod quæris, tandem suppetit. Sit autem, vt dixi, ignis lenis, & continuus, donec in aquam viscosam soluantur, & tota egrediatur tinctura in colore nigredinis primùm, quod est signum veræ dolutionis. Continua deniq; decoctionem quousque fiat aqua permanens alba; in suo enim balneo nitorem & claritatem acquiret Mercurio vulgari similem, super aquæ primæ superficiem exaltata. Cùm itaque videris corpora soluta in aquam viscosam, signum id tibi sit, corpora iam in vaporem conuersa, & animas te habere à corporibus mortuis separatas, & in spirituum Chorum sublimatione deuectas, ibique corpus compositum, ex mare & fœmina, id est, ex Sole & Luna; & ex illa subtilissima natura purgata per sublimationem vitam accipit vegetabilem & multiplicatiuam suipsius. Atque ex hoc patet, quare character noster Hermeticus hieroglyphicus suprà expositus maximè hanc triunitatem Solari-Lunari-Mercurialem exprimat; cæteris q; planetis sub isdem non nisi per accidens constitutis.

Mercurius Philosophorū.

Lapis philosophorum.

Vidimus hucusque anatomiam mysticam, modumque præparandi acetum illud Hermeticum, aquam seu salem Philosophicum, per quatuor Elementorum metamorphosin, omnia per characterem Hermeticum symbolicè expressa; iam quid per Arietis cornua Cruci affixa indicauerint, exponamus. Persæpe, ni fallor, in hoc Opere demonstratum fuit, Ægyptios per Hammonem ⲁⲙⲙⲱⲛ siue Arietiformem calido-humida in natura rerum, & consequenter Numen totius fœcunditatis expressisse,

Arietis cornua Hermeticæ Cruci affixa significat duplicem ignem, elementarem, & mineralem.

cùm generatio rerum non nisi in calore & humore essentialiter existat. Aptè itaque per cornua duplicem ignem expresserunt, vnum physicum, alterum virtualem. Prior est Elementaris, sed cum certa intentionis proportione, cuiusmodi est lampadis, ad id singulari industriâ & ingenio constructæ; neque vlla maior se difficultas in toto artis magnæ magisterio exhibet, quàm in aptè proportionando hoc igne, & præcisissimâ quâdam proportione temperando, vt effectum tandem speratum fortiatur. Vt proinde certè putem, non alia de causa hoc negotium tam infelices exitus sortiri, etiam apud summæ notæ Philosophos, nisi quòd caloris temperiem ad naturæ operationem complendam necessariam nesciant. Sed cùm hanc materiam libro tertio Mundi Subterranei, quam Geogamiam metallicam vocamus, vbi lampadem seu furnulum Hermeticum exmente Arabum ex professo describemus, referuauerimus, hîc longiores esse noluimus. Ignis itaque in secundæ operationis nostræ auspicio, continuus, humidus, vaporosus, aereus & artificiali industriâ, nec minori iudicio cõcinnatus esse debet; si enim lampas seu furnulus debita sibi Geometricâ proportione careat, certè per defectum caloris non comparebunt signa in tempore designato, aut per caloris excessum aurei flores comburentur, irrito prorsus & euanito totius negotij conatu. Aut lampas itaque, aut furnulus, aut cineres, aut fimus calorem proportionatum continens, ita concinnanda sunt, vt deinde vase Hermeticè sigillato, impositò, per circulationem effectum desideratum nanciscaris. Secundus ignis est in naturalis aquæ nostræ Philosophicę, qui ignis contra naturam etiam dicitur, vti suprà ex Haled ostendimus; quia est aqua, & ex auro facit spiritum, quod ignis Elementaris præstare non potest. Est enim mineralis, & à principio metallis inditus, qui & de sulphure participat, omnia destruit, congelat, soluit, calcinat, penetrat intimas quasuis medullas, incombustibilis, & fons aquæ viuæ, in principio, medio, & fine opifici necessarius; naturæ artifex, qui non nisi artificialis ignis temperiem operatur. Sed hæc de igne sufficiant. Procedamus modò ad colorum in opere Hermetico occurrentium conditiones explicandas.

Elementaris ignis qualis debeat esse in chimia.

Caloris temperies in Chimica arte maxim̃ necessaria, ac difficilima.

Mineralis ignis in arte Chimica.

Scias itaque quatuor potissimùm colorum genera, qui aptè per quadripartitam Hermetici characteris nostri Crucem exprimuntur, se obtrudere, niger, albus, ruber, & citrinus, è quibus omnes reliquæ colorum species nascuntur. Color qui non niger est, dealbare non potest; est enim nigredo albedinis principium, & signum putrefactionis, alterationisque, & signum præbet corpus iam penetratum, multiplicatumque esse. In opere itaque primò apparet nigredo instar iuris piperini, deinde coctionis continuatione in albedinem degenerat, & instar cremoris albi supernatat; quod signum est vnitionis spirituum in ea indissolubili nexu congregatorum: apparente enim albedine, tenebrosum humidæ naturæ dominium mox perit, fumusq; albus penetrat in corpus nouum, resuscitatum, clarum, album, ac immortale, victoriamque ab omnibus iniurijs reportando triumphat. Est ergo totius operis siue lapidis Philosophorum (quod benè notandum) complementum, vt formetur corpus perfectum, quod

Colores quatuor in opere Hermetico.

ponendum in phiala vitrea Hermeticè sigillata, nè aëri aliunde introeundi locus pateat, in digestione lenis caloris, veluti balnei, vel simi temperatissimæ, operisque instantia continuetur per ignem perfectæ decoctionis, donec putrefiat, & resoluatur in nigrum, & eleuetur in album; sicuti enim calor agens in humidum, generat nigredinem primum colorem, sic continuatus calor in sicco generat albedinem secundum colorem, & deinde citrinitatem, & rubedinem agens in mero sicco. Dealba ergo nigrum, & rubefac album, vt opus compleas, & cum videris albedinem apparere veram, fulgore oculorum aciem perstringentem; scias ruborem in albedine absconditum; tunc enim decoctio tantum continuanda, vt cum siccitate & caliditate superueniat citrinitas, & rubedo fulgentissima; quam cùm videris, lauda Deum, quia tandem inuenisti, quod Mundus tantopere expetit, tam studiosè ambit, tot curis & laboribus acquirendum ducit.

Lunæ albi. Tartar. albi. Sulphur albus. Sal albus.

Argentum viuum. Magnesia. Corpus humanum. Saturnus.

CAPVT VI.

Nonnullorum hieroglyphicorum expositiones, Hermeticæ artis praxin concernentes.

NIsi mius sim, si hoc loco ænigmata, griphos, parabolas, arcana pronunciata, quêis sacramenta sua, verius dixero, nugas & deliria obuelauerunt plerique huius temporis Chimiastri, adducam; quorum nonnullis nihil insulsius, nihil ad rem impertinentius dici potest; adeo quidem, vt vel primâ fronte appareat vanum omninò & commentitium esse, quod tam inconcinnum, tam inconnexum, cumque horrida quadam, & contradictione plenissima confusione effutitum est. Accedit hisce summa Authorum, quos citant, deprauatio, aut quo tempore singuli vixerint, prorsus inconsentanea traditio. Primò enim Trismegistum Constantinopolitanum Regem faciunt, vrbis nimirum necdum in rerum natura existentis dominatorem: deinde complures Reges Arabes Alchimistas vitant, pro cuiusque libitu, ad aliquam suæ imposturæ authoritatem conciliandam, confictos, cùm tamen nulla in tota Arabum historia, Chimicisque manuscriptis, quæ apud me sunt, horum mentio fiat. Dicunt præterea Artephium medicinæ vniuersalis vsu mille annis vitam traduxisse; quo verò tempore aut seculo vixerit, altum omnium silentium est. Si enim mille annis vixit, & post Christum, vti ipse indicat liber; rogo sub quo Pontifice aut Cæsare Mundo tot annorum inaudita ætate nouus ille Mathusalem, priori ante diluuium multò ætate proiectior vixit? tam enim notabile miraculum meritò omnium Scriptorum calamos exercuisset, Regesque ac Principes ad tantum oraculum de præteritorum temporum euentibus confulendum haud dubiè auidissimâ curiositate abripuisset. Vides igitur quàm Chimistæ ad arti suæ nonnullam existimationem conciliandam quæuis perfrictæ frontis audaciâ fingant; quàm sine iudicio quæuis passim comminiscantur, quæ

Chimistrorum aliquorum impietas.

Chimistrorum mendacia.

Artephij longæuitas fabulosa.

Libri dicti. Turba Philosophorum, barbaries.

vti nulla ratione subsistere possint, ita dici non potest, quantum inde artis suæ contemptui, quantum existimationis detrimentum adducant. Talia subit quæ cognitu incitularum, *Turba Philosophorum*, horrenda barbaries plenum nobis obtrudit, fictis Authoribus, ridiculisque & quibus delirandi certissimum, in quo vix pagina est, vbi eadem non cocta quæ crambe, in quo totum, quod ibidem excellens & rarum est, facilè vnius solij ambitu comprehendi possit; à quibus omnes qui solidè philosophari volunt, caueri consulo.

Ægyptiorum sapientia in Chimica hieroglyphicè tradenda.

Sapientiæ sanè Ægyptij suæ posteris tradebant, qui varios hieroglyphico, vti supra visum est (id quod alij vel vastis libris non præstare) comprehendebant doctrinam quam de metallica successiua quadam traditione tenebant, ijs tamen symbolis intolerabilem, vt præter eos quibus quorum officium pertinebat, nulli alteri ad arcana eluis traderetur. Non nego quidem, doctrinam vniuersalem Hermeticæ artis ἐν δυνάμει totam principio nobilium Authorũ testimonijs comprobatam verè existere; sed eam ita reconditam dico, vt non nisi paucis, iisque iudicio & omnigena scientia naturalium rerum longo tempore exercitatis Philosophis, ad tam inexhaustas diuitias aditus pateat: beatum quoq; dixerim, qui non beatum errorem subinde ad artis notitiam peruenerit. Sed de his fusius in primo capite egimus; quare propositam nobis materiam prosequamur; & primò quidem nonnulla, vti Oedipum decet, modernorum ænigmata, multorum instantia ad id sollicitatus interpretabor; deinde Ægyptiorum nonnullas hieroglyphicas inscriptiones huc alludentes apponam, vt ijs promissa nostra exsoluamus.

Primum Ænigma Chimicum, eiusque explicatio.

Ænigma Chimicum primum.

CONtinet sequens Ænigma duas partes: in prima parte describitur res ipsa soluenda; in secunda ipsa Sphynx. Multorum autem ingenia in hoc enodando defudarunt. Alij enim id conati sunt ad sensum moralem detorquere; alij ad allegoricum. Cabalistico sensu explicat Wilhelmus Baroldonus Anglus in libro de vera & genuina interpretatione Sacræ Scripturæ per artem Cabalisticam. Auctor delitiarum Orbis id inuestigare conatur per metatheticam literarum combinationem. Alij volunt esse Ænigma ἀπὸ τοῦ ἰσοψήφου compositum, ex genere eorum ænigmatum, quæ Græci vocant ἰσοψήφους, hoc est, æquales calculi. Sic Grunderus. Nos quid, & quam rem sentiamus, & quomodo physica methodo soluendum, breuibus expediemus.

VVilhelmus Baroldonus.

Grunderus.

Ænigmatis primi explicatio.

Æliæ Laliæ Rithis, nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec anus, nec casta, nec meretrix, nec pudica, sed omnia. Sublata neque fame, neque ferro, neque veneno, sed omnibus. nec cælo, nec aquis, nec terris, sed vbique iacet. Lucius Agatho Priscus nec moritur, neque amator, nec necessarius, neque morens, neque gaudens, neque flens, hunc neque molem, nec pyramidem, nec sepulchrum, sed omnia, scit, & nescit cui posuerit.

Æliæ Laliæ. Hæc duo vocabula nihil aliud significare dicimus, quam artem

artem Chimicam. Vocatur quoque Æliæ Laliæ, quòd ab Imperatoribus Romanis Liuij nomine, & aliis antiquis apud Romanos nobilitatis hominibus, scriptorum magno præterea fit habitu, & magna pecuniarum vi impensa nullo non tempore in exeuda, quemadmodum videre est apud Lucrinum & cæteros quosdam Imperatoribus Spartianum, Lampridium, Rhodiginum, aliosque Romanæ historiæ Scriptores. *Rithis* [illegible], siue per commutationem literarum idem est ac Rytis, seu Græcè ῥύσις; quod significat subtiliationem empyricam propriè, quando nimirum per ignem aliquid subtiliatur, nihilque aliud infirmatur hic, nisi Elixir illud vitæ, seu vt vulgò vocant, Lapis philosophicus, variâ ignis modificatione & contemperatione ex metallis in admirabilem quandam substantiam transmutatus. *Nec vir, nec mulier.* Apud omnes Alchimistas duo vsuq; principia requiruntur ad lapidem philosophicum omnia in aurum commutantem, efficiendum, nimirum sulphur, & hydrargyron seu argentum viuum; quorum illud est veluti principium actiuum, hoc veluti passiuum: hæc proinde à Gebro & Trismegisto in Smaragdina Tabula sub obscuro verborum inuolucro vocitantur vir & mulier. His positis sic explicamus hunc paragraphum. Lapis philosophicus nec vir, nec mulier, id est, nec est sulphur, nec argentum viuum, quia in aliam iam transmutatus est substantiam, neutrius prædictorum remanente substantia seu essentia, vt communis est Chimicorum opinio. Est tamen vir & mulier, eo quòd ex ijs tanquam principijs materialibus constet. Porrò dicitur, *Nec Androgyna.* Per Androgynam intelligitur animal vtroque sexu imbutum. Lapis philosophicus à similitudine dicitur non Androgynus, & Androgynus; Androgynus, quia ex vtroque constat tanquam ex principijs, nimirum ex sulphure & argento viuo; non Androgynus, quia nihil prædictorum remansit in subtiliatione huius lapidis facta. *Nec puella, nec anus.* Significatur per hæc verba, lapidem hunc (seu vt alij vocant, ouum vegetale) abinitio rerum rebus inesse vilem & despectum, quod significatur per (anus;) quatenus autem Chimicæ artis industria ex fœce terrena erutus, vocatur puella, quasi in decore suo iuuenili constitutus. Nec puella, nec anus dicitur, quia non ita humana industria subtiliari potuit, vt non aliquid remaneret antiquæ & terrenæ concretionis. *Nec casta, nec meretrix, nec pudica, sed omnia.* Dicitur primò casta & non casta; pudica & non pudica, meretrix & non meretrix: nam vt benè Geber, & cum eo Raymundus Lullus libro de quinta essentia sentiunt, nulla res ita subtiliari potest humana industria, quin aliquid de terra remaneat. Cùm itaque lapis non sit Elementum, nec corpus simplex, sed ex quatuor Elementis compositus, patet quare dicatur casus & non casus, & quod idem est, purus & non purus &c. *Sublata neque fame, neque ferro, neque veneno, sed omnibus.* Hoc est, quemadmodum vnum granum nunquam pullulascere potest, aut etiam crescere, quin prius in terram conrectum moriatur; sic etiam lapis philosophicus nunquam ad eam vegetationem conuersurus peruenire potest, quin prius certis quibusdam medijs mortificetur; fame nimirum, hoc est, calcinatione, fixatione, coagulatio-

Geber. Trismegistus.

Geber. Raymundus Lullus.

lationes; ferrò, hoc est, crocis Martis, siue purissimi ferri, floribus: veneno denique, hoc est, antimonio crudo, siue subtiliato, non tamen itâ mortificatur huiusmodi medijs, quin semper, vt dictum est, radix tarentinæ fœcis permaneat. *Nec cœlo, nec terræ, nec aquæ, sed vtrique iuncta.* Insinuant hæ particulæ iterum aliquam contradictionem quæ tamen secundum diuersum respectum sumenda est. Non est in cœlo, quia omni terrena concretione, quantum humanæ industriæ licuit, separatus est; nec in aquis, cùm supra aqueam materiam longè elatus, subtiliori constet substantia; nec in cœlis, cùm non sit simplex corpus, sed tamen ex omnibus ijs compositum. Et in omnibus reperitur, in terra quidem, quatenus est prima huius lapidis materia; in aquis, quatenus illa terra resoluta in aqueam materiam degenerat, imò etiam quia *animam* suæ arenæ aureæ, quæ hinc inde passim in fluuijs reperitur, à multis tanquam materia huius lapidis assumitur; in cœlis denique est virtute influxiua.

Secundum Ænigma Chimicum, eiusque explicatio.

Hamuelides.

ÆNigma hoc ab Hamuelide Sadiil Arabe ex Ægyptiorum monumentis extractum ita sese habet. Virum grandæuum in templo exhibet solio elenatum, & turba Philosophorum circundatum, qui ambabus manibus binas tabulas genibus innixas demonstrat. In prima tabula visuntur tres Lunæ, quarum duæ plenæ sunt, mediantibus duabus auibus, quarum inferior sine alis, superior expansione alarum conspicua, alteri pronæ insistens eius caudam mordet, inferior verò caudam superioris. In secunda tabula tres Soles radiorum diffusione illustres spectantur, quorum duo superiores inferiori radijs veluti connectuntur. Latere verò decem aquilæ sub actu & habitu volantium cernuntur. Atque hoc est Ænigma, quod ex Ægyptiorum monumentis extractum tantò libentiùs explico, quantò maiorem ad hieroglyphica symbola paulò post adducenda, affinitatem habet.

Ænigma Chimicum secundum.

Templum siue domus in qua picturæ spectantur, nihil aliud denotat, nisi Mundum Hermeticum siue Mineralem, in quo omnia conuoluta veluti in chao quodam reconduntur. Senex grandæuus & maiestate plenus in solio residens, Hermetem Trismegistum, Mineralis Mundi primum exploratorem, omniumque Philosophorum parentem, notat. Turba hominum solium circumstans à dextris & à sinistris, notat duplicis conditionis Philosophos; quorum qui à dextris sunt, eos notant, qui scientiæ & rerum notitiâ sufficienter instructi, Hermeticæ artis scrutinium aggre-

Ænigmatis secundi explicatio.

grediuntur quidem, sed perfectionem eiusdem necdum ob difficultatem operis attigerunt, curiositate tamen impulsi, instructionem ab Hermete expoſcunt, vt tandem ad id, quod tantopere desiderant, perueniant. Ij verò qui à sinistris circumstant, eos denotant Philosophos, qui dum sufficienti notitiæ rerum supellectile instructi non sunt, illotis tamen, vt aiunt, manibus sublimia huiusmodi rerum penetralia ingredi attentant; atque hos certum est, nihil vnquam opere completuros. Hermes itaque maiestate venerandus tabulam duplicem gremio suo depositam tenet: per priorem tribus Lunis, & binis auibus in vnum coniunctis, notatur Lunarium præparatio prima; per alteram tabulam radiosis tribus Solibus, quorum duo radijs coniuncti, spectabilem, denotatur Solarium præparatio. Ita vt quinque in prima Tabula, & totidem in secunda, non sine ingenio dispositæ, quinque ad Lunarem operationem, quinque ad Solarem pertinentia cum primis consideranda occurrant. Supra thronum Hermetis decem conspiciuntur Aquilæ alarum expansione conspicuæ, quarum singulæ arcu cum sagitta instruuntur. Sed videamus arcanum, quarum tamen figuras consultò hic omisimus.

Quid singulæ Ænigmatis chimici partes denotent?

Primò tabula bipartita est, binasque in Chimico negotio operationes signat, quarum prior circa Lunæ, altera circa Solis confectionem occupatur. Per superiores itaque Lunares figuras, quarum prior ☽, altera *mercurio* ☽, duplex Luna indicatur, quarum quæ semiplena est, imperfectionem inuoluit, plena verò illam incrementi capacem denotat, vsque dum tandem alteram illam Lunam inferiorem minimè vulgarem producat, quam Philosophi aquam Mercurialem, argentum album, fumum album, terram albam, & magneticam, similibusque nominibus appellant; ad quam quidem minimè peruenitur nisi per putrefactionem, attenuationem, abstractionemque animæ à corpore in aqua spirali, quæ indicatur per aues binas, quarum vna inferior sine alis masculum, altera cum alis quæ priori insistit, fœminam, sibique inuicem caudas volantes, indicantur. Hæ duæ aues binæ sunt & vna; aqua enim ex duobus fumis per vripygia indicatis, ex duobus facit vnum, congelando & reducendo in vnum. Videntur autem aues seipsas retinere, quia quod primò dissolutum erat ex duobus, congelatum iam vnum fit; masculus enim alis priuatus, id est, congelatus retinet volantem fœminam, id est, spiritum Mercurialem, ne fugere possit, secumque consistere cogit, ideo colligatæ, & veluti in vnum compactæ cernuntur; quæ est vera fixatio Lunæ albæ plenæ, & confirmatur dicto Hermetis apud Haled:

Prima pars tabulæ chimicæ.

Haled.

ارمين الانثى على الذكر ويصعد الذكر على الانثى وتحمل كل ما تريدين ✻

Projce fœminam super masculum, & ascendet masculus super fœminam, & habes quod vis. Nam vt rectè dicunt Arabes, confertur lapis eorum quinque rebus, masculo, fœmina, & triplici argento viuo; quæ aptè sanè per triplicem Lunam, & binas aues sibi inuicem caudas mordentes notantur. Aqua Mercurialis non nisi cum simili sulphuri suo in centro aquæ stabulante conglutinatur, neque inuenitur aliud sulphuri simile, nisi id quod est ex ipso: conuenit enim, Hermete teste, rei id, quod est propinquius

ei

Similitudo.

ci ex natura sua; peregrina enim & dissimilia omnem penitus consociationem respuunt. Quemadmodum enim arbor, cuius rami, & folia, & flores, & fructus sunt ex ea, & per eam, & ad eam, & ipsa est totum, & ex ipsa totum, neque vlla res aliar generat vnquam, nisi ex ea, quæ eiusdem secum speciei est: ita prorsus vsu venit in Hermetico negotio, in quo multa quidem diuersaque concurrere videntur, quæ tamen vnum, quid sunt ex natura sua, & in vnum tendunt, vti figura docet. Recipe itaque materias Lunares in principium operis recentis, permisceantur æqualiter, teranturque, deinde desponsentur trituranturque aliæ in alijs, vt fiat conceptio, postea extrahantur & nutriantur vt fiat genitum; conceptio verò & desponsatio hæc non fit, nisi in putrefactione in fundo vasis appropriati, id est, in alembico & cucurbita circulatoria, quæ pulchrè exprimunt binæ aues colligatæ, caudasque sibi inuicem deuorantes. In hoc enim digesta defæcataque aqua per spiritum suum è tenebrarum carcere, & nigredinis regno emergens, tandem in terram album, operis complementum euadet.

Secunda pars tabulæ Chymicæ.

Sequitur altera pars tabulæ trium Solium binis radijs iunctorum; quæ tamen cum priori tabulæ parte conuenit, & exponit aquam foliatam, quod est aurum Philosophorum & nubes viuificans, estque triplex, vt Sol descriptus cum duobus radijs radians, & figura duorum in vno, & Sol habens radium vnum, & est figura vnius in vno, quæ sunt terra; est enim aqua è duabus naturis composita. Vocatur quoque triplex, quia est vnum in quo sunt tria, videlicet ignis, aër, & aqua; terra existens nigra, inferius, est Mundus inferior è duobus permixtus & temperatus; figura quæ est duorum in vno, id est, ex duobus corporibus composita in vnum, & quinque rebus explicatur; vas instar Lunæ plenæ, in cuius ventre reconditur Luna, & duo radij, & tertius radius descendens ex alto inferius circumdans terram; hæc terra triplex est, prima intrat in corpora eorum; secunda terra operis Lunaris, estque initium operationis secundæ, & corpus Solis rubrum facit ex albo; tertia verò terra per Solem infrà positum, operis totius complementum notat; aqua enim terræ nigræ superinfusa eam albam reddit, quam postea calore aucto sequitur rubificatio, operis Solaris finis & terminus: si enim proiecteris tres aquæ portiones supra terram solutam, mox illâ solutâ in vnam terram abit, aquæ parte super eam natante in forma picis liquidæ, quod totum peragitur lento fimi, vel cinerum igne per putrefactionem. Quid verò per decem Aquilas arcubus sagittisque instructas intelligant, accipe. Aquilæ animalia sunt ignea prorsùs & velocissimæ naturæ, sympathicæ Solaribus operationibus, & innuunt volatilium spirituum, qui in hoc Hermetico opere, interueniunt, subtilitatem & penetrationem vim per arcus & sagittas rectè indicatam; decem sunt, quia decemplici operatione eorum ope facta opus tantum conficitur. Prædictis consultò non addo, cùm ex superiùs dictis facilè constare possit.

Habes itaque Ænigmatis solutionem, quod tametsi Ægyptiacum, nescio quid sapiat, ab Arabibus tamen corruptum, aliquantulum à genuina,

ua sua puritate deflexit; quod vt restituamus, hoc loco hieroglyphicum Hermeticum subiungamus, cuius interpretatio maiorem lucem forsan affundet, quàm prior. Fuit autem ex Ægypto ad me transmissum, & Cairi ex celebertimo lapide, quam concham amoris vocant, transcriptum per Michaëlem Schattam Memphitam; & ita se habet. Concha amoris vas Chimicum notat, in quo sympathica dum ponuntur, fugatis contrarijs perfecto amore coniunguntur, vti symbola paulò post explicanda docent. In solio sedens Anubidis figura homo, duos sub pedibus premens Crocodilos, in manu dextra tenet Leonem & Serpentes, sinistrâ Scorpiones & Canem; infrà ponitur Serpens vndulato volumine caudam suam deuorans; astat homo ἱεροκέφαλος Hippopotamum telo feriens, ex altera parte homo Ibidis figura Hippopotamum ducens; quibus intermediat Papilio dracontomorphus. Per Anubidem non alius nisi Hermes siue Mercurius, quem passim canino capite, ad indicandam summam eius inuestigandis naturæ arcanis sagacitatem, referunt, atque adeo ipse Mercurius indigitatur. In solio sedet, ad potestatem tùm Mercurij, tùm cæterorum inferioris Mundi arcanorum in naturæ penetralibus elucescentium, quam scrutabatur, indicandam. Binos Crocodilos pedibus premit; qui quidem alij non sunt, nisi Typhonij spiritus, qui in metallis latent, acres, mordaces, venenosi, & omnia rodentes; quibus quidem non suppressis nihil in arte dignum efficies. Manu dextrâ Leonem caudâ tenet renitentem, & vi quâdam sympathica in Ibimorphum, quæ est vis Mercurialis, tendentem. Leo Chimicus aurum Philosophorum est, qui inclinationis quodam attractu naturali in Mercurium fertur, eius amicitiam summo ardore ambiens; quod vbi factum fuerit, Mercurius terræ per vim coagulatiuam iungitur, quæ aptè sanè per Ibiformem figuram Hippopotamo alligatam refertur, est enim Hippopotamus amphibium animal, & terream humiditatem notat; quam ligat Mercurius, qui tamen summam eius humiditatem non vsquequaque consumere potest; hinc ἱεροκέφαλος in subsidium vocat, id est, igneam quandam vim in centro materiæ latentem, quâ Hippopotamus figitur, fugatis spiritibus rodentibus & venenosis, in aqua Mercuriali latentibus. Draco caudam suam deuorat, id est, ad firmam & solidam substantiam per fixationem perfectam reditus sit, lapisq; vegetatus, vitam acquirit ad multiplicationem, quæ intenditur; quæ per serpentes, quos manibus tenet, signatur.

Hieroglyphicum Hermeticum chimicum, eiusque explicatio.

Figuram vide fol. 259. II. Tom. parte II.

Dicet forsan quispiam, quomodo hæc Chimicis rebus applicari possunt, cùm iam sæpius eædem figuræ rebus diuinis & Theologicis applicatæ fuerint. Respondeo, verum esse, vti passim quoque in hoc Opere demonstrauimus, hieroglyphica diuersos sensus acquirere, sed pro Mundorum analogia, analogicos; ita quod v. g. Soli Archetypo conuenit, id & Soli Sidereo, Medico, Chimico, Ethico æquè applicari potest. Differentiam solummodo in hoc ponebant Ægyptij, quod arcana hieroglyphicorum doctrina respectum quendam dicebat ad subiectum, cui insculpebatur. Sic Obeliscis insculpta, altissimas & sublimes res notabant suæ Theologiæ proprias; in Mumijs verò, metempsychosim propitiam notabant;

Obiectio contra datam, explicationesque eiusque solutio.

Hieroglyphicum idem diuersos habet sensus.

in Deorum simulachtis, attractum corundem; in vasis Medicinalibus, Medicas virtutes & facultates; sic in Chimicis vasis incisa, Chimicum notabant artificium. Vt proinde Ægyptiorum ingenium maximâ commendatione dignum sit, quòd vnum & idem symbolum, pro diuersitate subiectorum quibus insculpebatur, ad tam varios sensus & significationes torserint. Præcedens itaque symbolum in Obelisco positum, iam non Chimicum sensum, sed Theologicum in diuinitatis archetypo latentem, exhibebat; & sic de cæteris; de qua re hic primùm Lectorem monere volui, ne ex dicta symbolorum confusione, dubius & perplexus redderetur animus. Sed de his copiosiùs in III. Tomo huius Operis.

Ænigma tertium chimicum ex Haled.

Porrò adfert Haled aliam similitudinem in modum Ænigmatis, ad operis Hermetici confectionem Ægyptijs vsitatam denotandam. Ænigma hoc est ex Arabico idiomate in Latinum traductum; quod sic incipit: *Terra est apud nos, quæ dicitur Tormus, in qua reptilia quædam stabulantur, quæ opaca comedunt ex lapidibus adurentibus, & hoc pacto sanguinem insuper potant hircorum nigrorum, manentes in vmbra, concipiunt in baluris, pariunt in aëre, gradiuntur supra mare, & manent in monumentis & sepulchris, & pugnat reptile contra masculum suum, & in sepulchro manet masculus eius quadraginta noctibus, & in domuncula quadraginta noctibus, donec exeant candidarum instar columbarum, & vtrumque proijciet semen suum supra marmor in simulachrum, & venient corui volantes, & impetu super illud facto corruentes id colligunt, deinde volant supra montium cacumina, & ibi dealbati pullulant, & multiplicati fœtus pariunt.* Atque hoc est Ænigma Arabicum, quo totius artis processum apte indigitant. Sed explicemus singula.

Ænigmatis Haled explicatio.

Omnia hæc dicuntur contingere in terra Tormos, id est, lupinorum; per lupinorum autem terram, materiam primam intelligunt artis Hermeticæ. aluntur in hac serpentes & reptilia, quæ opaca ex lapidibus ardentibus comedunt, & sanguinem potant hircorum nigrorum. Reptilia sunt spiritus metallici, salini, Mercuriales & Arsenici, roſtui, comedentes, & dissoluentes opaca, id est, materiam metallicam, sub qua latent; potantur sanguine hircorum nigrorum, id est, in aquosam substantiam tingentem & fœcundam, quæ aptè per sanguinem hircorum nigrorum innuitur; vti enim hircus animal salax fœminam init quouis tempore, ita lapis quando congreditur cum fœmina in præparatione Hermetica, denigratur post dealbationem eius ignis philosophici virtute. Concipit itaque in balneis, & parit in aëre, id est, mox vbi cucurbitæ includitur, primæ suæ conceptionis rudimenta ponit, conceptum verò fœtum ignis virtute in alembici elcuatum thalamum parit, id est, in aëre, vapor enim in aëre alembici thalamo in aquam dissolutus in receptaculum colligitur, quod est gradi super mare, vbi habitat tanquam in sepulchro, vbi spiritus inclusi nouam pugnam ordiuntur. Reptile pugnat contra masculum suum quadraginta noctibus, id est, adoritur imperfectiones in materia præparata latentes, eas corrodendo, & variâ depuratione consumendo ad tempus chimicis definitum; quibus consumptis depuratisque, albedo tandem desiderata per columbas candidas indica-

indicata, exurgit. Fœcunda itaque & imprægnata massa proijcitur supra marmor, minutimque conteritur, & deinde denuo alembico inijcitur; vbi spiritus impuri à puris segregati, qui corui dicuntur, in sublime exaltati ibidem tandem vltimam albedinis perfectionem assequuntur, quod est vltimum operis complementum. Hinc rectè Hermes dicit, Hermes. leniter aqua materia subleuetur à terra vsque ad cœlum, & acquirit vim à superioribus, & descendit in terram, & habet in se virtutem superioris & inferioris, & habet lumen luminum, & ideo tenebræ fugiunt ab eo. Et alias; accipite res à minera sua, sublimate eas ad altiora loca, & mittite à cacumine montium, & reducite ad radices eorum. Atque hoc est ouum illud Philosophorum tantæ fœcunditatis, vt nullum pretium ei Hermeticorum opinione comparari possit; hoc illud Arabum celebre Elixir, de quo sic in modum Logogriphi loquuntur. Materia lapidis nostri Xir, in præparatione sua fit Ixir, fermentatus fit Elixir; quæ hoc pacto explico. Xir dicitur quælibet medicina stringens Mercurium Chimicè præparatum, super ipsum proiecta. Extrahe ergo oleum de terra primùm, & dissolue in eo Medicinam soluentem & coagulantem, id est, terram, iterumque sublima per alembicum, sublimatum calcina, & manet expressa calcinatio; dissolue, distilla, coagula, & incera oleo suo, & proijce supra Mercurium fermentatum Xir dictum; & fit Ixir, aptum ad faciendum Elixir. Ex quibus apertè patet, Sapientes diuersis quidem metaphoris & similitudinibus artis opus expressisse, in quibus tamen ad eandem prorsùs rem respexerint. Verùm hæc de Artis magnæ theoria & practica breuiter dicta sufficiant; de quibus omnibus copiosior dabitur in Mundo subterraneo, Deo dante, disserendi materia. Nunc ad artem Ægyptijs propriam, qua ex omnibus terrestribus partibus aurum colligebant, proceedamus.

Logogriphus de Elixir, eiusque explicatio.

CAPVT VII.

Quamnam Ægyptij artem auriferam propriè professi sint; & quid inde vtilitatis eis emanarit; & vtrum Smaragdina Tabula, quam tantopere Alchimistæ iactitant, verè Trismegisti fuerit?

ÆGyptios præ cæteris mortalium auriferam artem callu sse; adeo certum est, vt qui id negare audeat, meritò omnium Historicorum relationi contrariari videatur. Qualis tamen illa fuerit, tam incertum est, quàm certum eam eos habuisse. Moderni Alchimistæ commentitium illum suum lapidem ab Hermete, totius Philosophiæ parente, primò inuentum putant; atque Arabes potissimùm hinc veram artis notitiam hausisse asserunt: Hinc dici vix potest, quot curis, laboribus, vigilijs, sumptibus, vt ad tantarum diuitiarum lapidem pertingant, se exponant. Quid enim in eius gratiam non comminiscuntur? quid non ad

Auriferæ Ægyptiorum artis qualis fuerit.

Lapis philosophorum commentitius.

eius veritatem adstruendam fabularum attexunt? quibus non distillationis, dissolutionis, coagulationis, fixationis cruciatibus & tormentis in misera metalla sæviunt? versant, reuersant, voluunt, reuoluunt, coquunt, recoquunt, figunt, refigunt, verbo, mutant quadrata rotundis, vt tandem ad concupitum finem, quem nunquam adipiscuntur, pertingant. Certè tot fumis rosi, tot carbonibus denigrati, igne vstulati, spirituum pestiferorum afflatu intoxicati, substantiâ denique, ætate, vitâ fumo euentilatâ dum miseram & calamitosam vitam agunt, commiseratione potiùs quàm inuidia digni habentur. Non dicam hic de librorum, quibus hunc lapidem describunt, inutili prolixitate, & vanâ, nè dicam ridiculâ structurâ, fundamentis non nisi fragilibus & arundineis, sterilibusque thyrsis innixâ, cum tam horrenda confusione, vt vel ad primam lectionem & nauseam, & desperationem Lectori moueat; in quibus præter insulsa commenta, obscuritas prorsus affectata & imperita, cum stylo execranda barbarie ita mentem perstringit, vt vbi omnia legeris & expenderis, quid tandem concludere possis aut debeas, vix videas; vbi contradictio contradictionem inuoluit, principia priùs adstructa, posterioribus positis destruuntur, cum inextricabili æquiuocorum sarragine; ita vt nec Proteus in tot formas se transmutare possit, in quot suum ridiculum lapidem transformant Alchimistæ; vt proinde non immeritò apud omnes sensatiores Philosophos infamis scientiæ titulum meruerit Alchimia. Certè in varijs meis peregrinationibus hoc vnicum sategi, vt si qui huius scientiæ famâ celebres viri alicubi repetirentur, cognoscerem; nec vllum tamen vnquam, qui aliquid promissorum in arte præstiterit, inuenire licuit. Noui quidem præstantissimos, non veteres tantùm, sed modernos Philosophos, de hac scientia multa egregia protulisse, & summâ ingenij perspicacitate discurrisse; verùm in hoc minimè id quod Alchimistæ, id est, lapidis structuram intendisse visi sunt, sed naturæ tantùm dotes, & mirandas operationes exposuerunt. Neque Ægyptios praxin huius lapidis intendisse, adeo certum est, quàm quicquam; cùm si quandoque metallorum præparationes attingant, & arcanorum mineralium thesauros aperiant, non tamen id prætendant, quod nostri temporis, & præteritorum Alchimistæ, sed rem quandam in inferiori Mundo indicant Soli analogam, præstantissimis & vltra humanum captum exoticis viribus imbutam, id est, quintam quandam essentiam in omnibus mixtis abditam, & Mundani spiritus virtute imprægnatam, eidemque συμβολον, quam quicunque diuino Numine afflatus erit, illum ab omni infirmitate liberum, vitam omni felicitate plenam traducturum credebant; neque vnquam lapidis aurifici rationem, eo modo, quo dictum est, conficiendi, docuisse repetio; sed dictum rerum omnium Elixir.

Ægyptij non intenderunt lapidem Philosophorum conficere.

Sed obijciat hoc loco forsan nonnemo, Smaragdinam tabulam Hermetis non aliud dictare, quàm artem transmutationis metallorum in aurum, eiusque ex semine multiplicationem; quibus vt respondeam, & quænam sit illa tabula Smaragdina, vt cognoscatur, paulò altiùs ordiri visum est.

Vtrum

Vtrum Hermes Trismegistus proprie dictus Author fuerit Tabulæ Smaragdinæ.

NIhil celebrius apud Chimicos est Tabulâ Smaragdinâ Hermetis, in qua sub occultis verborum griphis abiolutum lapidis Philosophici magisterium contineri sibi perluadent. Smaragdina dicitur, quòd leges artis in Smaragdo insculptæ ad posteros in æternam rei memoriam fuerint propagatæ. Quisnam autem fuerit ille Hermes, vbinam ac quando vixerit, quo loco reposita, aut â posteris inuenta, aut qua linguâ aut literis conscripta tabula, altum omnium silentium; quod & manifestum nescio cuius suppositicij partus indicium est. Estne possibile tam celebre Hermetis monumentum curiosissimos Græcorum Philosophos, qui data opera in Ægyptum veluti ad artium emporium, arcanorum huiusmodi conquirendorum gratia peregrinabantur, latuisse? Certè huius tam solennis commenti architecti, recte ab omni circumstantia temporis, loci, nè impostoræ insimularentur, abstinuisse visi sunt, tametsi eam notam effugere minimè potuerint. Hermetem itaque, vetustissimum omnium, qui vnquam fuerunt Philosophum, Authorem asserunt, tùm ad artis vetustatem commendandam, tùm ad eidem magnifici nominis titulo authoritatem conciliandam. Duplex de Hermete sententia est; quorundam eum Ægyptium & Trismegistum asserentium; sed dum Platoni cum synchronum faciunt, prorsus in Chronologia delirare videntur: alij eum Græcorum Regem Constantinopolitanum dicunt; sed hi tantò errant deteriùs primis, quantò inconuenientius contra omnium Chronologorum Historicorumque sensum id effutiunt: lege omnes Historiæ Constantinopolitanæ codices, neque vllum huius nominis Regem reperies. Accedit quòd is non potuerit esse, si esse potuit, nisi posteris Constantini, à quo Constantinopolis primam etymi sui originem inuenit, temporibus; sed cùm de hoc Hermete omnes Historici sileant, meritò fictitium Authorem esse vel luce meridiana clariùs colligitur. Solus Albertus Magnus in libro de secretis Chimicis, qui tamen inter supposititios Alberti libros connumeratur, originem huius Tabulæ recitat; dicit enim Alexandrum Magnum in suis itineribus sepulchrum Hermetis omnium Philosophorum parentis inuenisse plenum omnibus thesauris, non metallicis, sed aureis scriptis in Tabula Zatadi, quam aliàs Smaragdinam vocant. Vbi quæso? quo loco? quâ regione? quibus characteribus & linguâ inscriptam? Quis non apertè videt, hæc mera Chimiastrorum figmenta esse, cùm nec in vita Alexandri quicquam simile habeatur, neque ante Alberti tempora vlla apud Chimicos Scriptores Græcos, Latinos, Arabes huius dictæ Tabulæ mentio fiat. Bernardus Canesius Alchimista, primus, quod sciam, eam Mundo obtulit, aitque in ea totum opus, & totius Mundi thesaurum contineri. Inscriptio Tabulæ sequitur.

Tabula Smaragdina cur ita dicebatur, & quis eius Author secundum chimicos.

Hermes Trismegistus nõ est Author tabulæ Smaragdinæ.

Albertus Magnus.

Bernardus Canesius Alchimista primus prodidit tabulam Smaragdinam.

Ta-

Tabula Smaragdina Hermetis.

Tabula Smaragdina verba.

VErum sine mendacio, certum, & verissimum; quod est inferiùs, est sicut quod est superiùs; & quod est superiùs, est sicut quod est inferiùs, ad perpetranda miracula rei vnius: & sicut omnes res fuerunt ab vno meditatione vnius; sic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re adaptatione. Pater eius Sol est, Mater Luna, portauit id ventus in ventre suo, nutrix eius terra est, pater omnis telesmi siue consumationis totius Mundi hic est. Vis eius integra est, si versa fuerit in terram. Separabis terram ab igni, subtile à spisso, suauiter, cum magno ingenio; ascendit à terra in cœlum, iterumque descendit in terram, recipitque vim superiorum & inferiorum. Sic habes gloriam totius Mundi; ideo fugit à te omnis obscuritas. hic est totius fortitudinis fortitudo fortis, qui vincet omnem rem subtilem, omnemque solidam penetrabit. Sicut Mundus creatus est. Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus est hic. Itaque vocatus sum Hermes Trismegistus, habens tres partes Philosophiæ totius Mundi. Completum est, quod dixi, de operatione Solis.

Tabula Smaragdina scitu...

Atque hæc est inscriptio celeberrimæ tabulæ Smaragdinæ Hermetis, quod supremum est Chimiastrorum oraculum. Quæ si quis paulò attentiùs examinârit, is mox reperiet singula ferè verba ex Hermetis Pimandro & Asclepio, Iamblicho, Proclo, hinc inde extracta, & in hanc epigraphen compilata fuisse; accedunt præterea nonnulla verba barbara, quorum nec vestigium apud Hermetem reperies, cuiusmodi sunt fatitudo fortis; quæ vox quid indicet, conijcere non potui, nisi forsan fatuitatem Chimicorum capitibus congruâ indicare voluerint, quod ipsis libens relinquo. Quis verò sit ille thesaurus maximus totius Mundi, quem sub his verbis latere existimant, non capio. Certè quàm facilè illi lapidis sui mirificas virtutes sub ijs abditas asserunt, tam facilè ego totum id ad vniuersalem naturæ vim adapto. Quid enim per illud, *quod est inferius, est sicut quod est superius, & contrà*, aliud indicatur, nisi quod omnia sint in omnibus? Nam Proclo teste lib. de sacrif. & magia, in cœlo terrena sunt secundùm causam, modoque cœlesti, in terra verò cœlestia, sed modo terreno. Quòd *ab vno omnia mediatione vnius, & omnia ex vno adaptatione*, appositè sanè probat Parmenides Platonicus, & Hermes in Asclepio, vim quandam Mundani spiritus in intimis rerum omnium medullis latentem maximam, cuius principale instrumentum Sol & Luna; & in vapore quodam humido consistere. Atque hoc est, quod dicit tabula, *portauit id ventus in ventre suo.* Maxima autem hæc vis terrestribus materijs inclusa, est parens perfectionis rerum omnium, & totius Mundi; quæ aptè insinuantur his verbis: *terra eius nutrix est, pater telesmi totius Mundi; vis eius integra est, si versa fuerit in terram*; quæ possidetur ministerio ignis, terram separando ab igne, purum ab impuro, temperatè & industriâ singulari; ignis enim ministerio mox ascendit à terra in cœlum, & si quid fœcibus admistum fuerit, denuo descendit in terram; quæ Asclepius Hermeticus amplè diducit, atque hoc loco nihil aliud indigitat nisi naturæ vim quandam digestiuam, subtiliatiuam, ad generationem rerum perficiendam necessariam, cooperante lumine cœlesti terrestrium rerum dispositioni.

Tabula Smaragdina explicatio.

Proclus.

Plato. Hermes.

Atque hæc est quinta illa essentia rerum omnium, & thesaurus Mundi tenebris euolutus, id est, ab omni terrena contagione repurgatus, ad cuius exemplar vel ipse Mundus productus fuit, mirabili quâdam adaptationum serie. Hæc est expositio tabulæ, in qua vniuersali quâdam ratione vis naturalis in productione rerum ad optimum eximiumque rerum statum describitur; poteritque iuxta analogiam quandam non terrestribus tantùm & metallicis, sed & vegetabilibus, elementaribus animalibus, cœlestibusque quàm optimè applicari.

Tabula Smaragdinæ finis qui.

Totus itaque sensus in hac Smaragdina tabula comprehensus nihil aliud est, quàm Theoria quædam illius essentiæ præstantissimæ, & mirificis virtutibus præditæ, quam alij Elixir vitæ, quidam totius naturæ thesaurum, nonnulli aurum potabile, plerique quintam essentiam esse dicunt. Ad hæc enim singula tabulæ sensum applicari posse, certissimum est; quam enim vim spiritus Mundanus in Sole, hanc in Sole humidorum vino, hanc in mineralium Sole auro, iuxta analogiam quandam, eandem possidet; vnâ & eâdem virtute in diuersis subiectis pro conditione & proprietate singulorum operante.

Ægyptij non scierunt artem transmutatoriam rerũ in aurum.

Quæ cùm ita sint, iam vtrum Ægyptij veram artis transmutatoriæ scientiam habuerint, & vtrum eius ope tantam auri & argenti, qualem in primo capite descripsimus, copiam coacerùarint, discutiendum est. Respondeo negari non posse, subtilissimos Ægyptiorum Philosophos artis transmutatoriæ doctrinam, loquendo semper *ἀφ' ὑψηλοῦ*, possedisse; adeo tamen difficilem, adeo periculosam praxin fuisse, vt nullâ ratione ad regnum eius ope tam immanibus sumptibus quibus indigebant, fulciendum sufficientem putauerint. Vel enim publicè eam artem exercebant, vel priuatim; si illud, iam ars non amplius occulta, sed publicis prostituta vsibus quemque etiam priuatam ad proprijs emolumentis eius ope prouidendum, thesaurosque ingentes coacernandos stimulabat, eòque res deueniebant, vt breui omnes Regibus diuitiarum affluentia, aurique copia, eum maximo & ineuitabili Regni periculo & præiudicio æquiparari potuerint: quod quàm politicis rationibus contrarium fuerit, is solus ignorare poterit, qui quæ in Politica Ægyptiorum tractauimus, ignorârit. Si hoc, illa haud dubiè inter paucos admodum viguerit; qui in laboriosissimo & periculosissimo opere, ad Regni sufficienti auri argentique abundantia prospiciendum minimè sufficere potuerant.

Obiectio Chimicorum soluitur.

Sed obijcient Chimici, tam inæstimabilem auri copiam Ægyptijs suppeditatam fuisse ex lapide illo mirifico, cuius proiectione auri vis quasi in infinitum augeretur. Verum cùm hæc somnia & deliramenta Chimicorum sint, prorsùs repudianda sunt. Si enim vnquam talis ars in rerum natura fuisset auri multiplicatiua; quid prohibuisset, quò minùs artifex omnia eius ope in aurum conuertisset? Certè nullum vnquam Alchimistam fuisse, qui id præstiterit (nisi forsan fabulosum Mydam obtrudant) aut qui diuitijs multùm abundârit, vti experientia hodierna, ita veterum à tot annorum millibus, luculenter docuit. O felices

Re-

Reges & Principes, quibus tam diuinæ artis subsidio, non iam ex viscerib. terræ summo labore et expensis aurum erutum in statuam nerum comparetur, sed ludo puerorum, id est, nullo negotio, solius animæ auriferæ proiectione supra imperfectâ metalla peracta, in infinitum pullularet, adeoque omnes arbores non iam poma & pyra, sed auriferos fructus porrigerent; atque sic minerali natura in vegetabilem transmutata aurum cum fructiferarum arborum luxuric & fœcunditate competeret. felices populus, quibus hæc nascuntur in hortis Numina. Sed quis vnquam Historicus similia portenta contigisse obseruauit? Quid itaque Ægyptij per multiplicationem hanc intellexerint, aperio. Diximus in. præcedentibus, Ægyptios Elixir quoddam expræstantissimis materijs extrahendi rationem quandam calluisse, quod & cœlum appellasse, ob summam subtilitatem & perfectionem, reperio. Hoc Elixir, siue quinta essentia, tam eminentis virtutis erat, vt cuicunque distillatæ ex quibusuis herbis aquæ affunderetur, virtutem eiusdem, quæ certum aliquod corporis membrum respiciebat, in decuplum augmentaret. Verbi gratia, si aquæ ex Hepatica extractæ apponeretur, illa aqua decuplo validiorem in Hepatis cura effectum præstaret; eratque hæc aqua ad eam temperiem, per continuas circulationes reducta, vt frigidis apposita, decuplo ea frigidiora, calidis addita, decuplo calidiora, siccis iuncta, decuplo ficciora, humidis denique admixta, decuplo ea humidiora efficeret. Quæ omnia fusè ex mente Ægyptiorum prosequitur Balsan Arabs, in libro de Elixiris vitæ compositione; erat enim hæc eximia quædam panacea & præstantissima, corpus à quacunque infirmitate immune conseruandi, non Medicina illa metallica auri multiplicatiua. Atque hanc ego arbitror fuisse aquam illam admirabilem, & planè cœlestem, omnibus morbis profligandis aptam, quam & lapidem dicebant, eò quòd ex lapidibus pretiosissimis, & miræ virtutis fuisset extracta, quam & aquam vitæ, vegetabilis naturæ semen, animam Solarem, similibusque lapidi Hermetico impositis denominationibus nuncupabant. Quod arcanum vti præ omnibus maximum studiosissimè celabant, ita passim de lapide auri vi quadam cetera metalla in aurum transmutatiua pollente, fabulosas narrationes inuexerunt. His itaque rite expensis, videamus modò, quænam ars illa Ægyptiorum aurifera, cuius ope ad tantas diuitias peruenichant, proprie fuerit. Respondeo fuisse illam, quâ ex omnibus terrestribus materijs summâ ingenij industriâ præparatis aurum & argentum extrahere nôrant. Quo in negotio vti omnes ferè operationes, quæ in magisterio lapidis præscribunrur, exercentur, ita transmutatoria pro metallica arte sumpta, facilè vna cum altera confunditur, vt proinde omnia hieroglyphica supra exposita symbola, ad hanc metallicam artem alludere videantur. Qualis tamen illa fuerit, explicemus. Duas materias reperio, ex quibus aurum extraxisse feruntur: limum seu terram Nilotiam, & saxa omnis generis. Limus Nili siue terra Nilotica maximè aureis scatebat arenis. Cùm enim in Æthiopicis montibus, per quos Nilus deriuabatur, maxima vis auriferarum minarum lateat, ac proinde ex continua fluminis alluuione a par-

Ægyptij eliuir extrahebant è præstantissimis rebus.

Balsan.

Elixir vitæ lapis philosophorum Ægyptiorum.

Aurifera Ægyptiorum ars quantum fuerit.

Auriferæ Ægyptiorum artis explicatur.

Materiæ ex quibus aurũ extrahebant Ægyptij.

particulæ aureæ abraderentur; fieri non potuit, quin flumen præceps in Ægyptum per catadupas delatum, magnam vim auri secum vna deuoluerer, qua limus, quin ipsa tellus inuoluta sufficientem massam suppeditaret, ad aurum inde copiosum extrahendum. Limum autem Nilotic̃um maximè huic negotio aptum, fuisse illum, qui à catadupis vsque ad Insulam Elephantinam, non eum, qui iuxta Memphim & agros mari vicinio-res colligebatur, constat ex eò, quòd ex fluminis per immensos scopulos præcipitatione arenæ aureæ limo commixtæ separatæ in subiecto præcipitij alueo mox terræ commiscebantur, & in massas subinde integras collectæ repetiebantur, quas deinde artificio ijs noto, vt postea dicemus, separatas, fusioni in fornacibus aptis destinabant. Hoc pacto collectus limus, maxima hominum copia, quæ ad id opus scelerib̃us damnata deputabatur, extractus, frequentissimis lotionibus primò eò vsque exercebatur, donec terrestribus partibus ab auro separatis defluentibusque, sola aurea arena, vtpote grauior, naturæ pondere, in vasis ad id summâ industriâ constructis, & aliquantulum decliuibus, remaneret; quam collectam ollis fictilibus impositam, & probè sigillatis, cum certa quantitate Mercurij, vel plumbi ijs adiecta, fornacibus triduo vel quatriduo primò, & prout opus requirebat, coquendam exponebant, vt perfecta fieret auri cum Mercurio vel plumbi commixtio penetratioque. Quo peracto, fusione in laminas aureas vsui communi deducebant. Atque hic modus fuit aurum ex arena extrahendi. Altera aurum ex saxifodina extrahendi ratio hæc erat. Supra Thebanam Præfecturam, & per omnes circumuicinas regiones, complures saxifodinæ reperiuntur, auro potissimùm turgidæ, à quibus omnis generis saxa, tùm ad fabricas, tùm ad simulachra construenda eruebantur. Hæc infinita hominum multitudo ad id ob scelera condemnata eruebant. Erant qui exscindendis saxis operam impendebant; nonnullis ea foras exportandi cura committebatur; quidam in minutissima frusta dissecabant; alij in mortarijs in pollinem contusa molendinis circumactis exercebant; pars hoc modo præparatam tabularis aceliuibus impositam, frequentissimis lotionibus purgabant; quâ sequenti purgatione aurum tandem à terrestribus partibus separatum in tabulatis remanebat; quod deinde colligentes, & per spongias expressum, amalgamatumque, fictilibus ollis imponentes, commixta certâ quantitate plumbi, aut alterius metalli auro confinis, iuxta artem ijs cognitam has ollas probè prius, ne spiritus exhalaret, luto sigillatas, fornacibus coquendum tradebant; quo peracto aurum habebant vsibus humanis reseruatum. Tanta autem erat harum ollarum multitudo, vt ad aliquot milliones liberarum auri, singulis mensibus, summo totius Regni bono inde perciperent. Verum audiamus Diodorum Siculum, qui sicuti omnia propriis oculis se lustrasse scribit, ita totius operationis scenam, quam accuratissimè descripsit, ita autem refert l. 3. c. 2. *In Ægypti finibus, qui ad Æthiopiam & Arabiam vergunt, loca sunt metallorum feracia, ex quibus magno cum labore & expensis aurum eduitur. Nam terra nigra naturâ mœstus ac venas habet marmoris candidissimi, & quod supra omnem lucet splendorem. Huic*

Aurum ex arena extrahebant Ægyptij.

Aurum ex saxifodinis extrahebant Ægyptij.

Auri extrahendi è saxis modus apud Ægyptios vsitatus.

Diodorus Siculus.

operi qui præsunt, magnâ hominum multitudine ad excudendum aurum struntur. Ægypti enim Reges crimine damnatos omnes, atque ex bonis captos, insuper ob aliquam falsam calumniam, aut Regum iram in carcerem detrusos, interdum ipsos, interdum totam vniuersam cognationem, auro effodiendo deputant, simul sumentes facinorum pœnas, simul magnum quæstum ex eorum labore accipientes. Illi compedibus vincti, magnis hominum numerus, absque vlla intermissione die noctuq; operantur, nullâ requie concessa, omnique oblata fugiendi occasione. Nam barbari milites, diuersa inuicem lingua, eorum custodiæ præsunt, quorum nullus, sermonis commercio sublato, aut precibus, aut amore possit corrumpi. Ex terra durissima plurimo igni decocta aurum extrahitur. Molliorem petrain, & quæ mediocri labore frangitur, ferro effodiunt, infinita fere hominum millia. Qui auri venas discernit, præcedit operarios ostendens qua effodiant loca; monstratum lapideum marmor robore corporis præualidi, non arte, sed magna vi cuneis ferreis proscindunt. Cuniculos verò agunt non rectos, sed quo splendentis auro marmoris natura ducit; cùm propter varios flexus circuitusque obscuri existant. Lumen opifices ante frontem præferentes, saxa magno conatu in frusta excisa in solum deiciunt. Ab hoc labore nunquam conquiescunt, inclementia verberibusque ad continuum opus coacti. Impuberes pueri in duas partes, bi quidem proiecta frusta minutim scindunt, illi verò afferunt. Qui autem triginta annum excedunt, sumpsia ab his ad mensuram concisa frusta in lapideo vasi, ferreo malleo terunt; ea deinde in molis, quæ plurimæ sunt, coniecta, femina sustinque duo aut tres ad molam posiri usque ad farinæ modum contrita molunt; manifesta omnibus horum corporum illuuies, neque veste vlla cooperiente pudenda, nemo est, quin eo aspectu facile tetroque motus, tanta miseratur calamitate. Sed nulla pietas, nulla requies, nulla venia illis datur, siue ager, siue febricitans, siue senex, siue fœmina debilis fuerint; sed plagis omnes ad continuum opus cogantur, quoad miseri ex debilitate deficiant. Demum opifices ad molam contrita in lati tabulis paulò accliuioribus ponentes, iterum aqua immicta marmor terunt. Eo modo terra destuente aurum ex grauitate in tabulis manet, hoc sæpius iterantes manibus aurum fricant; deinde turis spongia terram mollem exprimunt, quoad veluti arena aurea reddatur. Alij postremo operarij ponderi & mensuræ in ollas fictiles conjicientes superaddunt certa mensura plumbum, algam maritimam, furfuremque bordaceum. His ad proportionem compositis, ollas luto diligenter linunt; denique quinque continuis diebus ac noctibus in furnace decoctum, reb⁹ cæteris consumptis, solum aurum in vasis reperitur, parum priori ponderi imminuto. Atque hæc est decantata illa Ægyptiorum Alchimia, hic ex terrestribus materijs aurum extrahendi modus, non illa, quam suprà descripsimus ex lapide philosophico resultantem; quæ non nisi theoria quædam huius erat. Atque hanc à primæuis Regibus successiuâ quâdam traditione accepisse ipse Diodorus aperte asserit his verbis: *Horum metallorum inuentio vetusta est, ab antiquis Regibus reperta.* Quantum verò auri ex inhaustis illis aurifodinis, innumerabili illa hominum multitudine gratis laborantium, breui tempore extrahi non poterat? Erant enim saxa auro turgida, & venis auriferis refertissima, quam quidem ibidem partim natura, partim aurearum glebarum coacruatione, & vna cum saxo coa-

Auri conficiendi ratio apud Ægyptios ex Diodoro.

Alchimia Ægyptiorum.

Diodorus.

coagulatarum exundans Nili fluuius produxerat. Hanc deinde artem ab Ægyptijs acceptam Hebræi, cœterique Orientales summo semper labore & diligentiâ coluerunt. Tametsi, vt paulò antè quoque indigitaui, non negarim, magnam quoque auri argentique copiam ex hydrargyri reliquis metallis commisti singulari artis industriâ peractâ fusione consectam esse; hanc enim artem ipsos calluisse ex ijs, quæ in præcedentibus de natura metallorum ad Solem & Lunam, id est, ad aurum & argentum vicinitate, ex mirifica characterum Planetariorum constructione docuimus, patet. Nam vt rectè Strabo docet, sunt in ripa maris Erythræi nonnulli montes cauernis pleni, in quibus magna hydrargyri copia ad vsum metallicæ artis colligitur. Artem enim esse quandam hydrargyron in aurum argentumque verum fixandi, is solus nescire potest, qui metallorum vnius in aliud transmutatiuam potestatem ignorârit. Verùm cùm de hoc argumento ex professo in Mundo Subterraneo libro de arte auriferâ, ample & copiosè acturi simus, eò Lectorem curiosum remittimus, vbi quæcunque circa hanc materiam desiderari possunt, vario experimentorum apparatu, regulisque pragmaticis ad naturæ exemplar institutis demonstrata reperiet. Ex quibus quidem hucusque dictis satis patet, quantum nullo non tempore huius auri sitis humanas mentes oppleuerit; quantâ curâ & sollicitudine eiusdem possessionem acquisierint, quot laboribus ad illud acquirendum se exposuerint, vel ipsa naturâ monstrante, aurum inuentione laboriosum, custodiâ difficile, quæstu anxium esse, vsu inter voluptatem & dolorem constitutum; vt proinde nemo verè sapientiæ deditus illud multum quærere, aut desiderare debeat. Quibus proin ille, qui despectis repudiatisque huiusmodi vilis terræ lenocinijs, ijsque non nisi necessarijs contentus, tranquillam & ab omnibus animi pathematis depurgatam vitam ita componit, vt illud Sapientis vere & ex animo dicere possit: *Paupertatem ego diuitiis, Domine, ne dederis mihi, sed victui meo tantum tribue necessaria.* Definamus itaque in hoc perpetuo caducarum rerum æstu firmitatem quærere, glandes porcis committamus, bobus fœnum, ranis & coruis sensibile tempestatis præsagium; sordidam auri voraginem auaris; nos altioribus nixi principijs æternâ mente non quæ fluxa in hac sublunaris Mundi œconomia, sed quæ sempiternis supra cœlum thesauris comprehenduntur, omni studio mentisque contentione inquiramus. Atque hæc sunt, quæ de Ægyptiorum Alchimia, Lectori communicanda duxi.

Auri acquisitio laboriosa.

Nota Lector hanc figuram sequentem soli 4to. inferendam esse, vbi omissa fuerat, & explicat 7 Planetarum characterum ex Cruce Hermetica constructionem, vti sequitur.

Constructio Characterum septem Planetarum.



Exaltatio Lunæ in Tauro.

CLASSIS XI. MAGIA HIEROGLYPHICA,

EMINENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO, DOMINO

FRIDERICO S.R.E. CARDINALI

Landgrauio Hassiæ, nec non Ord. Hierosol. Equitum S. Ioannis per Germaniam Magno Magistro.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

INTER cætera Christianæ Reip. damna illud meritò summum existimandum est, quòd à bonorum omnium largitore DEO mortalium animos auersos in ultimum impietatis, & conclamatæ fidei barathrum præcipitat. Quæ quidem alia non est, nisi Magia; nouella quidem naturalis, & reconditior humanæ sapientiæ portio; sed quæ in aperto Dæmonum commercio consistit, sortilegijs, veneficijs, occultis spirituum inuocationibus, cæterarumq; superstitiosarum artium vsu insanis illis ausibus: quæ vti Diuini cultus, ac veræ religionis eximia lux est, ita non immeritò, quæ sacris, quæ profanis Canonibus summo rigore proscripta, luculenter monstrat, rem vel sic velut malorum omnium scyllam iure vitandam esse, quod adeò Christianorum dogmatum institutis perniciosum atq; exitiale dignoscitur. Cùm itaq; Eminentissime Princeps, nonita pridem, in supremum Purpuratorum Patrum Senatum promeritorij Tuorum cumulo adscitus fis, atq; adeo dignitatis assumptæ ratione sic postulante, muneris Tui sit, Ecclesiam Dei ab omni impietate vindicare, lolium; in eadem Sataniceæ malignitatis versutia disseminatum, quibuscunq; modis extirpare; certè hoc adeò magni apud me ponderis fuit, vt ea de causa hoc meum de veterum Ægyptiorum Magia argumentum (quod vti mille Satanæ in animis hominum illaquendis fraudes detexit, ita & eas dextrè præcauere docet) gloriosæ nominis Tui immortalitati consecrare non dubitarim. Accesit hisce capitibus eximius virtutum Tuarum splendor, de quibus tamen modo silere præstat, quàm eas hac angustiâ chartæ nimis parcè attingere. Nouit Mundus Natalium Tuorum sublimitatem; miratur inuicta ac prorsus Herculeo animi Tui (quæ maximè in Melitensium maritimis expeditionibus eluxit) magnitudinem, robur, constantiam; victorias & triumphos quos à Christiani nominis hoste reportasti, spolia & trophæa in Principum Ecclesiarum Vrbis tholis affixa abunde testantur: vt proinde complures de Tua sibi virtute Orbis Christianus pollicetur, in tali potissimum dignitatis gradu constituta, in qua & auctoritate pollet vt possis, & zelo abunde vt velis magnam mentem Tuam, in gloriosis pro honore Dei & Ecclesiæ emolumento, facinoribus perpetrandis impendere. Vale Eminentissime Princeps, & quem olim, pro insita Tibi benignitate in Tuorum familiarium numerum coaptabis, porrò vnum ex Tuis esse patere.

CLASSIS XI.

Magia Hieroglyphica,

In qua superstitionum, damnatarumque artium origines à primæuis Mundi sæculis vsque ad hæc nostra tempora traductæ demonstrantur, & conuelluntur.

PRAEFATIO.

Damon hominis felicitati inuidens nitetur eum de statu suo deijcere.

INTRODVCTO per Protoplastorum inobedientiam in Mundum peccato, corruptaque humani generis massa, atque tota posteritatis serie in origine sua vitiata, nihil sanè antiquius habuit humani generis hostis Diabolus, quàm vt, quod per primum peccatum iam concussum erat in vltimam ruinæ exitium deduceret. Erat homo, vtriusq; Mundi consortium, Dei similitudine signatus; eo fine conditus, vt soli Conditori suo deditus seruiret, eoque tandem post Vitæ huius corruptibilis caducitatem Deo suo fruitur æternis lætaretur delicijs. Verumtamen hoc vbi aduertit callidus serpens, inuidiæ æstro stimulatus, nihil non egit, omnes machinas mouit, vt à Deo Conditore suo humanum genus diuerteret, eo honorem, reuerentiam, veramq; soli Deo debitam latriam sibi adscisceret, diuinamque vnitatem in complures veluti diuinitatis particulas quasdam dispesceret. Cum itaque diuinæ essentiæ abyssus ijs cognitu difficilis, atque adeo Numen illud æternum nullibi reperiri, quòd vsu non apprehenderetur, sibi persuaderent; paulatim oculos in ordinatissimum Mundi concentum figentes, astrorumque decorem conijcientes, illa veluti Deos æternos cultu prosecuti sunt. Nec hic constiterunt, famam hominum præteritorum sæculorum, qui nonnihil sibi humanis rebus maius in vita gessisse videbantur, percipientes, verum gestarum admiratione rapti eos velati Numina quædam apotheosi sanè execrandâ coluerunt. Cum autem ijs omnium tam bonorum, quàm malorum euentuum causas adscriberent, impendentiumque sibi malorum metu, aut bonorum spe continuò agitarentur, hinc nata est Idololatriæ soboles superstitio, ex superstitione variæ diuinationum species, quibus vitæ actionumque suarum fortunam bonam vel malam, futurarumque rerum auspicia molichantur. Et quoniam Numinum in tot rum metu consternebantur, hinc statuæ variæ vnicuique Numini competentes fecerunt, vt cultu ipsi præstito in omnibus actionibus suis eos propitios haberent. Hinc totus Mundus variis Numinibus auctus, totam paulatim successiuam posteritatem execranda Idololatriæ contagione infecit. Fuit autem prima huius detestandi cultus inuentrix Cainæ stirpis progenies, vti suprà in fragmento librorum Enoch apertè docuimus. Cham verò ante Orbis catacly smum, nefarijs Cainanitarum doctrinis imbutus, eas ad posteriora sæcula, videlicet suæ generationis stirpem, pocissimùm in Ægyptum ex Chaldæam, quarum primus colonus erat, propagauit, vbi tam altas radices egit, vt tamen

Idololatriæ origo.

Ægyptum Idololatriæ infecta à Chamo.

mis fuit in vniuersum Mundum diffusis maxima vbique locorum incrementa sumpserit. Hinc Hebræi contigui primùm infecti, Græci verò, Romani, vniuersa Asia & Africa plenis labris hauserunt; quæ cùm omnia in primo Tomo demonstrata sint, hoc loco repetenda non duxi.

Cùm itaque Magia Ægyptiorum nihil in historijs, quâ sacris, quâ profanis celebrius sit, magnaque hieroglyphicorum portio eidem implicata sit; eam hâc Classe ex professo explicandam duxi, vt quam callida humani generis hostis animos mortalium astu eludat, quàm subtilibus retibus curiosorum hominum ingenia implicet, luculenter patefiat; eâ cautelâ tamen ex circumspectione, ne tenerioribus mentibus offendiculo sint, quin potiùs vt quisque sibi ad cautelam ea legat, & à Satbanicis machinamentis cauere sciat. Verùm vt omnia clariùs discutiantur, in decem Capita totam Classem diuidendam existimauimus.

Aegyptiacum Magiæ explicandæ propositum.

CAPVT I.

Quænam fuerit Magia hieroglyphica Ægyptiorum, & in quo illa constiterit.

Zoëgardus. Bolengerus. Delrio. Pererius. Thomas Alasius.

MINIME nobis hoc loco de origine, diuisione, definitione Magiæ multiplici agendum censuimus, cùm in multis huius Oedipi argumentis abundè id præstiterimus; susque de ijs Boissardus, Bolengerus, Delrio, Pererius, Thomas Alasius Ord. Prædic. in Opere de Potestate Angelica tractarint, alijque innumeri tum sacri, tum profani Scriptores iustis eam voluminibus tradiderint. Relictis igitur omnibus, abalijs iam traditis, intra argumenti nostri limites nos continentes, quæ Oedipi propria sunt, prosequemur.

Homo scire desiderat futura.

Nihil humanæ naturæ tam insitum esse spectamus, quàm vt sciat, & in continua rerum cognitione versetur, earum maximè, quibus res rationesque suas contineri putat: siue ea iam fuerint, siue sint, siue futuræ exspectentur. Vnde gens nulla fuit, siue illa humanitate & politicâ viuendi ratione probè instituta, siue immani quâdam barbarie, ferocissimorumque morum consuetudine prædita fuerit, quæ non sibi futura significari, eaque anxiè intelligi prædicique & cupiat & speret; vetumque humanæ menti vnà cum hæreditariæ contagionis peccato primorum parentum culpa insitum, dum pruritu curiositatis stimulati fidem attribuerunt Serpenti vereri asserenti fore se sicuti Deos, scientes bonum & malum, si ex arboris vetitæ fructu comederent. Hâc curiositate itaque ineirati, mandatum Domini transgressi, vnà secum totam posteritatem inextricabilibus malis inuoluerunt. Procedit autem summum huiusmodi futurorum cognoscendorum desiderium ex ipso amore, quo vnusquisque naturâ instinctu, & summâ sollicitudine bonum sibi conueniens acquirere, malum verò sibi imminens veluti incongruum & violentum, quibusquibus modis repellere cupit; vnde Medicina nata est, quam Characteristicâ vocant. Quemadmodum verò bona à Numinibus bonis, ita ma-

Protoplastus Adam futura scire cupiens præuaricatus est.

la-

Ægyptij singulis rebus attribuebant Genios bonum & malū.

la à Numinibus malis dependere existimabant. Nam vt alibi fusè declarauimus, erat Ægyptiorum proprium dogma, non solùm singulos homines ab ortu duos Genios, bonum ac malum, à supremo Numinum Emeth sibi præstitutos habere; sed etiam singulas rerum naturalium species, eosdem sibi assignatos habere; quorum prior ad conferenda bona omnis generis charismata suaptè natura veluti suæ sibi tutelæ commissis succurreret; posterior verò ad inserenda omnis generis mala promptus semper paratusque existeret. Hinc Seruius illud sexti Æneid.

Seruius.

Quisque suos patimur manes, commentans, *bonum*, inquit, *& malum Genium intelligit*. Et Orpheus in Ἐπῳ: Δαίμονα τηλόθεν, ἠδὲ δαίμονα πάντα θανόντα.

Orpheus.

Credebant enim, malignum Genium fato quodam, vt in Astrologia diximus, homini in primo illo momento, quo ex ventre matris secluditur, deputari; eumque talem esse, qualem stellæ natura profert; quæ si bona, bonus; si mala, malignæ pariter naturæ Genius credebatur. Hinc tota ipsorum Magia huic veluti cardini inniti videbatur, vt quemnam quisq; Genium in prima sua genitura nactus fuisset, cognoscerent; in hoc totum eorum studium versabatur, vt inclinationes, proprietates, & dona, quibus pollebat, intelligerent. Quod si cognoscerent, ita dictis Genijs esse naturalis inclinationis vi comparatum putabant, vt humanos honores & cultus præ omnibus alijs summè appeterent, & vnicè ambirent, tantòque quisque paratiori animo esse ad succurrendum, quanto intensiori cultu maiorique sollicitudine fuisset inuocatione accersitus.

Magia Ægyptiorum vnde quo ducta fluxerit.

Hinc Ægyptij, teste Iamblicho, artem inuenerunt, quâ mundanarum rerum Genio cuique appropriatarum mistura, Genios in statuas compellerent, & concepta verborum, seu potiùs portentosorum nominum prolatione ad secreta prodenda cogerent. Atque hinc veluti ex equo quodam Troiano totius Idololatriæ & Magiæ, videlicet ex Astrologia & Oraculorum arte, origo destendit, quibus veluti binis columnis omnia superstitiosarum artium diuinationumque dogmata innituntur, vt in decursu huius tractatus patebit. Quæ omnia copioso ratiocinio describit Proclus libro de Sacrificio & Magia, dicens:

Iamblichus.

Magia & Idololatria ex Astrologia & Oraculis orta.

Proclus.

Sacerdotes veteres à rebus apparentibus superiorum virium cultum adnouisse, dum alia nescirent, alia putarent; miscuisse autem multa inuicem. Videbant enim, ait, nonnulla simplicia Numinis habere proprietatem, non tamen sigillatim sufficientem ad Numinis illius aduocationem: quamobrem ipsa multorum commistione supernos attrahebant influxus, atque quod ipsi componendo vnum ex multis conficiebant, ipsi rei assimilabant, quod est supra multa, statuasque ex multis diuersisque materijs commistas constituebant. Odores quoque compositos, quia arte ipsis solitâ in vnum diuina symbola colligebant, reddebant vnum tale, quale diuinum existit, secundùm essentiam videlicet virtute plurimâ, imò omnia comprehendentem: quorum quidem diuisio vnumquamque debilitauit, mistio verò restituit in exemplaris ideam. Nonnunquam verò herba vna, vel lapis vnus ad diuinum sufficit opus; sufficit enim, inquit Proclus, *Cnebison, id est, cardamus ad subitam Numinis alicuius apparitionem, ad custodiam verò Laurus, Ricinus, Cepa, Squilla, Carallus, Adamas, Iaspis; sed ad præsagium, cor Vulpe; ad purificationem verò sulphur & aqua*

aqua marina. Sacerdotes ergo per mutuam rerum cognationem compassionemque conducebant in vnum, per repugnationem expellebant, purificantes, cùm oportebat, sulphure atque asphalto, id est, lixiuia aquâ aspergentes marinâ; purificat enim sulphur quidem propter odoris acumen, aqua verò marina propter igneam portionem; & animalia Dijs in Deorum cultu congrua adhibebant, cæteraque similiter. Quamobrem ab ijs atque similibus recipientes primùm potentias Dæmonum, cognouerunt videlicet eas esse proximas rebus actionibusque naturalibus; atque per hæc naturalia, quibus propinquant, in præsentiam conuocarint; deinde à Dæmonibus ad ipsas Deorum vires actionesque processerunt, partim quidem ipsis docentibus Dæmonibus addescentes, partim verò industria propriâ conuenientia symbola interpretantes, in propriam Deorum intelligentiam ascendentes, & denique posthabitis naturalibus rebus actionibusque ac magnâ ex parte Dæmonibus, in Deorum se consortiũ receperunt. Hæc Proclus. Hinc Σειραὶ mysticæ, hoc est, catenæ, ab infimis vsq; ad summas analogarum rerum catenas, de quibus in Medicinæ & Astrologiæ Classibus amplè dissertum est, originem inuenerunt; his enim summâ sollicitudine inuestigabant primò Deos, Genios, & Dæmones singulis catenis præsidentes; cui nomen ab effectu imponebant, atque ex singulis rebus sub ea catena comprehensis, in vnumque coniunctis, simulachrum adornabant ex materia dictis rebus analoga, adhibitis deinde conceptis verborum appropriatorum formulis, Numeo, veriùs Dæmonem adiuratione horrenda veluti perculsum compellebant; compulsus autem dictâ ratione Dæmon, de rerum futurarum euentibus responsa dabat. Atque hæc erat propriè Ægyptiorum Magia. Verùm de singulis per sequentia Capita & Paragraphos discurramus.

Catenæ mysticæ vndeorũ.

CAPVT II.

De herbis & lapidibus, quibus in operationibus suis Magicis vtebantur Ægyptij.

ÆGyptios vtplurimùm herbis in sacris vsos, frequens hieroglyphicarum herbarum passim in Obeliscis & Tabula Isiaca occurrentium multitudo ostendit. Putabant enim Ægyptij, singulas herbas suos sibi appropriatos Præsides Genios habere, qui cùm summâ curâ & amore erga res fidei suæ commissas ferti crederentur, eos huiusmodi rebus consequenter trahi, & ad arcana reuelandâ præuijs sacrificijs sisti posse, atque hoc vi quâdam ipsis herbis insita effici putabant, cùm opinione eorum nihil aliud essent, quàm particulæ quædam diuinitatis. Verùm hæc doctrina, vti orthodoxæ doctrinæ è diametro repugnat, ita meritò veluti totius superstitionis radix iamdudum proscripta exulat; siquidem herbæ in vsu magico non tanquam virtutes naturales operantur, sed tantùm signa quædam sunt ex pacto implicito vel explicito ordinata, quibus positis Dæmon se sistit. Si enim per efficientiam naturalem Genios attraherent, necessariò in ijs vim aliquam imprimerent: sed cùm corporeârum rerum ad spirituales substantias nulla intermedia proportio, neque

Herbis vtebantur Ægyptij in Sacris.

Herbis ac plantis non inest vis Physica, ad Spiritus fugandos vel attrahendos.

spiritualis substantia, subiectum esse possit impressionis virtutum qualitatumque naturalium ; fieri quoque non potest, vt vi naturali attractus huiusmodi producatur, sed moralis causa solummodò interuenit, eò quòd Dæmon herbis veluti signis quibusdam ex pacto compositis, ad condescendum concitetur : vel si quandoque, vti in exorcismis, herbis coercetur, vel è corporibus abigatur, non id fit vi herbarum, sed vel in virtute precum Ecclesiæ, vel ex characterismo quodam diuinitatis sub dictis symbolis latente, quem odio habent Dæmones. Quòd itaque Ægyptij Aglaophotide herba, aut Cnebisone, alijsque paulò antè recitatis, Deos euocare consueuerint ; Theongelide herba pori, futurarum rerum euentus prodiderint ; id certò virtuti naturali dictarum herbarum minimè adscribendum est, sed vt dixi, pacto, quod per herbas veluti signum quoddam expressum pangebatur. Herbis varijs Ægyptij vtebantur ad varios effectus

Quæ omnia S. Augustinus l. 21. de ciu. c. 6. his verbis docet : *Illiciuntur Dæmones ad habitandum per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus, signis, quæ cuiusque delectationi conueniunt per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum.* Ita Ægyptij Mentastro vtebantur, ad cognoscendum in cuius planetæ tutela sit modum. S. Augustinus.

operandi vide apud Apuleium c. 9. de viribus herbarum. Vtebantur & moly, mithridatio, scordoti, & centaureo, magicis herbis suis in Sacrificijs, Plinio teste l. 25. c. 10. Apuleius.

De Omomi herba cum Lupi sanguine mista, quid præstiterint Ægyptij Magi, Plutarchus de Oside & Iside recitat, & not fusè in Obelisco Pamphilio exposuimus. Plinius. Plutarchus.

Huius quoque farinæ sunt Æthiopis herba, quâ amnes ac stagna siccari coniectu, tactu omnia clausa aperiri opinabantur ; Achemenide coniecta in aciem hostium, trepidare agmina, & tergа vertere ; Latacem plantam à Regibus Persarum Legatis dari solitam, vt quocunque venissent, omnium rerum copiâ abundarent. Cressiæ memorat. Circa herbam, quam Verbenacam appellant, teste Plinio l. 26. c. 4 Magi mirum in modum insaniunt, hâc perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Dioscorides l. 5. & Gal. lib. 2. Antidot. asunt plantæ genus esse, Cressam dictam, vnde toxicum fiat, Ἔστι καὶ ἐπὶ τῆς συγγενείας ταύτης βοτάνη ἣν καλοῦσι Κρησσαν, ἀφ' ἧς βάπτουσι τὰ βέλη· nonnullæ cæremoniæ sacrorum, quæ fiunt ad vaticinia, postulantur ; herba Cressa conterenda est, τὴν πίτυν λέγουσιν, τὴν ἐν τῇ Ἴδῃ φυομένην, & Ala Ægyptia, & Os Ibericum. Dioscorides. Plutarchus.

Non multò saniora sunt, quæ apud Plutarchum leges lib. de fluminibus : *In Chelydone Æoliæ monte herba Myopi nascitur, quâ si quis in aquam iniecta, lauet vultum, exacerbatur ; si Dianam placauerit, visum recuperabit. Zaclas herba in vinum iniecta, illud in aquam conuertet.* Meminit & Callisthenes de rebus Alex. Nectanebum Regem Ægypti herbam ex solitudine accepisse, quam efficacem ad somnia mouenda esse sciebat, qui ex ea succum exprimens fecit imaguncula ex cera muliebrem, eique nomen inscripsit Olympiadis, accensaque lucerna ex herba, Dæmones execrationibus ad eam rem idoneos inuocabat, vt Olympias sibi videretur Hammonis amplexibus frui : Verba Græca sunt : Plutarchus. Callisthenes. Herbæ Magicæ Ægyptiorum.

Herba Osiritis, quam diuinam non in vivos modò, sed etiam in mortuos habere potentiam rebantur, vmbras ad percunctandum vsos Ægyptios, Plinius testatur l. 30. c. 2. Ex quibus omnibus patet, herbas magicas nullâ virtute naturali ad dictos effectus, quos ipsi contingere putant, præditas esse, sed Dæmones ad illas veluti signis quibusdam, vt dixi, commotos, effectus præstare ; quod ex circumstantijs facilè deprehendes, cùm sine superstitione, aut Astrologicis operationibus nihil hic fieri videas ; vnde ea non immeritò Theophrastus ἀνθίστησι καὶ ἀπιθάνοις, inepta & incredibilia vocat. Plinius. Theophrastus.

Sed progrediamur ad lapides, in quibus eadem quæ in plantis considerandа occurrunt. Inter Ægyptios lapides erant hi cumprimis memorabiles, Ananchites, & Atizoci ; per priorem, Plinio teste, Deorum euocabantur imagines, per alterum gestantes eum inuisibiles reddebantur. Verùm qui rationes nostras paulò antè allatas probè intellexerit, videbit hæc nullâ ratione consistere posse, neque ea vi naturali peragere, sed Dæmonis ope, qui lapidibus tantùm veluti signis quibusdam ex pacto positis vtebantur. Verùm cùm de lapidibus, vti & de animalibus, in Obelisco Pamphilio amplissimè tractatum sit, eò Lectorem remittimus. Nullum itaque sacrificium sine herba, nullum sine lapidibus, aut aromatibus libamen offerebatur ; huiusmodi enim sola Numinis alicuius trahendi effectum præstare posse opinabantur. Sed hæc luculentiùs infrà. Lapides Magici apud Ægyptios. Plinius.

CAPVT III.

De Diuinationibus, & Oraculis Ægyptiorum.

HVmana mens vti perpetuò desiderиorum æstu agitatur, ita bonorum quæ desiderat, perpetuâ spe viuit, & dum spirat, sine intermissione sperat, videlicet summum aliquod & præstantissimum bonum : quod cùm extra Deum Opt. Max. dari non possit ; hinc perpetuâ anxietate, curа, doloribus, & laboribus inuoluitur, & veluti Oceanus quidam decumanis fluctibus agitatus, in perpetua inquietudine versatur. Est autem duplex boni ratio, circa quam omnes hominum machinationes, omnis veluti in cardine quodam voluitur industria ; bona videlicet corporis, & animi. Bona corporis sunt, pulchritudo, & perfecta corporis sanitas, & voluptas, quæ cùm nec sine rerum ad vitam honestè instituendam necessariarum possessione, conseruari, neque hæc sine diuitijs haberi possint, mirum non est, tantam omnium mortalium auri famem esse, tantum in diuitijs acquirendis studium. Harum enim possessione, mox omnium bonorum vbertate se repletum iri confidunt, omnium ærumnarum experres. Quia tamen & hæc minimè hominem satiant, hinc bona animi corporeis coniuncta desiderant ; cuiusmodi sunt scientiæ, honores, dignitates, potentia : quæ omnia cùm incertos in tam instabili Mens humana semper appetit bonum summum. Bona corporis & bona animi.

Futurorum scientiam apetit homo.

fortunæ tota exitus sortiantur, & vtplurimùm in impenetrabili futurarum rerum suarum statu incerti, & inter spem metumque fluctuantes, tanto studio futurorum scientiam appetunt, vt ex ea videlicet addiscant, quid de se futurum sit, & an de bonis illis recensitis solidum quiddam sibi promittere possint. Nouit id humani generis hostis Diabolus, & callidus dolorum architectus, hinc tam multiplices pedicas pandit, quàm multiplices sunt humanarum machinationum appetitus; vt tandem sub spe scientiæ futurorum homines adoriatur, adortos irretiat, penitusque sui iuris faciat. Sunt autem duo potissimùm retia, Astrologia, & Polyomantia. Priori docet sortem, quam quisque à primo natiuitatis suæ puncto nactus est, ad bonam vel iniquam fortunam; posteriori veluti sub quodam naturalium causarum velamento varias diuinationum species exhibet; quibus incauti, dum bonum prosequi, vitare malum inconsultiùs appetunt, æterni boni possessione meritò priuantur. Has itaque artes primus in Mundum, Magistro Diabolo, introduxit Cham Noëmides; quas Ægyptij à Chamo instructi veluti hæreditate quâdam traditas in vniuersum Mundum transfuderunt. Atque de Astrologia eorum ample suo loco dictum fuit; de Diuinationibus, earumque origine, Oraculorumque rationibus porrò dicendum nobis restat.

Astrologia, & Polyomantia Dæmon homines decipit.

Cham primus introduxit Astrologiam, & Polyomantiam.

Genios Ægyptij colebant.

Ægyptij itaque, Doctore Mercurio, putabant, præter Deos cœlestes, naturas quasdam homines inter & illos medias reperiri, quas Angelos, Dæmones, vel Genios, aut terrenos Deos appellabant; quibus omnium Oraculorum ortus & interitus causam attribuebant, adeoque Oracula tam diu durare, quàm diu dicti Genij in statuis, quæ Oracula fundebant, morarentur; eademque perire, cùm simulachra à Genijs seu Dæmonibus destituerentur. Hosce verò Genios regionem inter cœlum & terram interiectam incolere, atque ex herbis, lapidibus, aromatibus, alijsque terrestribus materijs vim diuinitatis naturalem in se continentibus constare asserebant, & vti propè nos habitantes, nobis quasi amicâ cognatione iungi, ita amore singulari erga humanum genus affici, hominibusque, prout illorum natura fert, varijs diuersisque modis auxiliari putantur; sortibus futura prædicendo, aliaque ad nos pertinentia curando. Quocirca in statuas quoque ab ijs ritè instructas ingrediebantur, & ex illis responsa consulentibus dabant, multosque in annos in ijs morabantur tantò libentiùs, quantò statuæ ex materia ijs congruentiori factæ essent; & quantò eos sacrificijs, hymnis, laudibus, & harmonijs, quibus veluti vnicis Geniorum illecebris delectantur, peritius detinere sciebant. Quæ quidem ita se habere, copiosè docet Hermes in Pimandro, causamque assignat, cur tanta in Dæmones Geniosque potestate polleat homo, & cur eius dominio tam facile se submittant: *Cum enim*, inquit, *homo animal sit Venerandum, magnumque Mundi miraculum, ex omni naturæ miscella constitutum, cœlesti, terrenâ, mortali, immortali, inferioribus superioribusque iunctum sit; parte quidem, quæ ex anima, sensu, spiritu, & ratione constat, diuinis; parte quæ ex igne, aëre, aqua, terraque conficitur, sublunaribus; sit vt cum se ipsum ob earum rerum, quas mortalis portio appetit, cupiditatibus, animo à corpore*

Geniorum locus habitationis.

Genij statuas ingrediebantur.

Trismegisti.

Genij afficiebantur hominibus.

pore veluti abstracto separat, velut in diuinum quandam essentiam transformatus, vel cœlibus præstantior, vel dignitate par euadat, eamque potestatis plenitudinem acquirat, vt quemadmodum Deus cœlestium Deorum effector est, ita homo Deos illos, qui terrenis affiguntur habitationibus, efficere possit; statuas videlicet animatas sensu & spiritu plenas præsciasque futurorum. Quæ quidem Mercurius in Pimandro fusiùs prosequitur. His subiungit quoque, proauos suos perfectam cœlestis Dei notitiam non habuisse; cognito enim Deo, Deos terrenos non curassent, sed vti incertos de illo, ita à diuina religione valde aberrantes artem, quâ Deos efficerent, excogitasse, statuasque exstruxisse, in easque cùm ipsi animas creare non possent, Dæmonum vel Angelorum animas euocasse; quæ quidem vocatæ aduenerunt, tùm, quia horum hominum magna vis erat, tùm quia Angeli & Dæmones tantam cognitionem cum hominibus habent, vt ab obsequium eorum propriâ naturâ traherentur. Atque hæc est Mercurij de Oraculis sententia, quam ex Pimandro excerptam paucis explicandam duximus; cætera quæ ampliùs prosequitur, in citato loco videat Lector; vbi & causas desitionis Oraculorum magis tenebris inuolutus, impiè explicat: nam Oracula desutura pronunciat, quando homines religionis expertes, impijque euadent, neque enim tunc Idola colent, neque ea fabricabunt, neque in illis animas Dæmonum introducere valebunt, Dæmones verò cùm se neglectos viderint, ab antiquis etiam statuis decedent. Vbi Oraculorum defectum hominum vitijs, & Dæmonum indignationi potius, quàm diuinæ potentiæ adscribit. Rectiùs sanè, tametsi impij, Porphyrius & Plutarchus, quorum vterque causam desitionis Oraculorum in Christianam religionem conijcit. ille quoque verbis apertis fatetur, *Mortales ex quo IESVS colitur, nullam ex Dijs vtilitatem sensisse.* Non igitur humanæ industriæ defectu aut negligentiæ Oracula desierunt, sed vnigeniti Filij Dei in terram aduentus vnica causa fuit, quo dispulsâ tenebrarum potestate, viribusque quibus humanum genus fallere solebant Dæmones, adempris, æterna Mundo Veritas illuxit. Quod & Pithius Apollo vel inuitus fateri coactus est: cùm enim, Nicephoro Callisto teste, is à Cæsare Augusto, quis in Imperio sibi successurus esset, interrogatus diu tacuisset, atque iterum iterumque respondere, silentijque causam aperire rogaretur; in hæc tandem verba prorupit:

Trismegisti impia doctrina de Oraculorum desitione.

Porphyrius, Plutarchus

Oracula cur defecerint.

Nicephorus Callistus.

Apollinis responsio de Oraculorum desitione.

Me puer Hebræus Diuos Deus ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcum,
Aris ergò de hinc tacitus abscedito nostris.

Addit Lactantius Firmianus, tantam fuisse suis temporibus crucis virtutem, vt cùm Idololatræ Dijs immolare vellent, si quis fronte cruce signatus adesset, nec sacra litare, nec à Vatibus vllum responsum habere valerent.

Lactantius. 5 Crucis virtus contra Oracula.

Sed vt ad institutum reuertamur. Erant Oracula memorata omnium diuinationum, & totius superstitionis radix & fundamentum. Neque

Oracula origo diuinationum.

que enim Dæmon semper sensibili voce responsa dabat, sed signis quibusdam, quid vellet, aperiebat. Hinc emerserunt primùm rituum & cœremoniarum variæ species, quibus, vt futurorum conscij fierent, veluti præuijs dispositionibus animum purgare solebant; deinde ad vanas obseruantias conuersi, omnia pro augurijs habebant obuiarum rerum ludibria. Verùm explicemus singula. In omnibus ferè Ægypti Nomis Oraculum fuisse reperio, in quo responsa de varijs cuentibus acciperent consulentes: neque tamen singula Oracula de singulis sibi propositis respondebant; sed de ijs solummodò rebus naturæ eorum consentaneis. Hoc pacto Serapidis Oraculum circa ea quæ terræ cultum concernebant; Anubidis circa ea, quæ scientias; Hori circa ea, quæ bona corporis & animæ; Isidis circa ea, quæ aut Nilum, aut fœcunditatem concernebant, consulebatur. Ammonis verò in Lybicis arenis constitutum Oraculum, vti celeberrimum omnium, ita de quibusuis rebus sibi propositis responsa dabat. Ab his Oraculis quatuor alia in Græcia magni nominis Oracula prodierunt, seu potiùs execranda ad hominum animos fascinandos suscitata sunt sacraria; Delphicum in Ionia, in Lebadico Trophonium; in Milesia Branchidicum, Sabæum in Phocide; Amphiarai in Attica, Sebanniticum Latonæ in Butho Ægypti, innumerisque alijs locis constituta, quæ omnia responsa dabant locis obscuris, obsessisque à malignis spiritibus, voce, somnis, gestu, nutuque statuarum, sonitu, tinnitu, vel alijs signis; edebanturque vel ab ipso Dæmone, vel à Pythonibus, Sacerdotibusque spiritu fatidico afflatis, qui à specubus, furnis obscuris & profundis horribili sono & strepitu irruebant in Enthusiastas specie ignis, quo circumquaque inuoluebantur, & in furorem acti, cum palpitatione omnium artuum, inuersis oculis, & ore distorto effabantur ea, quæ Dæmon illis suggerebat. Hoc pacto Sathan superstitionum architectus sese furtim per Idololatriam in animos hominum insinuans, illis variorum rituum & cœremoniarum deuotiones inculcare iuxta egit, quibus suos commentitios Deos sub pietatis & virtutis præextu colerent, vt sub his titulis per omne genus impietatis & nequitiæ illos inuolueret pollutosque, atque adeo debitum Deo honorem ad se deriuaret.

Cùm verò nihil adeo sensibus obuium esset, quod Dæmon non veluti signa quædam assumeret ad suam consulentibus voluntatem aut nountatem commonstrandam; hinc multiplices ortæ Magiæ diuinatoriæ species, hinc omnis generis sortilegiorum augurioumque portentosi fœtus pullularunt: quæ quidem nominis sui etymon non nisi à rebus, per quas diuinatio instituebatur, sumpserunt. Hinc diuinationes suas primò iuxta quatuor elementorum series auspicati sunt, suisque nominibus, videlicet Pyromantiam ab igne, Aeromantiam ab aure, ab aqua Hydromantiam, à terra denique Geomantiam appellarunt. Putabant enim Genios voluntatem suam exhibere per signa quædam in dictis quatuor Elementis elucescentia; de quibus in sequentibus susiùs. Neque hic steterunt, sed instigante Dæmone nihil non ad impiæ diuinationis fanaticas operationes rite perficiendas assumpserunt. Hoc pacto quæ per sumum-

Oracula in omnibus ferè Ægyptiorum nomis.

Ægyptiorum Oracula celebriora.

Græcorum Oracula celebriora.

Diabolus per Oracula decipit superstitiosos, & impias cœremonias.

Sortilegiorum & Augurioru variæ species.

fiebat diuinatio, Capnomantiam; quæ per peluim, Λεκανομαντίαν; quæ per ceram, Ceromantiam; quæ per laurum, Daphnomantiam; quæ per pisces, herbas, ficus, ova, virgas, gallos, capras, thus, & somnia fiebat diuinatio, Ἰχθυομαντίαν, βοτανομαντίαν, κυμαντίαν, ὑποκρισεις, καθ' ὕπαρ τινα, ἀλεκτορομαντίαν, ἀγχιμαντίαν, λιθομαντίαν, ὀνειρομαντίαν dicebant. Quando per mortuos diuinatio instituebatur, Necromantia; per manus, Chiromantia nuncupabatur. Erant autem Auguria, Auspicia, Extispicia, Omina, Salisatio, Sternutatio, Tripudium, Solistimum aut Sonitum; quæ omnia cùm à Bulengero, Boissando, Salisbergensi, Delrio, Pererio, & plerisque Canonistis amplissimè describantur, superuacaneum esse ratus sum, tempus in ijs repetendis perdere. Quare ad institutum nostrum reuertamur.

Bulengerus. Boissandus. Salisbergensis. Delrius. Pererius.

CAPVT IV.

De Statuis, Telesmatis, Amuletis, & Prophylacticis Ægyptiorum; item de execrandis, quæ dictis Sacris interueniebant, operationibus.

QVid Telesmata sive Τελεσματα, Amuleta, quæ & Ἀμυλητα, Περίαπτα, Φυλακτήρια dicuntur, sint, varijs in huius Operis locis abundè significatum fuit. Erant enim præseruatiua contra omnium malorum occursus remedia Dæmonis ope instituta, & ab Ægyptijs, varijs mirisque modis, ritibus, & cœremonijs consecrata. Vnde & Θεύργια Magiæ pars originem inuenit. Erant autem duplicis generis; maiora & minora. Maiora & immobili posita solidata, in publicis locis vrbium, templorum, cœmeteriorum, in regionum clausuris ad hostium arcendos insultus, & Ἐπιστάσεις ἀνέμων nauium eludendos ponebantur; quæ apprime exhibet præsens Schema, à doctissimo Nardio mihi communicatum, figura Serapidis velato cernice & in conum inuersum habitu. Ammon est Numen Τετράμορφον, dextrâ lituum, alterâ flagellum gestat; quo dum aduersæ potestates dispellantur, rerum temperies & harmonia consistit: sed vide quæ de Ammone Ægyptio vberiùs disseruimus Tom. I. Syntagi III. Capite de Ammone, & in Astrologia Ægyptiorum de signo Arietis. Minora & portatilia in domibus, in collo, pectore, manibus hominum, animalisque ad ma-

Telesmata, Amuleta, Phylacteria, Periapta quid

Amuleta duplicis generis, maiora & minora.

malorum auerruncationem portata seruiebant. Quæ vt intelligantur,

Hieroglyphica rerum mirandarum effectiua pota biancur.

Sciendum est, hieroglyphica symbola non tantùm rerum altissimarum, sublimiumque de diuinitate mysteriorum significatiua, sed & effectiua fuisse mirandarum, quæ per ea fieri putabantur, operationum. Hieroglyphica itaque Obeliscis insculpta non tantùm, vti dictum est, abditam de Deo Numinibusque Theologiam, eorumque in mundana hac Monarchia officia & ministeria exhibebant; sed & præterea malorum Geniorum machinationes & ἀντιτυπίας, in virtute potentium Angelorum, supremique Numinis summâ potestate, quæ sub ijs exprimebatur, arceri credebantur. Vnde vt effectum suum sortirentur, prius magno rituum cæremoniarumque apparatu per Sacerdotes conficerabantur. Quo peracto, nullam malignam potestatem, aut Ægyptiæ telluri infestam potentiam consistere posse, sibi pollicebantur. Imò symbola, vti in tertio Tomo demonstrabitur, ita appositè benignis Geniorum cœtibus applicata erant, vt similitudine naturæ, & amicâ quâdam cognatione, quam ad res per symbola expressas obtinebant, attracti vel inuiti Ægyptiacæ telluris contra contrarias potentias defendendæ curâm arriperent. Cui verò Genio quælibet res subiecta esset, cuius potentiæ Præsidi, inferioris Mundi Sidereique entia sympathicâ, id est, amicâ cognatione concordarent, ex mysticis rerum mundanarum catenis, quas ἕλξεις vocabant, id aliquæ Obeliscorum doctrina, de quibus in præcedentibus Astrologiæ & Medicinæ Classibus copiosè disseruimus, docebant.

Hieroglyphica plerique erant Amuleta apud Ægyptios.

Dico itaque, omnia fere symbola & hieroglyphicas figuras, qui in Obeliscis, cæteris que Ægyptiacis monumentis hieroglyphicis, vti & in Isiaca tabula reperiuntur, præterquàm quod arcanissima quæuis significarent, amuleta quoque fuisse separatim vsurpata, & passim ab Ægyptijs ex Obeliscis veluti archetypis eodicibus decerpta, cum sacra quædam phylacteria in collo, pectore, manibus, alijsque secretioribus corporis partibus, tùm contra diuersorum morborum violentiam fascinationesque, tùm ad animi bona acquirenda, fuisse portata; imò animalibus eandem ob causam veluti symbola sterilitatis auerruncatiua fuisse alligata: quod ipsum longâ & diuturnâ experientiâ sat superque docuit. Dum enim innumeros penè antiquitatum promos condos exploro, omnia ferè & principalia hieroglyphica symbola diuersis pretiosis lapidibus exsculpta cum ansula dorso annexa reperi; quod apertum signum est, illa filo suspensa vsibus hominum priuatis seruisse; quæ omnia ære incisa in III. Tomo exhibebantur. Neque in lapidibus tantùm exhibebantur, sed in tæniis, licijs, schedis, tabellis metallicis Dijs appropriatis exarabantur, vt suo loco dicetur; cum tanto superstitionis augmento, vt vix esset puer, homo, brutum, quod non huiusmodi fanatica deliramenta sibi appensa haberet. Quæ paulatim ad vicinas Ægypto gentes propagata, Arabiam, Græciam, Babyloniam, deinde totum insecit Latium. Hinc Festus, Ipsullices laminæ necessariæ sacris magicis specie virorum & mulierum characteribus quibusdam exarabantur, vnde Magi qui eas exararent, à Græcis Stæchiomathici, ab Ægyptijs Hieromanthæ dicti fuerunt. Ce-

Hieroglyphica Amuleta vtensilibus re bus insculpta.

Ægyptiorum superstitio ad alias trâsijt Nationes.

drenus in Claudio, Appollonium Thianæum arcanorum Ægypti apprime peritum ait, κεχρῆσθαι αὐτὸν, πρὸς τὰ παραλυτικὰ πολλοῖς. Characteribus & sigillis deuinxisse Serpentes & Scorpios ne percuterent. Meminit & horum Eusebius l. 5. præparat. Euangel. *Lineas iubet deleri, vt abeat; has enim se retinere, & aliam figuram velitare, qui fert simulachra Deorum.* Quidam Philosophus, teste Tzezze, ἐξεῖδε τὸν ἐξορκισμὸν τὸ Χάρωνος, *exsculpto in lapide Charontis vultu*, dum pestis Antiochiæ grassaretur, & in vrbe posito simulachro, luem sedauit. Apollonius Ægyptiorum more Ciconiam exsculpens in marmore, Ciconias fontes & puteos infectis serpentibus viantes Byzantio expulit, Herostrato teste. Idem pestilitatem, Dæmone, qui specie mendici grassabatur, lapidibus obruto sedauit. De eodem Cedrenus ait: *Apollonij hodieque in quibusdam locis ἐπῳδαὶ & χαρακτῆρα & ἰσχυρὰ opera perseuerant, & efficacia sunt: aliæ quadrupedibus & violatoribus damnosis auertendis, aliæ vt torrentium impetum & fluuiorum ἀνάβασιν & cæterorum ἐκβάσεις, ad ordinatos amnium cursus inhibendos.* Ægyptijs nullus non angulus vrbium huiusmodi scatebat. Erant autem amuleta terrestria, ad securitatem terræ ordinata, vt Serapis ex omnibus Mundi materiebus conflatus, erant & Nilotica, vt Canopus, ad Nili fertilitatem procurandam; erant aerea, vt Accipiter ἀνακαμπτὴς ad pestis contagionem arcendam; erant & ignea, vti Aspis ἀναβαλλόμενος ad ignis æstuumque siccitatem auertendam; erant vrbium & priuatarum domuum Lares & Penates infantes fascijs inuoluti, quibus malignæ potestates dispelli credebantur; erant cuique priuatæ quædam amuleta, quæ contra nociuam vim Typhoniam collo, pectori, manibus gestabantur; erant & animalium contra luem à contrarijs potestatibus ijs immissam, huiusmodi amuleta passim vsurpata. Verùm cùm de hisce passim in hoc Opere discurram, hic longior esse nolui. Contra quæ recte passim SS. Patres summo rigore inuehuntur. Lactantius l. 1. c. 14. *Insinuant se corporibus hominum Dæmones, & occultè in visceribus operti valetudinem vitiant, morbos cient, somnos animos terrent, furoribus quatiunt, vt homines his malis cogant ad eorum auxilia deturrere.* Tertullianus in Apolog. c. 22. *Dæmones ledunt primò, deinde remedia præcipiunt, ad miraculum noua siue contraria, quæ post desinunt ledere, & curasse creduntur.* Origenes contra Celsum: *Quid recensem, ait Celsus, eos qui lustrationes docuerunt, & incantationes pellendi morbi, arcendique aut effigies formasque Dæmonum varias, & præter hæc in vestibus, manicis, lapidibus, plantis, radicibus amuleta diuersorum generum?* Sed hæc de Amuletis sufficiant.

Cedrenus. Appollonius Thyaneus.

Eusebius.

Amuleta terrestria apud Ægyptios, & arcen. & Nilotica &c.

SS. Patres inuehuntur in Amuleta. Lactantius.

Tertullianus.

Origenes.

Verùm vt hæc Lector ἐν τῷ σαφεῖ clarius cognosceret, hic amuleta nonnulla apponenda duxi, ex quibus reliquorum rationem faciliùs intelligat. Inter amuleta Ægyptiana erat communis Harpocrate, Horo, Apide, Osiride & Iside, Canopo; quorum primus Cornucopiâ instructus sub forma pueri nudi digito silentia suadente conspiciebatur; alter itidem sub forma pueri nudi falcibus, aut reticulato amictu inuolutus; tertius sub forma bouini capitis; quartus sub varijs formis, nunc ἀνακαμπτὴς, nunc κυνοκέφαλος, modò leoniformis; quinta sub mulieris habitu, scutica & reti instructa, aliisque instrumentis, vti in sequenti figura apparet. Per

Amuleta varia explicata.

Harpocratis amuletum; arcanorum per varias diuinationum species sc. conscios futuros sperabant, religiosè gestatum: gestatum autem fuisse, ansulæ satis demonstrant. Per Hori amuletum naturæ mundanæ notitiam se habituros putabant; per Apidis amuletum, fœcunditatem; per Osiridis influxus superni abundantiam; per Isidis, quæ ad Terram & Nilum pertinent, bonorum omnium temporalium vbertatem se consecuturos sperabant.

Nihil præterea amuletis quæ ibidem, Accipitrem, Bouem, Canem, Cynocephalum, Ælurum, similiaque referebant, frequentius erat; quibus omnibus priuatà bona se consecuturos sperabant. Vt per Accipitrem, claritatem luminis tùm oculorum, tùm intellectus; per Bouem, domesticæ substantiæ amplitudinem; per Canem scientiarum & artium notitiam; per Cynocephalum & Ælurum Lunaris Numinis attractum.

Erat ex insectis quoque Scarabæus, certis & appropriatis lapidibus incisus, potentissimum amuletum, & passim vsurpatum, ad Solaris Numinis attractum, contra omnes tùm corporis, tùm animi morbos instituturn, quorum ingentem copiam, ex omnibus antiquitatum penuarijs ad me transmissam, vnà cum alijs diuersarum formarum & characterum Schematismis, vide in Theatro hieroglyphico seu III. Tomo, vbi interpretationem singulorum adduximus.

Contulit non ita pridem ad me haud spernendam huius farinæ amuletorum copiam, Torquatus de Alexandro Capitaneus, quæ cùm insigni-

Amuleta à Torquato de Alexandro exhibita explicantur.

bus mysterijs polleant, ea hic opportunè explicanda duxi. Primò quidem

dem simulachrum occurrit BC tripertitum, quod BC facie antica, figuram pueri refert sedentis, ventre pectibusque tumidis, vtràque manu scuticam gestantis, sub vtroque pede Crocodilum calcantis, in cuius humeris hinc inde duo sedent Accipitres, in capite tutulum gerit Scarabæi imagine insignitum, è cuius lateribus hinc inde duo idola brachijs pendulis manibusque contractis, vti in figura A (quæ est aspectus figuræ è latere scenographicus) apparet. In postica verò parte figura D spectatur, velo, cornibus, globoque, quem capite gestat, spectabilis, manibus expansis, ex toto corpore veluti radios dispergens. Sed quid hæc omnia significent, videamus. Primò totum simulachrum eius, quà hic spectatur, magnitudinis est, ex viridi lapide sculptum; amuletumque portatile fuisse, ansula seu foramen T, in figura A, per quod filum traijciebatur, sat ostendit; & significat Horum Osiridis filium. Horus enim, quemadmodum Tomo I. Syntag. III. innumeris authoritatibus comprobatum est, semper sub pueili forma referebatur, & mysticè, Plutarcho teste, nihil aliud est, quam sensibilis Mundi machina, quam Sol seu Osiris per Scarabæum indicatus, continua Solarium Numinum per binos Accipitres, & terrestrium Geniorum per penates lateribus assistentes indicatorum, ministerio, summâ sapientiâ gubernat & moderatur. Pueri forma pingitur, quia Mundus generabilium rerum innouatione continuò veluti reiuuenescit: tumido corpore pingitur, quia genitalium rerum fœtura & [illegible] perpetuò turget: sub vtroque pede Crocodilum calcat, id est, Beboniam seu Typhoniam malignitatem Mundo adeo perniciosam, ne inualescat, cohibet; scuticaque, id est, virtutis suæ efficacia in officio continet; quam nisi cohiberet, totum Mundum perire necesse fore putabant. quæ omnia pulchrè per pugnas & certamina Hori & Typhonis symbolicè indicantur, de quibus lege Syntagma III. Tomi I. In postica verò parte per figuram D, Isis seu Luna exprimitur, quod cornua & velum, quibus semper exhibetur, ostendunt: vbere turget, quia mater omnium inuentionum est, & Hori à Typhone extincti vindicatrix & resuscitatrix; dum Mundum siccitate & adustiuâ quâdam vi oppressum, humido suo influxu, per radios aptè indicato, ad temperiem & vitam reuocat. Atque hæc est mystica & hieroglyphica dicti simulachri significatio; quod, propter magna sub eo recondita mysteria, summâ vi pollere arbitrantur tùm ad Genios arcendos, tùm ad malignos propulsandos. Hinc in Isiacis adytis summâ cæremoniarum vi illud consecrabant; fieri enim non posse credebant, quin dicta Numina imagine hac mysteriosâ, & omnes eorum virtutes & proprietates occultè indicante, veluti ad signum illis congruum attraherentur, & per illud gestantibus omnium bonorum copiam, & malorum auersionem promitterent. Atque hæc est amuleti assumpti vera & sincera interpretatio. Similia huic sunt alia duo amuleta sequentia, quorum prius signatum litera E sub fœminæ figura, quæ lyram sinistrâ, plectrum dextrâ tenet; secundum G, sinistrâ cucurbitam, dextrâ Syringem tenens, ventre tumido discooperto, H verò postica in partem figuræ G, indicat. Potrò cucurbitam, humidum;

Amuletorum aliorum explicatio.

Per pileum pyramidalem, ignea vis intelligitur, quorum harmonico temperamento Mundus imprægnatus rerum omnium copiam producit, ac

proinde ob mysteria sub eo abdita, in vsum amuleti adhibebantur. Tametsi duo posteriora amuleta non purè hieroglyphica sint, sed nescio quid Græcanicæ eruditionis sapiant.

Amuletum valde mysteriosum explicatur.

Amuletum verò signatum litera R, à suprà citato Capitaneo concessum, vti oppidò mysteriosum est, ita nonnullam explicationem seorsim meretur. Est id ex cupro constructum in forma perseæ linguiformis, intra cuius concauum puerulus latet digito labijs impresso silentia suadens, altera manu cornucopiæ tenens; & indicat Harpocratem Sapientiæ Numen inclusum Perseæ fructui, cuius folium vti linguæ, ita fructus cordis figuram exprimit teste Horo; quo indicatur, quod quicunque ad sapientiam aspirat, is quod per sapientis Magistri linguam didicit, id alte cordis penetralibus per frequentem contemplationem committere debet; eratque amuletum, quod Sacerdotes ad sapientiæ spiritum per Harpocratis fauorem acquirendum portare solebant. Verùm de his passim in hoc Opere, & in Obelisco Pamphilio tractatum reperies. Sequuntur alia, amuleta literis K, L, S, signata, quorum prius statua est ἱερακόμορφος, id est, Accipitrina facie, & Osirin significat; secunda κριόμορφος id est, Arietina facie, & Ammonem notat; & tùm ad Solaris Spiritus, tùm ad Ammoniæ fœcunditatis influxum participandum, gestabantur. Sequitur hæc amuletum F Cerberi tricipitis πανοπλοκαταφράκτου, serpentibus inuoluti; quod ad Hecates siue Isidis subterraneæ, fauorem acquirendum, ferebant, per Canium caput diligentem Hecates custodiam, per Leoninum, robur

Amuleta alia explicantur.

robur & soliditatem, quam rebus confert, per Lupinum, perfectam rerum in subterraneis locis digestionem denotant, ex quibus deinde vita omnibus communicatur, per serpentes indigitata. Amuletum M ex antica parte Scarabæum portat, ex postica Anubidis figuram geniculatam, cum sacra Tabula hieroglyphicis insignita, cui insuper imponitur figura Ichneumonis. Per Scarabæum sicuti Sol in Sidereo Mundo, sic in Politico Rex aut Princeps significatur. Per caniformem ingeniculatam figuram, Mercuriale Numen; per Ichneumonem infrà vis eiusdem Typhoniæ virtutis propulsatiua, indicatur; Ichneumon enim animal mirâ industriâ subiens ventrem Crocodili, qui Typhonem notat, eum interficit. Qualis verò figura, in qua Solis figura cum tetrapyrgo, sceptro, & Scarabæo, inserta spectatur, est sacra Tabula amuletoria, cuius dicta symbola indicant, vrbes & dominia mascula Anubidis Typhonis propulsatiuâ vi immunia fore, religiosâ ea portantium obseruantia; quæ omnia fusè in Obelisco Rameſſæo seu Lateranensi, vbi hic hierogrammatismus sæpè spectatur, exponentur.

Manus hieroglyphica explicatur.

Restat explicanda Manus hieroglyphica signata N & O, cuius anterior facies continet in medio faciem Iouis, è cuius collo sacrum periamma Isiacæ Crucis dependet, eo digitorum situ, quo vides; ad carpum verò intra hemicyclam figuram, Isidis iacentis habitu, & filium suum Horum lactantis figura cum assistente Columba spectatur; quo iuramenta Ioui Ægyptio per sacram Isidis Crucem fieri debere, antequam Isidis rerum mundanarum nutricis inuocatio & adiuratio peragatur, indigitatur. In posteriori verò manus parte, signata O litera, omnis generis reptilia, vti sunt Rana, Serpens, Lacerta, Testudo, Lituus cum Bilance, & vase Nilotico exprimuntur; per Ranam Elementum humidum, per Testudinem terrestre, per Lacertam aereum, eò quòd aere, sicuti Chamæleon viuere videatur; & per Serpentem ignis Elementum denotatur; quæ omnia vitam & alimentum à magna Deorum matre Iside, per harmonicam Elementorum contemperationem, quam Bilanx & Lituus exprimit, hauriunt. Adiuratio sic instituebatur: Te, O Iuppiter Osiris, per sacram Isidis Crucem, per Ouum archetypum, per cultrum Arueris, per nutrimentum Isidis quod Horo præstat, per Columbam, in quam ita Typhonis fugicas, conuerla fuit, per Bilancem Omphta, per Serpentem Ophionium, per Ranam & Lacertam Momphta, per Vulcani Testudinem, per vasa Nilotica, per manum denique beneficam tuam, omnia continentem te adiuro, vt præstes quæ iubeo. Hanc deinde manum potentissimi amuleti loco gestabant. Sed & hæc alibi fusiùs exponentur. Est & aliud huic simile amuletum in Gazophylacio Cardinalis

Bar-

Amuletum Musæi Barberiniorum.

Barberini, quod vti ijsdem ferè symbolis insignitum est, ita vsum quoque huic præsenti amuleto haud absimilem habebat. Denique inter amuleta omnium maximum frequentissimumque Crux erat ansata, siue character Hermeticus, quem cum integro tractatu in Obelisco Pamphilio, & fusè etiam in Alchimia Ægyptiorum descripserimus, eò Lectorem remittimus. Atque hæc erant amuleta Ægyptiorum; non quod alia non habuerint; nam vt suprà diximus, quicquid in Obelisci hieroglyphicorum continebatur, ijs pro amuletis seruiebat; sed nè immensa rerum farragine opus confunderem, vsu frequentiore trita hic producenda duxi, reliquis in tertium Tomum reseruatis.

Crux ansata amuletorum præcipuum.

CAPVT V.

De horrendis cæremonijs, quibus in adytis Simulachra sua consecrabant Aegyptij.

Adyta Ægyptiorum in-primis Numi.

DE adytis Ægyptiorum, locis obscuris & subterraneis, copiosè egimus in I. Tomo. Syntagm. V. quare hoc loco tantùm, quid in ijs operati sint Magi, & quas cæremonias peregerint, explicandum restat. Erant autem complura in Ægypto huius generis latibula, & vt Clemens ait, pro numero Oraculorum, aut Nomorum, Diabolicarum artium sacraria; in quibus primo in muris depictæ spectabantur hieroglyphicæ doctrinæ documenta, ad spiritus attrahendos aptissima. Primarium Numen cum asseclis Genijs pro loci ratione diuersis, arx impositum cernebatur, mirâ transformatione deturpatum; erat & vicina piscina sacra, in vsum rituum & expiationum destinata; totus locus obscurus, & non, nisi luminibus illustrari poterat; intra hunc Sacerdotes statutis diebus conueniebant, eo vestium & ornamentorum habitu, quo tùm Numen primarium, tùm asseclæ adornati conspiciebantur; in silentio summo tenebras illas supremi atque immensi Numinis, quæ per loci caliginem indicabatur, attestabantur; deinde singularum figurarum mysteria parietibus depicta vim, & efficaciam docebant sacris initiandos, cuiusmodi fragmentum ad me non ita pridem missit eruditissimus Nardius, vt postea videbitur. Quorum quidem ratio tanti apud Græcorum Philosophos, tametsi non nisi fama tantùm relata, fiebat, vt Clemente teste, Ὁ Πυθαγόρας ἀφικόμενος, ἐπειδὴ ἐς τὰ ἄδυτα κατῆλθεν τῶν μυστικῶν καὶ λιγυπτίων ἐπιμαθὴς γενόμενος. *Pythagoras circumcisus est, vt in adyta ingressus mysticam ab Ægyptijs disceret philosophiam*; & Iustinus quæst. ad Orthodoxos cap. 25. Τίμια δὲ ἦσαν παρ' Αἰγυπτίοις μαθήματα ἡ γραμματικὴ καὶ ἡ ἐν τοῖς ἀδύτοις θεολογία· ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἐπιχωρίοις ἐφύλαττον, ἀστρολογία δὲ ἡ μόνη ἀλλοδαποῖς παρῆν· τὸ γὰρ πάλαι τὰ ἐν πόλεσι, καὶ ἐγγεγραμμένα βιβλία. *Id temporis hieroglyphicæ disciplinæ in pretio erant apud Ægyptios, quæ in adytis dabantur lectissimis quibusuis, non hominibus de vulgi; Astrologia verò obiecta circumforanea & vulgaris apud eos erat.* Quòd si de publico aliquo Regni aut vrbis negotio Numina consulenda forent, aut peculiare quidpiam à dæmonibus petendum foret, aut simulachra in-

Clemens.

Adyta quomodo adornata, & quid in illis actum.

Clemens.

Iustinus Mar.

Quibus vicibus Sacerdotes peregrinabant. Apuleius.

Ora-

Oraculorum vsum consecranda; tùm dictis præmissis paulò antè cæremonijs, Sacerdos, qui, teste Apuleio in Apolog. rìnè callere cæremoniarum leges, fas sacrorum, ius religionum debebat; & vt Libanius declamatione 43. Ἐκεῖνος ἐλθὼν θεοὺς, καὶ τὰ ἀνάκτορα ἀνοίξας, ἢ θεὸν χρήσων, ἢ τὰ ἀφόρητα δεσπόσων ἐρεῖ, *Scire Deos, eorumque arcana, & quibus gaudeant, quibus trahantur, & quid capienti reddant*; horrido murmure, imperiosisque verbis, teste Luciano in Necricis, Deos superos manesque torquet, noxiũ ære circumdatur carmen, tùm horrentibus verbis vna operiança præcluditur, ter nouies carmen magico demurmurat ore. Verùm & hoc cum magna differentia, neque enim semper minis, aut verborum portentosorum prolatione vtuntur. Cùm enim supremo Numini, choroque suprenarum Potentiarum supplicabant, id non nisi hymnis, canticis, sacrificijs, & præuiâ animi corporisque ab omni terrenæ contagionis fœditate soluti dispositione & expiatione efficiebant; quo quidem nihil aliud nisi θεοπλάστειν, id est, in Deum transformationem intendebant, quam vbi adepti fuerant, iam Deorum consortio digni, nullam adeo magnam potentiam esse arbitrabantur, cui non imperare, eamque sui iuris facere possent. Minis tamen vtebantur in genus quoddam Dæmonum inferioris ordinis, quod imperiosis minacibusque verbis ad id, quod volebant, cogebant. ita Iamblichus. Verba eius sunt: *Narrat Porphyrius, Sacerdotes consuetudine violentis quibusdam minis ad versum Superos vti. Minæ hæ ferè erunt: Nisi vos ita feceritis, vel contrà, si feceritis aliquid, cælos confringam, vel occulta Isidis patefaciam, vel arcanum in abyssò reconditum diuulgabo, aut Ciliam barin, id est, nauim quandam apud Ægyptios sacram, aut membra Osiridis Typhoni dispergam, cæteraq; similia.* Quæ omnia Psellus l. de operat. Dæm. c. 21. confirmat, dum ait [Dæmoniorum omnis genera mirè audacia & timida esse. In primis autem, ea quæ ὑπόλη seu materiæ affecta sunt. Siquidem ærea quibus plurima solertia inest, si quis increpuerit, increpantem discernere non possunt, nec alius ab eorum vexatione liberari potest, præterquàm is, qui sanctitate vitæ Deum colat, tremendumq; Dei verbi nomen diuina potentia fretus accinat. Hæc autem, nimirum materiæ affecta Dæmonia, verita ne in abyssos meatusque subterraneos relegentur, sibique ab Angelis eò relegantibus timentia, cùm quis illuc ea relegatum iri comminatur, Angelorumque nomina exprimit, quibus id prouinciæ demandatum est, dici vix potest, quanto metu, quibus perturbationibus concutiantur: ita enim animo percelluntur, vt nè comminantem quidem, quisnam ille sit, discernere valeant, sed siue anicula quædam, siue vetulus homuncio comminationes huiusmodi expresserit, tanto tantus ea metus inuadit, vt plerumque abscedant, ac si ea qui comminantur, ijdem & internecioni dare possint; vsque adeo timida sunt, nec quenquam discernere norunt. Proinde facillimè ab impuro illo Incantatorum genere excrementitijs circumtantur, salinis inquam, vnguibus, & capillis, cerâ tenuique reuincta filo execrandis illis exorcismis & abiurationibus tragicas affectiones & turbas cuitant.] Quid autem per huiusmo-

Exclamat.

Θεοπλαστεῖν appetebant Ægyptiorũ Sacerdotes.

Porphyrius.

Sacerdotes Ægyptiorum Dæmonabantur.

Psellus.

Ægyptij putabant, Genios aliquos timere homines, Sybillam sq.

di minas indicare voluerint, aut quomodo Dijs imperare potuerint, ex Ægyptiorum mente explicandum duxi.

Sciendum itaque est, in Mundo iuxta hieroglyphicam Sacerdotum doctrinam genus quoddam Potestatum, quod homines δαιμόνας, & per continuum sacrorum exercitium in diuinam quandam essentiam transformatos, reuereatur, timeat, eorumque verbis imperiosis obstupefactum, obtemperet; non humanâ quidem virtute, sed diuinâ sacramentorum ineffabilium potestate. Nam vt rectè Iamblichus dicit, cum Sacerdos huiusmodi in superiorum Deorum ordine constituatur, ideo grandioribus propriâ natura mandatis vitur atque minis; neque tamen tanquam facturus, quæ tunc asseuerat, sed declarans quantam nactus fuerit potestatem propter ipsam ad Deos vnionem, ex notitia & ineffabilium symbolorum signaculorumque possessione. Aliam rationem quoque Iamblichus notat, obedientiæ Dæmonum ad minaces Sacerdotum voces: sunt enim nonnulli Dæmones, in prouincias Mundique partes diuisi, singulique ad continuam rerum suæ fidei commissarum custodiam destinati, qui quidem tantam rerum sibi commendatarum curam habent, vt nec verbum quidem illius ordini dispensationique contrarium valeant tolerare, non aliam ob causam, nisi quòd Deorum ordo constanti & inconcussa necessitatis lege omnis mutationis experte in ijs perseueret, quam illi pari Mundanorum perseuerantia obmixe custodiunt. Itaque Dæmones huiusmodi circumterranei, vti in fidei suæ commissis rebus viuerent, & ex ijs esse suum traherent, ita eas ipsas res tantopere sibi cognatas & amicas similibus minarum tormentis vt inuadantur, non permittunt, imò nec eas audire possunt, eò quòd ordinem, atque adeo totius Vniuersi dispositionem potissimùm ijs sub mysterijs contineri intelligant, quæ sunt ipsa Numina allegoricè per verba indicata. Quando igitur dicunt, Cœlos confringam, vel occulta Isidis patefaciam, vel arcanum in abysso reconditum diuulgabo, aut Cistam bario, aut Osiridis membra Typhoni dispergam; cùm id ordini totius repugnet, consequenter ordini custodum contrario, hinc perturbantur, & ne similia amplius moueant, voluntati eorum condescendunt; nam non alia de causa Mundi partes in ordine permanent, nisi quia benefica Osiridis potestas sincera & intacta, nullo contrario tumultu & errore misceri, & confundi potest; ita insuper omnium pura semper & incorrupta persistit, eò quòd vitiosis harmonicisque rationibus, quæ in Iside reconditæ sunt, totus Mundus sempiterna lege persistat; quis enim cursum Solis & Lunæ cohibeat? quis abyssos aperiat? quis bario, id est, vehiculum Mundanorum rationum retardet? Nè itaque ordo naturæ immutetur, sortemque contrariam subeat, hinc verbis minacibus ea profanari nolunt, quæ sempiternorum Deorum munere, perpetuæ instabilitatis omnis contrarietatis expertem sortem nacta sunt. Atque hæc ex mente Ægyptiorum dicta sufficiant. Subijciam hoc loco fragmentum à doctissimo Nardio transmissum, cuius suprà fol. 453. mentionem feci-

Iamblichus.

Mira Dæmonibus necessitatur ab Ægyptijs, quæ significant.

Expositio figurarum.



X Hæ figuræ eædem sunt cum figuris E F G H I K &c. sed

V melius expressæ hoc loco ad Lectoris instructionem.

POnebantur hæ figuræ in parietibus adytorum, & excerptæ sunt ex ipsis Obeliscis, vbi frequenter occurrunt, vti suo loco & tempore videbitur. Vnde patet, figuras Obeliscorum veluti prototypas quasdam, non adytorum duntaxat parietibus, sed & ipsis statuis, amuletis, cæteriisque monumentis fuisse incisas. Sed explicemus singula. A Accipiter est motus Solaris symbolum, vti in Obelisco Pamphilio hierogrammatismo de Accipitre docuimus. B est Noctua cum flagello, & Dæmonem auerruncum notat, & Osiris Accipitrini *ἀπόρροια*. Figura C Sacerdotem notat vnà cum pyramide; & exprimit cæremonias, quibus ad Typhoniam vim propulsandam, & calori vitali inimicas Potestates dissipandas, vtebantur. D, binas vitreas phialas signat, intra quas aqua Nilotica per occultos Meandros penetrans in fontes exaltabatur, quæ mysticâ suâ significatione minimè carebnat: nam hoc ipso arcanè Momphtæi spiritus diffusam in omnia Mundi membra vbertatem aptè sanè indicabant. Reliqua verò symbola E F G H I K L M &c. cùm imperfectè expressa sint, ea paulò clariùs ponenda duxi, eo modo quo in margine Schematismi, qui

in signatis literis V X. Quorum significatio hæc est: Aqua superna per influxum superni Numinis deducitur in piscinam sacram, & hinc in Nili humorem, virtute rituum sacrorum impetratum; & hinc demum in totam Ægyptiam telluram, ope Agathodæmonis Nilotici, summo emolumento derivatur.

Sistri hieroglyphica descriptio.

In adytis itaque pro diuersa Numinum conditione, diuersos ritus & cœremonias obibant; quæ omnia pulchrè exhibentur in Sistro quodam

mar-

marmoris albi hieroglyphico, quod non ita pridem mihi transmisit interprecandum eruditissimus vir Thomas Henshaw Anglus. Lapis albus est, marmore longè mollior, haud dubiè ex subterraneis Ægypti Cryptis, vbi vt plurimum in huiusmodi lapidibus mollioribus hieroglyphica insculpi solebant, veluti ab omni aëris iniuria tutissimis. Altitudo lapidis est pedum trium minus vno pollice, latitudo pedis vnius pollicum 2½. Crassities circa 4 pollicum cum-. Figuræ superiores altæ sunt ped. 1. pol. 5. Inferiores verò poll. 8. singulæ continentes spacia poll. 2. Spacium quod infrà figuris vacuum est, continet pedem vnum, iuxta mensuras Anglicas. Lapis in vertice curuatus est, & referre videtur cum reliquo continente adytum; in quo globum alatum in vertice videsignatum literâ D, infra quem varij minuti characteres hieroglyphici, qui tamen temporis iniuriâ corrosi, quid referant, cognosci non potest) parietibus insculpti, infra quos figura hominis nudi A, cidari Ægyptia redimiti, sedentis habitu conspicitur, & dextrâ manu flagellum, alterâ baculum continet, à cuius tergo B simulachrum fœmineum, veste lineâ ad talos vsq; inuoluta, cuius è capite velo & tæniis ornato, globus serpentiser emergit, à figura A, aliquid veluti sollicitè quærens; ex altera verò parte figura C spectatur, ex parte superiori ab vmbilico vsque ad verticem nuda, virili habitu, brachijs extensis, eorumque digitis in serpentes veluti degenerantibus; inter figuram A & C ara posita est, vase turbinato, & binis globulis instructa. Quæ quid indicent, exponо. Globus alatus supremi Numinis omnia peruadentis prouidentiam signat. Figura A Osirin notat, Numen Solare & αὐτογενὲς; quod flagellum, sceptrum, habitus sedentis, & cydaris, quæ sunt dominij & potestatis supremæ symbula, satis ostendunt: nudus fingitur, quia Numen ab omni terrenæ contagionis miscella immune est; cui Isis Bconiungitur, indiuidua Osiris comes Luna, vti globus capiti insistens cornuta Lunæ facie adornatus, & velum tæniæque docent: inuoluta est veste linea, ad naturam eius inuestigatu difficilem indicandam: brachio eleuato, mandata Osiridis deposcere videtur, prompta ad exequendum, quod inserit. Figura C sacrificulum seu Hieromantem notat, qui Osiridem adiurat: nudus est, ad significandum, neminem Deorum consortio aptum esse, qui non animum suum priùs ab omni humanarum rerum contagione abstraxerit; brachia eleuata habet, ad deprecandum composita; digitis in nescio quid serpentibus simile abeuntibus, quo symbolo sanè appositò notant, operationes Sacerdotum vitâ & spiritu plenas esse debere, vt Deorum muneribus participes fiant: caluus est, quia capilli corporearum fœcum excrementa sunt; & latibula animalium, à quibus expurgatus esse debet sacrorum mysta, Deorum consors. Mensa vasis instructa indicat, sine ritibus & cœremonijs omnem Deorum attractionem & demulsionem irritam & euanidam esse; hæc enim sunt Deorum irritamenta, quibus præuia Vatum dispositione accedente, tandem votorum suorum compotes fiunt. Hieroglyphica verò Schemata infrà triplici ordine distincta significant, eas res, qui-

Sistri interpretatio.

bus adhibitis Numina amicâ quâdam cognatione attrahuntur in rerum fidei suæ commissarum tutelam, cuiusmodi sunt vegetabilium conservatio, vrbium protectio, contrariarumque potestatum ab Ægypto abactio. Huius farinæ quoque est sequens Schema, quod Sacerdotem Momphta refert, sacra Nilo facientem in adytis. Hic comparebat lineâ veste indutus, vestitus pelle Leonis, cuius figura ita adaptabatur corpori, vt figura capitis Leonis cum pedibus, Sacerdotē Momphta exprimeret M Mem, dextra

ge-

gerebat phialam, superiùs in formâ Tautici characteris effigiatam, finistrâ canalicalum, cui vas Niloticum impositum erat, tenebat; quo de futura incrementi aut decrementi Nilotici constitutione diuinabatur. Quorum quidem expositionem consultò & iustis de causis hoc loco omittendam existimaui. Quare hæc de operationibus Sacerdotum in adytis indigitasse verius, quàm explicasse sufficiat.

CAPVT VI.

De Gnosticorum Magia amuletaria, & literis Ephesijs, quæ sunt primus ramus Magiæ Ægyptiacæ.

Ramus primus Ægyptiacæ Magiæ. Gnosticorum Magia amuletaria.

NOcum est, plerosque Principes illorum Scholæ, qui nomine tenus Christiani, olim in Magistri Diaboli verba iurarunt, Ægyptios Natione fuisse. Atq; hoses imitatos Gnosticæ impietatis sectatores, abominabiles Ægyptiorum antiquorum superstitiones, ritus, cœremonias, ab inferis Diabolo mystagogo reuocasse, testantur abominanda eorum sacrificia, Magicæ artes, aliaque execranda scelera, quæ vide apud Epiphanium, Irenæum, Philastrium, Augustinum, Tertullianum, Theodoretum. Inter Gnosticos verò maximè hisce abominationibus infames memorantur, Marcus ille Ægyptius Magus, Basilides magister luxuriæ, & cœnosi dogmatis assertor Carpocrates, Valentinus quoque & Cherintus, Ægyptiacorum rituum ac superstitionum cultores atque sectatores. Gnostici verò ob excellentiā scientiæ quam iactabant, se appellari volebant; βαθεοὶ, quoq; dicebantur quasi cœnosi, ob nimiam vtiq; illam, quam suis in Sacris dicebantur exercere, fœditatem atque turpitudinem horrendam, & abominandam; quos ritus ad viuum Epiphanius l. 1. Tom 2. describit, quem consule. Nicephorus quoque l. 4. c. 2. Ecclesiast. histor. in hæc verba de ijs scribit. *Atque equidem de Basilide Irenæus itidem agens, pudendum errorem eius in apertum deducit; æqualem eius idem fuisse refert Carpocratem, eorum, qui Gnostici vocantur, authorem & ducem; quem non puduit propalam vitam magicam exercere, quam pater eius Simon clam & subdolè professus erat; gloriam is aucupabatur, & sese efferebat artibus curiosis per eos, quos ipse conficiebat somnios, per somniorum visiones, & per assessores Dæmones.* Hi itaque Ægyptiacas superstitiones, quarum se hæredes iactabant, ab inferis suscitantes, totum ijs Orientem infecerunt. Erroneis enim eorum dogmatis insistentes, nouam characteristicam artem condiderunt, quâ varia confecerūt amuleta, quæ in varijs lapidibus pro ratione & proprietate Numinis, quod per ea inuocabant, exsculpta, characteribus Ægyptiacis antiquis circumscripta, & nominibus potentium Angelorum insignita, iuxta legum hieroglyphicarum præscripta, ponebant; quibus mira se præstare posse gloriabantur. Ex horum numero inter innumera pauca sunt, quæ sequuntur, in quibus passim Harpocratem Loto insidentem, Isidem, Serapidem, Hecaten, aliaque Ægyptiorum Numina, veriùs monstra, deprehendes.

Gnosticorum Magistri Ægyptiacarū impietatum sectatores.

Gnostici cur ita appellati.

Epiphanius. Nicephorus.

Amuleta Gnosticorum

In-

In primo Amuleto, quod alibi damus, videbis hominem Solem redimitum, cætera armatum, sceptrâ vnâ manu, alterâ Idolo, aut tessera, insistentem: quibus celebrem illum Ægyptiorum seu Persarum Mithram indicant, quem Solem esse Herodotus, Lucianus, Marcianus Capella testantur. Imò id ipsum quoq; monstrat nomen illud portentosum ΑΒΡΑΞΑΣ, quod dorso lapidis insculptum est; est enim ΑΒΡΑΞΑΣ per resolutionem Arithmeticam ἐν τῷ ἑπτὰ τόνων factam idem quod Mithras, quem Animam Solarem dicebant, virtute suâ totius anni decursum moderantem; quod & numerus, qui ex vtroque nomine & Ἀβρέξας & Μιθρὰς in numeros resoluto, vti hîc à latere patet, sat superque constat. Vtriusque enim numeri in vnam summam conflati efficiunt 365. tot nimirum, quot dies in anno sunt. Quæ omnia S. Hieronymus in c. 3. Amos comprobat his verbis: *Basilides*, inquit, *omnipotentem Deum portentoso nomine appellat Ἀβρέξαξ, & eundem secundum Græcas literas, & annui cursus numerum, dicit in Solis circulo contineri; quem Ethnici sub eodem numero aliarum literarum vocant Mithram.* Hæc Hieronymus. Ἀβρέξας igitur nihil aliud est, quàm Genius Solis auerruncatiuus; quod radij capitis, & scutica satis ostendunt in dicta sculptura, quam lapidibus diuersis incidebant, adiuncto eius nomine, eamque collo suspensam contra varios malorum euentus portabant. In Rubino enim hoc nomen inscriptum cum figura Magica conueniente, contra omnes igneos morbos portabatur; in Cristallo contra aqueos &c. in alijs contra alios morbos. hisce quoque omnem sibi fortunam & felicitatem spondebant. Certè vix dubito, quin Amuletum hoc ad hemitritæum sanandum, in quo conscribi debeat ad Magorum præcepta Abracadabra, ab Abraxa primùm fluxerit; nominis enim vestigia id luculenter ostendunt: & hoc me plusquam suadent tot σχήματα, & gemmæ Elementis eiusdem nonnunquam repetitis inscriptæ, quorum copiam habes in Gallicis Scaligeri Epistolis ad Vazetum. Nec nuperum est inter Magos remedium, memorat enim Q. Serenus Sammonicus hoc carmine:

ABRACADABRA	*Inscribes chartæ, quod dicitur Abracadabra,*
ABRACADABR	*Sæpius & subter repetes, sed detrahe summæ,*
ABRACADAB	*Vt magis atque magis desint elementa figuris*
ABRACADA	*Singula, quæ semper rapies, & cætera figes,*
ABRACAD	*Donec in angustum redigatur litera conum,*
ABRACA	*His lino nexis collum redimire memento.*
ABRAC	
ABRA	
ABR	
AB	
A	

De hoc nomine multas nugas reperies apud Serenum Sammonicum, multos quoque hæc verba in formam triangularem, nè quicquam superstitioni desit, adaptasse reperio; vt adeo certum sit, astutos illos præstigiatores isthæc Magica & barbara, potiùs portenta, quam nomina finxisse, & magno supercilio inculcasse, ad concitandos simplicium animos, vt cum magno stupore augustio-

A	1	M	40
B	2	E	5
P	100	I	10
A	1	Θ	9
Σ	60	P	100
A	1	A	1
Σ	200	Σ	200
	365		365

Herodotus. Lucianus. Marcianus Capella.

Ἀβρέξας quid significet.

S. Hieronymus.

Abraxis Genius Solis Auerruncus.

Abracadabra nomen.

Scaliger.

gustiora putarent, quæ non intelligerent. Dæmonesque istis pactis adscientes, quæ postulabant Magi, præstarent, vt de præstigijs Marci refert Irenæus.

Irenæus.

Alterum Amuletum seu Sigillum continet quatuor imagines Magicas Deorum; Isidis, quam Vrnâ seu Situlâ, Sistrum, spicatum caput; Serapidis, quem Serpens, & modius in capite; Martis, & Veneris, quos signa ijs appositâ indicant. Amuletumque est contra venena & phlitra, & fascinationes, vti ostendit Leonardus Pisaurus lib. de sculpturis lapidum, estque non secùs ac alterum è Gnosticorum Schola profectum. Hunc Abraxan non tantùm Mithram, sed & nunc ΙΑΩ, nunc CEBAω, nunc alijs nominibus, vti in dictis Amuletis videre est, appellabant. Quæ quidem nomina quid significent, indicandum duxi. Gnostici natione Ægyptij, religione primùm Hebræi, dum virtutem Nominis Dei tetragrammati ex Veterum relatione cognoscerent, ad impietatis suæ complementum, superstitiosa sua nomina passim nomine ΙΑΩ & CEBAω, quod idem est ac nunc Iehoua & יהוה Sabaoth, summa tamen nominum corruptela indigitarunt. Quæ omnia confirmant sequentia Amuleta, in quorum primi 5 numero signati primâ facie homo spectatur Galli cristati facie, scuto & scuticâ probè instructus, qui tandem in pedes serpentinos abit, capite verò Martis statuam gestat; sub pedibus verò hoc nomen ΙΑΩ ponitur, quod tamen in plerisque huiusmodi Amuletis vitio sculptoris inuersum spectatur, vel quia Sigillum erat, cuius literæ necessariò inuersæ sunt; vt impressæ rectæ spectentur. Quo quidem potentiam per Iehoua, per Galli faciem cristamque Solaris Numinis potestatem, per scutum & scuticam omnium contrariorum abactionem, per statuam Martis operum Martiorum effectum denotabant. In posteriori facie habentur hæc nomina insculpta, ΙΑΩ ΑΒΡΑΞΑΣ, id est, Deus Abraxas. In figura verò numero 3 signata iterum occurrit in prima facie eadem Abraxis figura; in posteriori verò facie nomina potentium Angelorum, Michaël, Gabriël, Vriel, Raphaël, Ananaël, Prosorœl, Chabliël continentur, ad superstitiosos vsus

Amuletum aliud Gnosticorum.

Zacharias Pisaurus.

Ἰάωθ Σαβαὼθ quid.

Amuleta diuersa Gnosticorum explicata.

traducta. In quarto verò, eadem figura cum scuto cui nomen ΙΑΩ inuersum

sum inscriptum est; in posteriori verò parte hæc verba habentur Ægyptiaca, ΤΑΑΑ ΑΡΑΙ» ΑΒΡΑΟΡΟΝΤΟΚΟΝΒΑΙ, id est, *summo Marti omnia vincenti*. In sexto, eadem figura, cum inscriptione partis posterioris ΠΙΤΑΝΤΟΡΙΚΤΑ, id est, *fortitudinis Martiæ & Gigantea*. In septimo, eadem figu-

ra habetur, cum hac inscriptione: ΙΟΥΙΟΥ «ΙΟΥΝΥ ΤΟΟΝ» «ΝΙΟΥ, id est, *Domini fortitudo æterna*; & sub pedibus nomen Angeli ΙΑ«ΑΗΑ Iaoliel, id est, *Angelus Domini*. In posteriori facie Ibis pingitur habitu volantis serpente diuaricatis pedibus implicata, cui astat Anubis cum sistro; quæ nihil aliud denotant, nisi vim Mercurialem nociuorum omnium abactiuam. Verùm hoc symbolum alibi expositum consule. In figura 2, eadem figura quæ suprà expressa videtur, sub cuius pedibus nomen ΙΑ«, manum imponens statuæ geniculatæ, quo influxus Martialis Numinis in gestantem hoc Amuletum denotatur, religiosè portatum; in posteriori verò parte Leo septem stellis circumdatus, vnà cum figura Lunæ sextilis conspicitur, quo Sole in Leone existente, vt effectum, septem in vnum, conspirantibus Planetis, fortiatur amuletum, confici debere indicatur. In decimo quarto schemate, eadem figura occurrit, cum hac inscriptione, ΑΦΕΩΝ; quo Abraxam hunc vnum ex Ophioneis Numinibus, de quibus in Obelisco Pamphilio ex Eusebio amplè tactanimus, esse designant. Sed de Abraxis seu Mythræ amuletis iam hæc dicta sufficiant.

Nota literas inuersas esse in ΩΦΕΩΝ,

Amuleta Harpocratica

Procedamus ad Harpocratica amuleta, quorum non minor varietas occurrit. Et primò quidem passim inuenitur loto insidens, digito silentia suadens, alterâ manu flagello instructus, cum nominibus ΣΑΒΑΗ, id est, Sabaoth, vt in figura numero 10 signata patet: in cuius postica facie nomen ΙΑ« inscriptum videtur; quæ omnia Solare Numen ἀνεφανέστερον, & magnæ efficaciæ designant. Figura verò numero 14 signata in antica facie eundem nobis Harpocratem demonstrat, symbolis priori simillimum; in postica verò parte statua τριμόρφου καὶ τριπρόσωπου conspicitur, binis gladijs, flagellis, facibusque instructa, quam nos Hecatem, siue Dianam, aut Isin tergeminam interpretamur. Tricipitem autem fuisse, Virgil. 4. Georg. docet: Figura seguitur.

Isis tergemina, eadem quæ Hecate, vel Diana.

Sacerdos
Tercentum tonat ore Deos, Erebumque, Chaosque,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Et Ouid. l. 7. Metamorph.
Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Seruet vt in ternas compita facta vias.

Virgilius.

Ouidius.

Orphei eam vocat τριπρόσω, τριοδίτιν, ἐναγίαν, ἑκάεργον, καὶ ἐναγίας, τυμβιτίδος. vialem, triuiam, cœlestem, terrestrem, æquoream, sepulchralem, baechahtem cum manibus; eique tria capita attribuit, dextrum Equi, sinistrum Canis, medium Apri; Eusebius l. 3. præparat. c. 3. Hecate Luna est, propter varias corporis eius formas, & formarum virtutes; ideò virtus eius est triformis, Nouilunia ferens, albam vestem auro distinctam, & & lampades ardentes; calathum autem superne fert, quia cùm est diuia dua crescente lumine, fruges maturat; plenilunij signum est ferrugineum sandalium.

Orpheus. Hecatis nomina varia.

Eusebius.

Sequitur Amuletum numero 12 signatum, in cuius prima facie Harpocrates Loto insidens flagellum sinistra tenet, dextrâ silentium indicit, ad radicem Loti Leo conspicitur currens cum hac inscriptione. ΑΒΡΑΞΑΞ

CICIPIM, id est, *Abraxa omnia ciens*. Per Leonem Momphta Nilotici incrementi Præsidem intelligunt, quod aptè per stellam Siothis seu caniculæ capiti Leonis impositam notant; ad ortum enim caniculæ Sole in Leonem intrante fit inundatio Nili, Solari Numine Harpocratico flagello omnem Beboniam vim aduersuam repellente. Nota hic CICIRIM retrogrado ordine lectum MIRICIC, idem esse ac Matrem Isidem siue Lunam, quæ in hoc Amuleto tacitè indigitatur, & Genius Nili, & cooperatrix Harpocratis Solaris Numinis. In postica verò parte Amuletum hæc nomina inscripta tenet: ΑΡΧΕΟΙΑ« ΜΕΡΜΕΝΝΗΣ, *principium* ΙΑ« *omnis fecunditatis*. Portò in Amuleto numero 13 signato, alia est figura Harpocratis sine vllis literis; in postica tamen parte habetur hæc inscriptio Ægyptiaca, vbi inuersa hæc verba: ϩⲩⲱⲩ ⲥⲓⲱⲙ, quod idem est, ac *magnus* ΙΑΩ. Talia sunt quæ sequuntur ex culina Diaboli prolata. Phylacteria signata numeris 1. 8. 9. 15. 16. Q. & P. Figura 1 duas facies continet, in prima facie videtur figura huda alata, modio in capite conspicua, quatuor baculis fulcita cum inscripto nomine ΙΑ« è literis inuersis ΜΝΗϹΤΗΑ, quod

Gnostici ab Ægyptijs hæc ferunt sæpe deliramenta.

idem ac recordare significat, vt figura IA» notat: nuda est, ad simplicitatem eius; alas habet, ad velocitatem; modium in capite gerit, ad abundan-

8

Γ'εγκεφαλος,
Α'γαθοδαιμων,
Ο'φθαλ.

tiam, quam confert, indicandam. Quatuor baculis sulcitur, ad dominium in quatuor Mundi Elementa innuendum. Hoc igitur Numen memor esse postulant eorum, qui id inuocauerint. Altera facies continet figuram humanam duobus capitibus caninis, palmam in manu dextra tenentem, stellis circundatam, infra quam veluti homo è tumulo surgens, conspicitur; quo quidem nihil aliud indigitatur, nisi Anubis seu Mercurius; teste Plutarcho, vtriusque Horizontis inferi & superi custos, ac proinde duobus capitibus caninis pingitur; hic idem animarum ex inferis reductor, à Diodoro describitur, vti alibi exposuimus; hinc palmam victoriæ symbolum gestat, & flammam, quâ indicatur, animas à pœnis persolutis apud inferos, singulas sphœris & stellis mox inuehendas. Figura 8 numero signata, Serpens seu Aspis est κνηφαγαθ, cuius caput radioso nimbo circundatum, monstrat Numen Mercuriale, vti ex inuersis literis apparet, vbi legitur; ANOYBEI Anubis. XNOYMICPI verò nomen est, quod & the Interpreter resolutum in numeros facit 1280, & totidem nomen Χειρὸς facit. Vides igitur quàm peruersè, quàm impiè barbaris huiusmodi nominibus diuinum Christi nomen Hæretico-magi profanent.

Innumera supersunt huius farinæ mysteria exponenda quæ tamen singula adducere, nihil aliud foret, quàm librum hunc impijs nugamentis refarcire. 9 Amuletum

X	600	X	600
P	100	N	50
I	10	O	70
Σ	200	T	400
T	300	M	40
O	70	I	10
Σ	200	Σ	200
		P	100
		I	10
	1480		1480

9

15

16

est simile numero 1 signato: in hoc Mercurius κνηφαγαθ, biceps cum duobus Genijs supra canales binos vasis Nilotici stantibus; cuius historiam vide in III. Tomo, Syntagm. de Canopis. 15 Amuletum est, in quo Accipiter supra florem Loti sedet, binis cornibus copiæ stipatus, & beneficium fertilitatis & abundantiæ, quæ à Sole promanat, indicat. 16 Mars supra florem stans hastâ scutoque munitus, flore radices suas in cymbæ medio firmante; quo indicatur igneam vim mistam humido, omnium generationi promouere. In prima facie figuræ Q est Harpocrates Martio habi-

habitu indutus supra Lotum sedet, ad instar cymbæ efformatum, flagel-

Q

P

lo & Cruce Tautica cassideque formidabilis. In secunda facie κνηφαγαθ Dæmon, quaternis alis instructus, in cuius vtraque manu baculus, sub pedibus Canem habet positum, ad cuius caudam stella, & indicat Mercuriale Numen quod Ægyptij κνηφ appellant. Figura P alibi exponetur.

17

18

19

20

21

7

22

Figura numero 17 signata est Aspis ἱερογλυφικὴ, qualis in Tabula Bembina sæpe occurrit, estque figmentum Romanum ad similitudinem Ægyptiorum efformatum, vt literæ Latinæ L I, S docent, & idem significant ac *Libertatem saluam*, vel *Liberorum salutem*. 18 Est Osiris ἱερογλυφικὸς, calathum in capite portans, manu dextra baculum Cucucomorphũ cum lituo & gnomone, sinistra Crucem ansatam in formam bifurcatam gestans; & notat Solare Numen, per Actinobatinum caput significatum, vt iam sæpiùs ex Eusebio docuimus; calathum in capite portat, abundantiæ quam confert, symbolum; sceptrum Cucuphæ capite insignitum notat varietatem, quam producit, rerum; Lituus harmoniam; gnomon symmetriam, quam in Mundo conficit, rerum; Crux ansata, quam sinistrâ gerit, spiritus Solaris per omnia diffusionem. 19 Serpens contortus, duobus cornibus insignis, idem quod 17 notat. 20 & 21 Amuleta sunt Osiridis ἱερογλυφικὰ; quibus intermediat Numus Leone insignitus ab vna parte, ab altera abaco numerico, monstratque cusum esse Sole in Leonem intrante, ad Solare Numen HELOY attrahendum, vt ipse Solis Leonisque character docet. Numericus abacus Soli dedicatus est, cuius Intelligentiam Raphaelem dicunt, & nihil aliud est, quàm quadratum Senarij numeri, ita artificiosè dispositi, vt singulæ numerorum series perpendiculares, transuersæ, diagonales simul iunctæ eundem producant numerum. Verùm cum hæc figura amplissimè exposita sit in Arithmetica nostra hieroglyphica, eò Lectorem remittimus. ΥΗΩΟ notat trigonum igneum. Nota Lector, hunc Numum non esse antiquum, sed à posterioribus Astrologis confictum. Sequitur alius Numus synchronus, in cuius priori facie Iuppiter sedens fulmine formidabilis, prope quem Aquila Iouialis, & character eius 24, cuius nomen in Cabala est Zadkiel צדקיאל, Hebræi enim Iouem vocant צדק, id est, *iustitia arbitrum*; hic pro Zadkiel corruptè ponitur Satquiel. Supra Iouem figura Sagittarij ponitur, quod indicat hunc Iouis fulminantis Numum Sole in Sagittario constituto, cusum esse; posterior pars Abacum ponit ex literis Hebraicis constitutum, & nihil aliud indicat, nisi 16 quadratum quaternarij eo artificio dispositum, vt singuli numeri, quos literæ indicant, qualibet serie iuncti simul, idem producant; quadratum autem quaternarij sacrum fuisse Ioui, in Arithmetica docuimus, vbi fusè omnia exposita reperies. Literæ Hebraicæ hos numeros exprimunt, vt è latere apparet.

4	14	15	1
9	7	6	12
5	11	10	8
16	2	3	13

Idem prorsùs est quod sequitur, cuius prima facies septem Planetarum figuras continet, & piscium figuras in medio; quod ostendit Numen cusum esse in magna coniunctione Planetarum in Piscibus, & Ioui consecratum, siue & Luna constituatis, in Leone, quod quaternarij quadratum luculenter docet. 21 & 22 Amuleta Ægyptiaca sunt Harpocratis & Arueris, quorum cùm alibi expositio data sit, hic ijs non immorabimur. 7 notant tres gratias, quæ ante portam Templi Ephesini positæ feruntur.

Alia nonnulla Amuletorum Sebennata, ex variis Musæis collecta, & hoc loco exposita.

23 Numero signata Isis est cum Aspide ἱερογλυφικὴ, Lituo & Baculo; quæ omnia alibi fusè exposita sunt. 24 Numen πνευματικὸν Typhonis exhibet, hinc Crocodilo insistit, & Piscem in capite portat; quorum vtrumque Typhonias indicat operationes. 25 Isis turrita, seu Gybeles

Ægyptia, duobus stipata Accipitribus, Solarium Numinum symbolis, & ad pedes Scriphio, id est, planta Absynthij marini, quam Isi sacram fuisse Plato docet, brachijs in decussim compositis, quo indicatur, nihil in natura rerum reconditum esse, quod ipsa non complectatur. 26 Numus tres figuras continet: prima est Isis cum situla in manu dextra, & sistro in manu sinistra, & modio in capite; quæ omnia fusè exposita sunt in primo To-

mo Syntagm. III. Cap. de Iside. altera est Numen Nilotici fluvii Serapis, cum modio in capite, & radio mensorio in sinistra, altera imperiosa gestu, nescio quid imperans. In medio puer alatus conspicitur, & notat, vtrumque & Isin & Nilum Genios totius Ægypti esse. 27 Numus continet figuram sedentis Anubidis, cum figura tulminis tricuspidis, & hominem nudum ante eum prostratum scum Cancro; & est Talisma Astrologicum Sole in Cancro constituto inclusum hora Iouis; quo subiiciuntur intellectus & honores, gestantes illud se impetrare à Mercurio & Ioue putabant. 28 Talisma seu Camæa est Anubidis, dextrâ baculum κηρυκειον, sinistrâ ensem portans, & Mercurio dedicatum est; quo & fœcunditatem, & malorum profligationem sibi spondebant. 29 Camæa sive Talisma Canopicum est, tutulo insigne, de quo vide copiosè tractatum Tom. I. Syntagm. III. Cap. de Canopis. 30 Isin Memphiticam continet, & quæ litera H signatur sequens. Iisdem bari vectum; de qua vide quæ in Mystagogia Ægyptia ex Plutarcho variè adduximus, quæ hanc eruditionem concernunt. 31 Amuletum Ibidis est contra morbos capitis institutum. Media figura nuda, inferiùs trunca, brachijs decussatis, & velo spectabilis, in cuius pectore volucris virgineâ facie, & loco alarum ramos vtrinque distendens, manu dextrâ A tenens; eandem prorsus refert, quam Zoroastrei Iyngem vocant, Agathodæmonem superioris ordinis. Nuda est, quia solâ mente comprehensibilis est, vti Zoroaster docet; vnde & ob eandem causam inferius truncata spectatur, quia nulla eius sensibilia in inferiori Mundo vestigia sunt, velo variegato gaudet, quia varietas eius in superiori Mundo solùm elucescit; brachia decussata habet, quia decussim totius naturæ, cui præest, designat; A vnâ manu gerit, quod eam Agathodæmonem esse notat: pectori apponitur volucris humanæ facici, & tamosas alas hinc inde extendens, indicatq; supremam Intelligentiam idæis fœtam, quam inferioribus Mundis communicat. Quæ omnia iusè allegata vide in Sphynge Mystagogâ.

Ex quibus iam dictis apertè elucescit, Gnosticos omnia hæc fanatica deliramenta ab Ægyptijs didicisse, si Lector ea cum paulò antè positis Ægyptiorum Amuletis rectè contulerit, sed & nomina ex Ægyptiaca & Hebræa lingua confusa & corrupta id sat manifestant: cùm proprium huiusmodi nebulonum sit, ad aures suis adsistentium sacris nefandis obtundendas istiusce barbara, quæ stridorem sui mitumque resonant, nomina ad horrorem simul & authoritatem sacris conciliandum, vsurpare, vti pulchrè docet Irenæus l. 1. de erroribus Gnosticorum; & Niceras ex Irenæo suse deducit. *Quò maiorem*, inquit Niceetus ex Irenæo, *ei qui baptizatur, stuporem injciant, hæc Hebraica nomina superaddunt*, [*Besama, camosi, bne, anoor, misfadai, rbuda, custaba, phogor, calaibi,*] *quorum interpretatio hæc est, O qui es supra omnem virtutem patris, & innascibilis, qui lumen & spiritus hominis, & hæc nouisti, quoniam in corpore regnasti.* Hæc Niceetus. Difficillimum est, vt quod res est, fateas, verborum istorum fontes indicare; neque enim vllum sub ijs, nisi admodum corrupti, vt in *besama nuora, camosi* נורא, *phogor* נגה, vestigium Hebræi sermonis pateat, neque Chaldaica, multò minùs Arabica esse comperio. Existimo igitur ex pacto Dæmonis ad stuporem audientibus incutiendum conficta esse. Magos enim monstrosa, ipsoque stridore pronunciationis etiam horrenda vocabula & carmina ope Cacodæmonum inuenisse & susurrasse, quibus ad præstigias suas mirabilem energiam ineste asserebant, ex sacris profanisque Scriptoribus cunctis est in confesso. Huius farinæ suit quoque quæ l. 2. c. 13. Irenæus de Gnosticorum impietatibus refert, vbi nomen absconditum Redemptoris sic prosantur. *Messian fromagno in scencbaldin mosomeda acacha saronetpseba Iesu Nazarene*; quorum interpretationem hanc esse dicunt: *Christi non diuidò spiritum, cor & supracœlestem virtutem misericordem fruar nomine tuo Saluator veritatis*: confirmatus autem & redemptus respondet: *Ego redimo animam meam ab hoc æone, & omnium quæ ab eo sunt, in nomine IAO, qui redemit animam meam*: quæ tametsi nescio quid Hebraicum oleant, ita tamen corrupta sunt, vt pro barbaris & portentosis nominibus nihil significantibus, & ad circumstantes decipiendos confictis, vsos esse certissimum sit. Huius quoque impietatis censenda sunt pleraque lapidibus, gemmis, laminisque metallicis insculpta sine numero nomina: ex quibus numerum eliciebant, alicui ex Æonibus, aut Priapis, aut Pompis, aut Paredris correspondentem; omnia enim numeris attribuebant Gnostici, & omnia fidei mysteria solâ numerorum analogiâ se demonstrare posse superstitiosius credebant. Vnde Monadis illius & dyadis, triadis & tetradis, pentadis & octoadis prodigiosa & fanatica in Deastris fingendis, fœtura; quæ omnia amplissimè deducta videas apud Irenæum citato loco; quæ quidem congrua sunt ijs, quæ de Ephesijs literis narrantur ab Authoribus.

Irenæus. Niceetus. Verba Hebraica à Gnosticis corrupta, eorumque interpretatio.

Irenæus. Verba alia Hebraica corrupta à Gnosticis.

Gnostici omnia stribuunt numeris.

Ephesiæ Literæ.

ERant autem Ephesiæ literæ μυγαλματα seu incantamenta, quibus nonnullis prolatis barbaris & portentosis nominibus vel expiabant loca infesta, vel morbos abigebant, vel Dæmones adiurabant. Dicunturque Ephesiæ, eò quòd Ephesi primùm ab Ideis dactylis sint inuentæ, & Dianæ Ephesiæ simulachro insculptæ. ita Clemens lib. 1. Strom. & Plutarchus in Sympos: earum his verbis meminit: Δεῖν δ' ἐφεσίων γράμματα μάγων ἐφέσια γράμματα τοὺς εἰπόντας παλαμέσθαι τὴν ἐπῳδήν. *Super obsessos à Dæmonibus Magi Ephesia grammata recitare & nominare iubebant.* Etymon verò eorum assignat Eustathius his verbis: Ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαὶ, δι' ὧν τοὺς ἐκπαλαίοντας κωλύουσιν ἀ ζάθηται, ἢ αἴτιόν ἐστιν ὅτι φασί τινες δᾷδ' ἔδει ἡ ἐφεσίας, καὶ ζώνη, καὶ τῷ ποδὶ τὸν δ' Ἐφέσιος Ἀρτεμιδος. αἰνίσσεσθαι δὲ τοὺς γλεγομένους, ὅτε ἐν ἅλμασι παλαιόμενοι λέγουσι, Ἐφέσια γράμματα. *Ephesiæ literæ incantationes sunt, per quas aliqui ex magnis periculis seruati sunt, & victorias reportarunt. Erant autem quædam voces in corona, zona, & pedibus Deæ Ephesiæ Dianæ enigmaticæ, vnde & ijs qui parum diserte loquuntur, dicuntur Ephesiæ literæ.* Suidas ait, Ephesias literas incantationes quasdam esse difficiles, quas Crœsum in pyra dixisse ferunt: & ludis Olympicis cùm Ephesius & Milesius luctarentur, & Milesius luctari non

Ephesiasticorum quæ, & quales.

Clemens. Plutarchus.

Eustathius.

Suidas.

non posset, eò quòd Ephesius literas Ephesias talo alligatas haberet, cùm res innotuisset, victorem à quo triginta victi fuerant, detractis literis succubuisse. Cui astipulatur Diogenianus: Ἐφέσια γράμματα, inquit, τὰ περὶ τὴν ἁρμογὴν τοῦ ἀγάλματος ἐκλεγόμενα. *Ephesiæ literæ sunt incantationes quædam, quas recitantes victores in omnibus erant.* Qualia autem nomina ex Ephesijs literis composita fuerint, Hesychius quidem tradit fuisse sequentia: Hesychius. Ἄσκι, κατάσκιον, ἄσκιον· τὸ μὲν ἄσκι σημαίνει τὸ αὐτὸ ὃ καὶ σκότος, κατάσκιον δὲ τὸ μένον, ἄσιον δὲ ἀνάπαλιν. *Aski Cataski lex: tenebræ dimanentem, asion. Et Aski quidem significat idem quod tenebras, Cataski idem quod lucem, hoc idem quod ipsum, dimanentem quod Sol, asion quod rerum.* Hisce, vt refert Zonaras in Constantino Magno, Zambres Hebræus inauratum tauri insufflatis; fratim reddidit mortuum; quem deinde Sylvester Papa in nomine Christi resuscitauit. Clemens Alexandrinus prædicta verba paulò aliter refert; sic enim l. 5. Stromat. loquitur: *Androtion certè Pythagoricus literas quæ vocantur Ephesiæ, locum dicit tenere symbolorum; significare autem ἄσκιον quidem tenebras, eò quòd non habeant vmbram; κατάσκιον autem lucem, quoniam illustrat vmbram; ἄσιον autem priscâ appellatione est terra; ἐνιαύσιος, id est, quaternio, annus, propter horas; ἀμφιφῶν autem est Sol, quia omnia fouet; ἔρα vox vera. Significat autem symbolum, rerum diuinarum eum esse ornatum, qui est tenebrarum si conferatur cum luce, ἐνιαύσιος Sol cum anno, ἔρα terra cum omnis generis natura generatione.* Et hoc quoque pœnu processerunt nomina barbara, quibus Branchus Vates Milesios explasse dicitur; ille enim multitudinem ramis laari aspergens hymnum dicendo præiuit hoc modo.

Zonaras. Clemens. Verba barbara quibus Branchus vates Milesios explauit.

Cantetis pueri bene, becaergon, atque becaergam.

Ita autem exclamauit populus, *Bedy, Zaps, Chton, Plectrum, Sphynx, Cnaebbi, Chrypoter, Phlegmo, Drops. Et Bedy quidem*, teste Clemente, *aquam, Zaps mare, Chton terram, Plectrum Solem, Sphynx ætherem Mundi compagem, Cnaebbi lacteum nutrimentum, Drops denique verbum efficax significat.* Ad Ephesias literas omnia illa portentosa nomina à Magis prolata reuocari possunt; quæ vti in tenebris nata, & in tenebris à tenebrionibus prolata sunt, ita tanquam luce indigna in tenebris æternùm sepulta relinquimus.

CA-

CAPVT VII.

II. Ramus Magiæ Ægyptiacæ.

Ramus secundus Ægyptiacæ Magiæ.

§. I.

De Magia Hebræorum, Arabum, aliorumque populorum, & continet varias diuinandi species, Geomantiam, Alectryomantiam, & Arithmomantiam, Cabalam Pythagoricam, in quibus summi Satbanæ in intricandis mortalium animis astus & doli aperiuntur.

CVm Hebræis vi legis minimè licitum esset à sculptilibus Oraculis responsa petere, id alio modo summo studio procurare contenderunt; mutatis videlicet simulachris sensibilibus in Elementa literarum, & nè fraus detegeretur, vt plurimùm ex Sacris libris descripta; quibus quidem incredibile est, quot animas sub prætextu religionis perdiderint. Hinc enim meritò tota Magia characteristica, Grammatomantia, vti & Cabala Pythagorica originem inuenerunt, vti postea dicetur. Et vti Diabolus in omnibus Dei Simiam agit, ita vel ex ipsa sacra Scriptura argumentum sumpsit peruertendarum per nouas superstitiones animarum. Nam vti in Cabala Hebræorum expositum est, ex Sacris literis Angelorum, peregrinorum nomina, virtutes, & effectus scrutabantur, quos Dei nomine insignitos, magnas vires ad homines à quibuscunque malis eruendos, possidere existimabant. Verùm de hisce vide citatam Cabalæ Classem. Porrò cùm literis Hebraicis ita comparatum viderent, vt quomodocunque coniunctæ, aut quâcunque combinatione transpositæ fuerint, semper nonnullum sensum exhiberent; hinc rotam diuinatoriam ordinabant, cuius circumuolutione innumeras superstitiones exercent. Hoc autem pacto, teste Pardes, perficiebatur. Quatuor ex pergameno mundissimo orbes excindebant diuersæ magnitudinis, omnes in centro supra axis polum facili negotio versatiles; horum singuli in viginti duas partes diuidebantur, atque ex centro ad circumferentiam ductis lineis, in singulis spacijs quatuor circumferentiarum, totidem in limbo eorum Alphabeta describebantur Hebraica. Erat autem in extremo limbo immobili manus extensa, in cuius digito indice nomen Dei tetragrammaton inscriptum videbatur; atque adeo instrumentum paratum habebatur. De dubijs itaque consulturi primò præuijs actionibus, quas hic consultò omitto, Intelligentiam ibidem absconditam, ad operi diuinatorio impensiùs fauendum, deprecari videbantur. Quibus peractis, omnes circulum per manubria vtraque manu apprehensum, oculis in cœlum subtatis, quò data sors tulisset, circumagebant; finitoque motu, literas quaternas, quas in spacio à centro ad circumferentiam vltimam ducto, manus ostendebant, obseruabant; hæ enim quatuor literæ combinatæ inter se, respon-

Magiæ characteristica origo.

Rotæ diuinatoriæ Hebræorum ex literis Hebraicis.

Pardes.

Rota diuinatoria Ægyptiorum.

sum de re quæsita, ex virtute diuina, & Intelligentia directrice, dare credebantur. Quod fanatismum instrumentum ita multorum animos dementauit, vt huius sortilegij ope nihil non scire se posse crediderint. Imò non defuerunt ex Rabbinis & Cabalistis, qui asseruerint, celebrem illam diuinandi rationem, quam Sacræ literæ אורים ותמים *Vrim vethumim* dicunt, non aliter quàm dicto modo per huiusmodi rotas fuisse peractam. Similis huic veterum Ægyptiorum diuinatoria rota erat, quâ in templis vtebantur de rebus dubijs euentibusque consulturi. Sic autem procedebant

In circumferentia rotæ in circulo quodam varia hieroglyphica animalia effigiabant cum indice immobili; quam rotam adiuratione & inuocatione Numinum peracta vertebant, & symbolum quod sub hoc indice quiescebat, illud Numen esse credebant, quod ad obtinendum quod desiderabant, inuocare deberent. Et si quidem sub Ibide, Mercurium; si sub Scarabæo, Osiridem; si sub Cynocephalo, Lunare Dæmonium; si sub Arietino capite, Ammonem; si sub Sistro, Isidem; si sub Canino capite, Anubidem; si sub capite pueri, Horum; & sic de cæteris. Atque hinc solennis illa Græcorum Alectryomantia emanasse videtur. Scribebant illi circulum in puluere, & postquam eidem 24 literas ordine in totidem spacijs impressissent, in more positum erat sortilegis istius temporis, circulum in puluere descriptum in 24 spacia diuidere, quorum singulis vnam ex Alphabeti literis apponebant; quo facto, singulis Alphabeti literis granum frumenti apponebant; deinde Gallo gallinaceo intra circulum posito, obseruabant quænam grana acciperet, & singulas literas granis acce-

Alectryomantia Græcorū.

acceptis adscriptas in vnum coniunctas considerabant, quodnam verbum exhiberent, & ex hoc deinde de re quæsita diuinabant. Hoc sortilegio vsum legimus Libanium Sophistam, & Iamblichum, dum quis post Valentem Imperatorem coronæ Imperialis successor futurus esset, diuinabant; Gallus enim intra circulum dictum positus quatuor granis acceptis, reliquit spacia literarum Θ, ι, α, δ, granis vacua, vnde collegerunt, Theodorum Imperio Valentis successurum; sed à Dæmone decepti fuêre, aliud enim paulò post euentus docuit, non Theodoro, sed Theodosio sedem Imperialem occupante. Meminit huius sortilegij Zonaras in Valente his verbis: Ἐγ κύκλῳ τίθασιν ἄλλοις γράμμασι γράφει, καὶ τούτοις ἐπιθεὶς αἰτὸν ἀνακλιθῆναι τὸν ἱερεῖον, ἔπειτα ἀλλάξας ἀρίθμῳ, ἑπτὰ σχήμασι ἐπὶ τούτοις τίθησι τὸν ἀνακλιθέντα, καὶ παρατηρεῖ ὁπόσοις τῶν γραμμάτων λαμβάνει κόκκους, καὶ τούτοις συλλαβὰς ἑξῆς ἀνάγνωσιν ποιεῖς τὸ ζητούμενον ἀναζητῶν. *In puluere 24 literas scribuntur, & singulis apponitur granum tritici, deinde Gallus in medio statuitur, cùm carmina quædam præcantata fuerint, & obseruant, ex quibus elementis grana Gallus capiat, quæ coniuncta putantur, id quod quæritur indicare; & postea:* Εἶδον λαβόντα τὸν ἀλέκτορα ἐκ τοῦ τοῦ Θ κόκκον, ἐκ τοῦ Ε, ἐκ τοῦ Ο, καὶ ἐκ τοῦ Δ. *Viderunt Gallum sumentem granum ex litera Th, & ex literis E, O, D.* Zonaras.

Meminit & huius Alectryomantiæ Cedrenus Author insignis his verbis: Τεχνῶνται, inquit, τὰ καθ' ἑκάστους κύκλους, καὶ ἑπτὰ σχήματα κύκλων εἶτα ἀναλογα ἀλέκτορα ἐπὶ τὰ γράμματα, καὶ λαβὼν ὁ ἀλέκτωρ ἐκ τοῦ Θ κόκκον, ἔπειτα ἐκ τοῦ Ε, καὶ ἐκ τοῦ Ο, καὶ ἐκ τοῦ Δ, καὶ ἐγένετο ἡ τούτου μαντικὴ ἀμφίβολος. *In puluere scribentes 24 literas, vnicuique literæ granum tritici apponebant, deinde solebant Gallum, literis admonentes, & accepit Gallus granum ex Th; deinde granum ex E, & O, & denique granum ex D. & fuit tota diuinatio anceps & ambigua.* Cedrenus.

Confirmat hæc Sozomenus lib. 6. Eccles. hist. *Tripodem*, ait, *è lauro adornarunt, & inuocationibus & verbis quibus solebant vti, effecerunt, vt collectis literis, quæ secundum singula elementa, artificio tripodis & diuinationis rotatæ exiterunt, apparuerit nomen Imperatoris futuri; cùm autem omnes in Theodorum inhiarent, elementorum compositio, quæ in eius nomine vsque ad literam D peruenerat, decepit Philosophos.* Sozomenus.

Socrates lib. 4. c. 19. *Dæmon*, inquit, *persuasit quibusdam curiosis Magis, inquirere per magicas artes, qui post Valentem rerum potiturus esset: quibus magicâ arte vsis respondit Dæmon, non apertè, sed ex more ambiguè, ostendens quatuor literas* Θ, ι, α, δ, *dicens nomen eius, qui Imperator futurus erat, ab his literis incipere.* Socrates.

Ægyptios verò Canes, Feles, & similia animalia ad diuinationes rerum futurarum adhibuisse reperio. Nam præuiâ inuocatione, Dæmonem animal ad id ostendendum, quod quærebatur, incitare, & quodammodo determinare opinabantur; cùm tamen Dæmon naturâ suâ fallax & mendax semper sub solitis suis amphibologicis symbolis, coniectoribus miserè illuderet, imponeretque.

§. II.

Amuleta Cabalistica.

De Amuletis Cabalisticis passim hoc tempore usurpatis.

HEbræi recentiores Mundo iam dudum vendiderunt nouum quoddam Amuletorum genus, quo sub prætextu sacrorum verborum, nihil non idiotis & plebeis hominibus bonorum promittunt, tantò sanè periculosiùs, quanto sanctiùs primâ fronte apparet. Et quoniam difficile est non eâ arte exercitatis, in ijs falsum à vero dignoscere, visum fuit ad honorem diuini Numinis, & Sanctæ Matris Ecclesiæ emolumentum, subtilissimos Impostorum fucos hoc loco ostendere, vt si quando in manus simpliciorum inciderint, vt non infrequenter incidunt, vtrum ijs securâ conscientiâ vti possint, dignoscere possint; quod tantò quidem libentiùs facio, quantò instantius iam dudum à Sacræ Inquisitionis tribunali ad id faciendum incitatus fui.

Libellus pernitiosus qui Inuocationes vsus practicus Psalmorum.

Sciendum itaque, passim manibus curiosorum teri libellum quendam è Sathanica Hebræorum Schola profectum, qui intitulatur מחנה שדי *Schimmusch hathehilim*, id est, *vsus practicus Psalmorum*; ex quo veluti ex lethæo quodam fonte omnium superstitiosarum artium riui dimanant. Huic

Cabalisticæ Magiæ exempla.

veluti basi cuidam tota amuletorum Cabalisticorum fabrica & structura innititur. In hoc enim ex singulis Psalmis literas quasdam diuinorum nominum eruunt, quas varijs rebus, lapidibus, metallis, radicibus, pergamenis sortilegâ arte præparatis, cæcijs Iudicis inscribunt. Et hæc Amuleta partim in diuersis corporis membris portant, partim etiam animalibus deuoranda præbent, partim contra ignis, aquarum, aëris contagiosi, terræ sterilis sæuitiem, ijsdem Elementis proijciunt; quibus quidem vti nihil superstitionis deest, ita meritò à Sancta Matre Ecclesia prohibita, tanquam animabus perniciosa & Satanica machinamenta, quèis Satan in Angelum lucis se transformans decipit, varijsque modis illudit mortalibus. Verùm qui huiusmodi deliramenta lueulentiùs scire desiderat, is adeat citatum paulò antè libellum Schimmusch hathehilim, vbi innumeras huiusmodi maleficiatorum Rabbinorum impostoras deprehendet.

Cruces Hebraicis characteribus insignitæ.

Huius farinæ sunt nonnullæ Cruces, quæ ex Hispania adferuntur, varijs Hebraicis characteribus nominibusque insignitæ. Et sanè satis mirari non possum, frivolam illam etiam opinione hominum sapientissimorum persuasionem, quâ sub huiusmodi characteribus nescio quid magnum latere putant: quid enim Cruci cum characteribus? si enim Crux Dominici corporis attactu sanctificata, magnam efficaciam habet contra Satanicas tentationes, & ad propulsandas malorum omnium aduersitates; certè superuacanea prorsùs literarum characterumque superadditio videtur, cùm hi ex sua natura, vti passim in hoc Opere ostensum fuit, nullam prorsùs efficaciam habeant. Huius quoque generis est Numisma illud cupreum, pentagonâ figurâ, & sacris Dei nominibus insignitum, quo nihil ferè hoc tempore frequentiùs est; & si exteriorem corticem inspicias, nil nisi sanctum & diuinum referre videtur; si medullam discutias, tunc apertè sub lucido corpore caudam nigram deprehendes, quâ Scorpionum more animos plùs æquo credulorum hominum transfigunt. Verùm vt bonum à malo facilius discernatur & multi à scrupulo, quo id portantes agitantur, liberentur; hoc loco sanè opportuno explicationem eius adoriri visum fuit.

Numisma pentagona figura insignitum.

§. III.

Cabalistici Numi interpretatio.

Numi Cabalistici Interpretatio.

QVàm humanæ perditionis sitientissimus Dæmon sollicitè ad homines pedicis suis illaqueandos allaboret, neminem esse arbitror, qui è varijs artibus medijsque, quibus in machinationibus suis passim vtitur, id non facilè colligat; dum hos proprio veluti depravatæ naturæ pondere pressos; illos concupiscentiarum passionumque indomitâ violentiâ ceu turbine quodam circumactos; quosdam verò, quos vel virtutis, aut honestatis amor ad vitam & sanctam & illibatam inuitat, medijs quoque eorum instituto aptis; alios denique simpliciores, quibus ad illusiones discernendas deest prudens rerum æstimatio, cognitione, in Angelum lucis sese transfigurando, sub mentita diuinitatis veste impia pro sanctis, præstigias pro miraculis, pro diuinis denique inuocationibus magicas incantationes obtrudendo, miserè irretire satagit. Quæ quidem vltima tentandi ratio tantò cæteris periculosior censeri debet, quantò occultior, & simplicioribus animis incompertior.

Diaboli artes in decipiendis incautis.

Obtinent autem inter hæc Diaboli irritamenta præcipuum penè locum Philacteria illa Cabalistica, seu schædæ magicæ, quas Hebræi Scuta Dauidis, vel etiam Sigilla Salomonis vocant, Hebraicis nominibus tùm Dei, tùm Angelorum insignitæ; quæ omnes ex Plutonis officina prodeuntes magnam passim imperitæ plebi oggerunt errorum & superstitionum materiam; potissimùm verò præsens hic Numus Magicus, in quo si corticem consideraueris, nihil non sanctum & diuinum prima fronte reperies; si medullam discusseris, omnia putrida, execranda omnia. Numus satis frequens est, præsertim in Germania, Gallia, Italia, figuræ, quantitatisque, quæ sequitur.

Ha-

Numi Cabalistici interpretatio.

Habet Numus hic Cabalisticus duas facies figuratas: prima pentagoni circulo inscripti figuram continet; circulo ambienti inscripta sunt hæc verba:

Prima Numi facies.

ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי עד שר שלום וזה שמי אשר יקראו יהוה צדקנו יחי שמו לעולם לפני שמש ימן שמו:

Hoc est. *Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis, & hoc nomen meum vocabit ipsum Deus iustus noster, sit nomen eius in æternum, ante faciem Solis huius delcatur nomen illius.* In ipsis verò quinque triangulis pentagono contentis, quinque synonima nomina Christo attributa tribus quadripartitis circulis inclusa continentur; atque in primo circulo hæc nomina occurrunt:

5 4 3 2 1
ישו ישוע ישוה יהושוע יהושועה:

quæ sunt synonima nomina (IESVS) Hebræis vsitata. quibus immediatè subijciuntur hæc verba:

5 4 3 2 1
וה שמו לעולם וזה זכרי:
1 2 3 4 5
Ze, Schemo, Langholam, Vaze, Zichri.

Hoc nomen eius in æternum, & hoc memoriale meum. In altero circulo circumsecus hæc synonima inscripta videntur.

5 4 3 2 1
בן בר ילד ביר שול:
1 2 3 4 5
Den, Bar, Ieled, Bin, Schul.

quæ omnia Filium significant. In tertio verò nomina synonima inscripta omnia Quem aut Agnum significant, suntque:

5 4 3 2 1
כבש כשב שה זן רחל:
1 2 3 4 5
Kebesch, Kesheb, Se, Zon, Rachel.

In centro denique vultus Saluatoris ponitur hac cum hypographe: לחם פנים *lechem panim*, hoc est, *panis facierum* siue *propositionis*.

Secunda Numi facies.

Altera Numi facies constat tetragono in duodecim cellulas subdiuiso, circulo ambienti inscripto. Costas quadrati cingunt potentium Angelorum nomina, veluti Vrielis, Gabrielis, Raphaëlis, Michaëlis; duodecim anagrammata nominis Dei Tetragrammati יהוה, quas duodecim reuolutiones nominant.

Explicatio.

Est itaque hic Numus nihil aliud nisi Magicum Amuletum, ab improbis Iudæis ad eo Christianis imponendum effigiatus; in quo sub forma

ma sacrorum Nominum Christo appropriatorum execrandæ latent blasphemiæ, hæreses, corruptelæ sacri textus; est enim hoc proprium Magorum, ex pacto cum Dæmone inito, sub velo sacrorum Nominum & figurarum in contumeliam Christi & Sanctorum, execranda quæuis occultare. Nôrunt enim Dæmonem vulpino callidum astu ad aliquem effectum producendum non nisi sub hac conditione concurrere. Atque ob eam causam Iudæi Incantatores nullum Amuletum fabricantur sine hisce blasphemijs in Christum latenter insertis; sicut olim apud Ethnicos nullum propè sacrificium sine humano sanguine, aut propudiosis luxuriæ actibus peragebatur: gaudet enim Diabolus contemptu Dei huiusmodi actibus implicato; his factis quælibet se daturum spondet. Sed de his in Cabala, quam vide: quare ijs dimissis nostram explicationem prosequamur.

Pentagrama figura Numi Cabalistici, dicti Salomonis Sigillo.

Ac primò quidem, vt maiora apparerent huius Numi mysteria, & vt Phylacterium in improbum vsum facilius à superstitiosis assumeretur; commune illud in Magorum Schola vsitatum signum selegêre, שלומ-מגן inquam illud salutis symbolum, quam alij pentalpham quoque vocant; quo Antiochum vexillo impositio iussu Alexandri in somno sibi apparentis, mox admirabilem à Galatis victoriam reportasse memorat Agrippa l. 1. de occulta Philosophia. Quemadmodum igitur Græci olim illi symbolo salutis nomen ὑγιεια, additis singulis per angulorum interualla literis Υ, Γ, Ε, Ι, Α, inscriptum Amuleti loco gestarunt; ita Hebræi in eodem pentagono varia nomina Saluatori appropriata inscripserunt, vt ad pentalpham illud Græcorum symbolum, ejusque mysteria, sub splendido vestimento nigram caudam celantes, respexisse videretur.

Blasphemiæ Numi Cabalistici, dicti Salomonis Sigillum.

Ac primo quidem circuli loco nomen ישו posuêre, quasi synonimum, cæteris ישוע, ישוה &c. cùm tamen tantum absit vt synonimum sit nomini IESV, vt potiùs nihil ei magis contrarium esse possit: neque enim ישו à ישע, quod salutem significat, deriuatur, nec nomen propriè Hebraicum est, sed ab Hebræis in contumeliam Christi ex certæ alicuius sententiæ literis capitalibus, quas ראשי תיבות appellant, confictum. Sententia, seu verba quibus pessimis quibusuis hominibus malè imprecari solent, & è cuius capitalibus literis nomen ישו resultat, hæc sunt:

יחת שמו וזכרו: hoc est: *Deleatur nomen eius, & memoria eius.* Atque sic Christo imprecari solent, cùm nomen ישו Yschù pronunciant; quæ quàm execranda blasphemia sit, quis non videt? Pari ratione cætera sacrosancta fidei nostræ mysteria, dum eorum meminisse volunt, certis quibusdam nominibus dictâ ratione confictis, aut æquiuocè prolatis, in contemptum eorum vruntur. ita Euangelium sanctum Hebraicè vocant per contemptum, און גליון *Auengilion*, hoc est, *Volumen iniquitatis*. Similiter præterquàm quòd Christum תלוי *Thalui*, *suspensum* vocant, B. Virginem Mariam תלויה *Thaluia* quoque nominant, hoc est, *suspensam*: vbi verò metu Christianorum expresse sic appellare verentur, circumscribunt

Rabbinorum blasphemiæ in Christum Iesum & Mariam.

bunt id metaphoricè, ac vocabulis è textrina petitis, Crucem eius vocant שתי וערב, *Stbi vereb*, hoc est, *tegmen & subtegmen*, à figurâ decussatâ, quam in pannis habent fila; & hoc ipsum vt occultiùs faciant, præsertim in libris, vbi nostrum aliquis, aut linguæ peritus id facilè olfacere posset, per initiales literas ש ת notant. Pari ratione sub nomine שדי Christum vocant.

שמו של רשע ירקב :

R. Liponan. Hoc est, *Nomen illius improbi putrescat*; quemadmodum abominandus ille R. Liponan infelicis memoriæ, in execrabili libro מתן facit; quo nunquam lectum esse à quoquam arbitror peiorem. Verùm tempus me deficeret, si omnes blasphemias in Christum, eiusque sacrosanctam legem, in ipsorum libris passim sub confictis malignè vocabulis occurrentes, hìc recensere vellem. Quare ad institutum nostrum reuertamur. Scribitur igitur blasphemum illud nomen ישו primo loco supra caput Saluatoris; vt quem petant, tacitè indigitent; reliqua verò nomina tantùm posita sunt ad blasphemi nominis egregiam facilius tegendam. Porrò iuxta Saluatoris vultum hæc verba pronuntur: לחם פנים *lechem paniim*, hoc est, *panis facierum*, quo nomine panes propositionis appellare solent: ponunt autem hæc verba non nisi per ironiam tantùm, & in contemptum videlicet Sacrosanctæ Eucharistiæ, quasi dicerent, non magis Christum in Eucharistia, quàm in panibus propositionis esse. Præterea non desunt in hoc Numo falsæ sacri textus interpretationes; veluti in illo quem vltimo circulo ambiente pentagonum inscriptum videmus, vbi verba quæ nos interpretamur de Christi diuinitate, isti sic explicant:

Rabbiorum blasphemia in Eucharistiam.

Esai. 9. 6. ויקרא שמו פלא &c.: יועץ אל גבור אבי עד שר שלום :

Ille qui nomen dabit Messiæ, erit Deus admirabilis, Consiliarius &c. quæ verbis diuinitatem Christi tollunt. Et paulò post:

Ierem. 23. 6. וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו :

Hoc est: *Et hoc nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster*; illi sic interpretantur: *& illud nomen eius quo vocabunt Iehoua iustum nostrum, & nomen eius in æternum; nomen verò illius à facie Solis deletur*, vt vltima verba citatæ sententiæ:

לפני שמש יפח שמו :

Sed transeo ad alterum partem, nè execranda sacramenta Christianas aures offendant: in qua occurrit quadratum illud Cabalisticum Hebræis superstitiosis vsitatissimum, quo gestato omnem sibi felicitatem in hoc & altero Mundo promittunt. Nomina verò quæ singulis cellulis inseruntur, nihil aliud sunt quàm duodecim reuolutiones seu combinationes ex nomine Dei יהוה resultantes, quas תמורה appellant; à quibus omnia quæ in Mundo sunt, influxum accipere fabulantur; ac proinde hæc in rationali seu Sacerdotali Ephod, & in Vrim & Thummim incisa Sacerdotem summum in consultationibus capessendis illuminasse aiunt & perfecisse; hoc morbos omnes, omnes euentus malignos euitari, incendia extin-

extingui, similesque nimis superstitiosè credunt. Verùm de his & similibus, & quomodo illa in duodecim signa Zodiaci influant, & his mediantibus in inferiorem Mundum, qui plura desiderat, consulat R. Ioseph Ben Carnitol in Cabala sua. Sententijs autem quatuor cortis inscriptis, quas ex diuersis sacræ Scripturæ locis deprompserunt, ostendunt omnia nomina Dei ab effectu illi esse imposita, præter mysteriosum hoc nomen Dei יהוה, quod essentiale Dei nomen est, ac proinde id si quis perfectè cognôrit, eum omnipotentem in hoc Mundo futurum asserunt; nec quicquam esse, quod eius virtute facilè impetrari non possit. Asserunt autem posse in huiusmodi mysteriorum cognitionem peruenire homines ope Angelorum, quos à quatuor tetragoni cornibus posuerunt; videlicet, Vrielis, Gabrielis, Michaelis, Raphaelis, quos Præsides Mundi aiunt esse, & Patriarcharum Præceptores, quibus mediantibus omnia bona à nomine יהוה promanent in Mundum, quorum nomina quoque magnam virtutem obtinere aiunt contra omnes occursus malignos, præcipuumque semper eam ob causam in Amuletis locum obtinent.

R. Ioseph Ben Carnitol. Nominis Dei יהוה efficacia secundum Hebræos.

Atque hæc sunt quæ de hoc Numo Magico explicanda occurrebant; quæ omnia Sacræ Inquisitioni indicare volui, nè huiusmodi Sacræ Scripturæ abusum ferret; nec permitteret superstitiosum huiusmodi Cabalisticorum Amuletorum vsum, quo nihil fermè hoc tempore communius, vlteriùs serpere; memor istius D. Thomæ, omnes benedictiones per sacrorum etiam verborum prolationes factas, schedasque sanctis verbis insignitas, si non ab Ecclesia approbatæ fuerint, meritò veluti, suspectas remis veliisque fugiendas esse.

S. Thomas.

§ IV.

Amuleti alterius Cabalistici heptagoni Interpretatio.

Amuleti Cabalistici heptagoni interpretatio.

HOc amuletum heptagonum circulo inclusum Veneri dicatum est, vti in Arithmetica hieroglyphica ostendimus. In circuitu signatæ sunt 72 literæ ex Cabala extractæ, quarum vnaquæque Angelum ex 72 indicat; de quibus vide Cabalam Hebræorum fol. 275. Quis hic prima fronte non rideat maleferiatorum hominum stolidissimatem, dum ineptijs huiusmodi Cabalisticis pessimè in Latinas literas transformatis, tantam tamen fidem habent, vt earum ope montes etiam se transferre posse, sibi persuadeant? Sed quoniam Diabolus humani generis hostis nihil agit, nisi quod in contumeliam Christi hominumque perniciem cedat, hinc ad Satanicam nequitiam tegendam, data opera, attributa Christi in cornibus heptagoni ponunt, id est, Angelus tenebrarum sub forma lucis sese exhibet; sunt autem sequentia attributa. Intrà cornu A B, intrà quadratum singulis Crucis angulis quatuor literæ insertæ spectantur, quod Hebraicum nomen est, & in Cabala celeberrimum אגלא, quod expansè idem significat ac אתה גבור לעולם אדני *Tu fortis in æternùm Domine*. Sic enim

capitales singularum vocum literas in vnum iunxeris, prodibit nomen אגלא *Agla*, vti quadratum ostendit. Intra cornu B C ponitur מה *Mi*, id est, *Deus meus*. Intra cornu C D ponitur מנה *Mi*, quod tametsi idem



prorsus cum præcedente significet, tanquam diuersum tamen quidpiam posuerunt; vt vel hinc horum nebulonum supinam ignorantiam & insciam colligas. Intra D E *Christus*, deinde *Sother*, quod Græcè *Saluatorem* significat, nè verminosum machinamentum Græcâ voce cæreret. Sequuntur postea *Adonay* & *Sadai*; illud *Dominum*, hoc *Omnipotentem* notat. Atque hæc sunt septem attributa Christi, quibus subiungunt septem Veneris Intelligentias, quæ sunt Cassiel, Satquiel, Samael, Raphaël, Mahel, Michaël, Gabriel; quæ vocabula Hebraïca passim translata sunt; vt vel ex hoc ipso appareat, à Deo bonisque Angelis emanare minimè posse, quod tam turpiter, non nisi ab omnis turpitudinis Cacodæmone, transformatum est: talia sunt in heptagoni lateribus inscripta, veriùs ex culina Diaboli, quàm ex Cabalæ translata vocabula. Inscribunt tandem huic heptagono pentagonum, in cuius centro litera T symbolum salutis; circa quod cùm has literas ע י ה ש scribere debuissent, bestijs tamen insciores has supposuerunt ע ה א ע. Intra triangula verò ex Arabum amuletaria officina ponuntur *yh, al, le, ahum*, corruptissimè vti omnia alia; volebant enim illud Arabicum exprimere لا اله الا الله *Lo alla elle alla*, *non est Deus nisi Deus*, quod dum pronunciare nequirent, illorum loco dicta inconcinnissima verba posuerunt, *yh, al, le, al, um*: sed quid sibi velint duo verba, *um*, explico. In dicto Arabum pronuncia to لا اله الا الله complectuntur hæ voces sequuntur, ومحمد رسول *Mahumet rassul alla*; atque harum capitales literas reserunt *um*. vt vel ex hoc colligas, quantis modis illudat Dæmon incautis hominibus, vt dum Christiani esse volunt, occulte Mahume-

humetanismum profiteantur; in hoc enim vnico Amuleto quatuor lectarum, Iudaicæ, Christianæ, Mahumetanæ, Paganæ, ab ijs, qui illud portant, sit professio, idque occulto pacto Dæmonis, ad Christianæ religionis contumeliam ea de causa instituto. Sed quid pentagonum sibi velit, expono. Pentagonum Veteres, vti in Arithmetica docuimus, Marti, vti & heptagonum Veneri dedicarunt; quo quidem indicabant, neminem Venerem possidere, qui priùs Martem non attraxisset, de quibus in Astrologia Ægyptiaca fusiùs; hoc enim pentagono victoriam in omnibus sibi spondebant. Porrò finis huius Amuleti erat, amorem & benevolentiam omnium, & consequenter carnalium desiderium plenam fruitionem, victoriamque contra omnia aduersa eius gestatione obtinere; quod ex adiuratione quam pronunciare solent, quâ & Deum, & Angelos, veriùs Cacodæmones cum inuocatione Veneris aut Martis sacrilego & impio ritu sollicitare solent, patet, quam &, nè Christianæ aures vulnerentur, consultò omitto. Quicunque itaque huiusmodi possederit farinæ Amuletum, illud non naturale, non Diuinum aut Angelicum, sed immediatum Diabolicæ machinationis opus se possidere sibi persuadeat, non nisi cum æterna animæ ruina vsurpandum.

§ V.

Alterius Magici Apotelesmatis explicatio.

Apotelesmatis Magici à P. Thoma de Leon transmissi interpretatio.

PAter Thomas de Leon ex Soc. nostra Hispali Philosophiæ & Theologiæ Professor, linguarum Orientalium, & abstrusioris doctrinæ Veterum explorator eximius, hoc præsens Apotelesma Magicum pro sua erga mea studia affectu, mihi primus communicauit. Verùm vti illud in literis suis ad me datis diligenter & perisè describit, ita operæ pretium esse duxi, verba amici hoc loco apponere: *Imprimis mitto hic ad Reuerentiam Vestram exemplar Sigilli Magici, quod dudum Neapoli excudi fecerat Ferdinandus Dux de Alcalà Prorex Neapolitanus, nobilè eruditionis decus; cum descriptione quam subijcere cunctis in Scheda pellucentis papyri. Triennium iam est, cùm Hispali Philosophiam in nostro Collegio docebam, eo quando primùm capsulam hanc aream (formata enim est ad instar thecarum quibus hostiæ pro sacrificijs apud nos custodiuntur) cum admiratione vidi, deinde illam repetitò consideraui aliquoties: intus tota vacua est, vt experimento comprobauit ipse Dux illè reseratâ, pendet, à funiculo inserto per cæleste signum, in quo visitur homo Arietem sessitans: quatuor magni serpentes, qui imaginariam & superiorem faciem distribuunt, fusiles sunt, reliqua omnia celte sculpta. Ad quemcunque pulsum, qui in superiori parte contingat, resonat intus sonitus acutulus, quasi campanulæ; cuius ictus distingui & numerari possunt, imò & tinnitus post ictum percipi. Boo sæpe manum ita moderatus sum, vt æquali vi pulsauerim; sed nunquam respondit ambiguus ille sonus æquali pulsationum, seu ictuum Campanulæ numero. Sæpe etiam in eodem loco & eâdem vi verberaui, sed tinnitus nunquam con-*

Apotelesmatis structura.

Thomas de Leon.

stans fuit. Id vnum obstrepuit, tricesimam numerum pulsationem nunquam vltra cedere. Vnde hoc monumentum antiquitatis habuerit Dux, ascitum est; alij ab auo suo Marchione de Tarifa, qui peregrinationem in Palæstinam fuscepit, relictum autumant; alij superfuisse de supellectile Henrici Marchionis de Villena, qui ante ducentos annos maximè Magicæ doctrinæ opinione vixisse dicitur in Hispania, de quo Mariana l. 19. c. 8. Hæc ego libentius audio, quia scio Villenam Magiam Hebraicam & Cabalisticam tractasse, & habuisse Raziel, aliosque Magicos ex ea gente libros, qui Matriti combusti sunt iussu Regis Ioannis Secundi Castellæ, e quibus hausta est, ni fallor, totius huius Sigilli structura. Contuli exemplar Neapolitanum cum Archetypo, & aliqua magis eleganter, quàm fideliter expressa deprehendi. Curaui vt secundis curis à Pictore delinearetur; quod si non artificiosè, certè quæ potuit per ineptias artifices executa est. Aggressus ipse fueram (nè quid dissimulem) explicationem characterum; sed statim atque perlegi Prodromum Reuerentiæ Vestræ, integram rem totam malui reseruare ei, quem ingenio & eruditione, quâ in reliquis excellit, credendum est hac in parte sibi non defuturum. Ego mihi persuadebam esse spiritus Arietis vinculum (scis ita loqui male feriatæ doctrinæ Magistros, ἕνεκα κριοῦ δεδεμένος nobis dicunt, Lucanus obstringi dicit) explicabam præcepta quibus illi vtuntur ad istas obseruationes, per typos, characteres, corollas, fabricas imaginum cœlestium, quas hic omnes ferè expressas docebam. Cabalicas literas quibus circumdatæ imagines, in meum sensum trahebam, sed in his mihi parum satisfaciebam, licet non adeo istarum rerum gnaris placebam; quia parum admodum in Hebræorum Cabalicis versatus, nec præter ea, quæ occurrunt in Reuchlino, Agrippa, & aliis, ζηλωτὴς τεχνολογικὸς, quidquam delibaui; Vnde opus erat, vt ieiune & exsuctè ratiocinaremur. Hæc refero, vt videat & rideat Reuerentia Vestra, quomodo obtenebrarint, quomodo onere ingenti leuatus sim.

Explicatio Apotelesmatis.

Atque hæc est structura Magica, ab amico sanè assabrè depicta. & tametsi P. Thomas de Leon rem acu, vt dici solet, attigerit eruditis suis commentationibus; visum tamen fuit, hac tam opportuna occasione & meam interponere sententiam, vt quid de hoc Magico Sigillo iudicem, posteritati constet.

Structura haud dubiè, vti primâ fronte apparet, Magica est, nequa Ægyptiacum quicquam olet, sed posteriorum temporum à Magis, seu potiùs Satana adinuentum artificium est. Figuram data opera non appono, tùm quia ram inuisam & monstruosam Magorum delineationem lucè indignam iudicabam, tùm nè sumptus inutiles in tam damnoso opere, æternis tenebris, quibus cusum est, quàm luce publicâ digniori, expenderem. Innumeræ hic spectantur figurarum exoticâ quadam metamorphosi transformatarum effigies Magicæ, &, nè quicquam superstitionum desit, signis Zodiaci interstinctæ, cui passim interseruntur literæ Hebraicæ miro modo transformatæ, sub quibus potentium Dæmonum nomina continentur, ad eos è cauernis inferorum imperiosis verbis eliciendos aptissima. Circa Dæmoniacarum figurarum Chorum, inscriptio Hebraeis quidem characteribus, sed mirè corruptis susa gyratione spectatur; sub qua tamen neque Hebraici, neque Chaldaici, nec Arabici sermonis

vllum

vllum latet vestigium, vt mihi combinatoriæ artis ope, summo studio tandem exploranti innotuit; sed omnia & singula portentosis, barbaris, ἀσήμοις & inconcinnis murmuribus potiùs, quàm vocibus quicquam significantibus referta reperi. quæ, vti dixi, cùm indigna sint luce, in tenebris lubens volens relinquo. Dracones quaterni deformati, & mirâ ratione transformati, nihil aliud notant, quàm latibula & nidulationes Dæmonum in quatuor Mundi partes distributorum, hoc est, Dæmones Boreales, Australes, Orientales, Occidentales, cum assectis suis circumstantibus sub formis varijs deturpatis. Perigraphe verò circumscripta, Hebraicis, vt dixi, characteribus mutilatis, toti Dæmonum exercitui exhibet adiurationes, incantationes, & similes impietatis operationes, quibus Dæmones inuocati ad vota illorum complenda, comparerent, & vel per figuram sensibilem, vel per signa sensibilia consulentibus responsa darent; signum erat numerus, numerum referebat tinnitus Sigilli, ex tinnitu verò id, de quo consulebant, colligebant; hunc enim tinnitum Magicum esse, non Physicum, ipsa structura Sigilli monstrat, quod intùs concauum erat, adrecipiendum τὸν θεὸν Dæmonem vi Magicæ adiurationis ibidem inclusum; qui suos sibi deuotos per tinnitus admonebat de rebus quæsitis. Quod si Orientales, verbi gratia, Dæmones consulturi essent, certâ horâ Astrologicâ competente, & tali signo ascendente, Satanicum instrumentum, versus Orientem dirigebant liberè suspensum, atq; adiuratione peractâ, per dicta signa expectabant responsa. Si Boreales Dæmones, versus Boream illud liberè suspendebant, & deinde operabantur vt priùs; & sic de cæteris; quæ omnia patent ex ijs, quæ suprà de varijs diuinationum speciebus diximus; Oracula siquidem vtplurimùm per tinnitum quendam occultum responsa consulentibus dedisse, suprà de Oraculis patuit. Quisnam verò huius Author fuerit, rectè sentit P. Thomas de Leon à Villena famosissimo Hispaniæ Mago cusum fuisse, cùm nihil antiquarum superstitionum hæ imagines & characteres oleant, atque recentius apparent, quàm vt ante ducentos annos fusum dici possit. Consulam itaque omnibus, qui figuram huius Magici Oraculi domi tenent, Vulcano tradant; dici enim vix potest, quantum inde sæpe sæpius calamitatis obueniat vel integris familijs, ob detentam rem Dæmonibus consecratam, & in quam semper tanquam in rem propriam ferantur, mirisillusionibus, & horrendis impostùris homines infestando. Atque hæc inter cæteras causas vnica quoque fuit, cur nè quidem typis dandum putauerim; sunt enim Diaboli mille artes, mille ad nocendum machinationes, quibus iusto Dei iudicio & permissione mortalium pectora exagitat. Et certè si vnquam Magicum Sigillum pernitiosum vidi, illud iure testari possum, omnium esse pernitiosissimum; quare hæc ad cautelam Lectoris sufficiant.

Author Apotelesmatis.

Idola duo Ægyptiaca.

Idem P. Thomas Leo non ita pridem ad me Granatâ Romam misit Idola duo Ægyptiaca, similibus characteribus insignita, quibus adiunxit inscriptiones Caraucenses, in quarum interpretatione sucum seciſse Hispanis suis Michaelem de Luna peritissimum rerum & literarum Arabica-

rum,

rum, vehementer suspicatur. Verùm vt hæc maiori fide tractentur, ipsi dem Authoris verbis adducere placuit.

Primum Idolum.

Idolum primum ex lapide nigro, & maculis luentibus, pileum gestans turbinatum, ex cuius vertice fila ad collum vsque descendunt versicoloria. Characteres Ægyptiaci in pectore depicti sunt minio, quorum postremus angustiori formâ hic expressus est; laxius enim in Archetypo visuntur formati, neque penultimus vltimum tangit: reliqua omnia satis vere expressa sunt. Seruatur in domo Ioannis Antonij de Herrera Hispali, qui à secretis fuit Duci de Alcalá dum Proregem ageret Neapolitanum; & hunc Principem ad sua κειμήλια antiquitatis alicunde contraxisse credimus; erat enim istiusmodi rerum auidissimus. Descripsi 4. die Aprilis anno 1641. Idolum vide in sequenti pagina.

Secundi Idoli posterior pars.

Idolum secundum ex lapide subalbido, pileo turbinato, & versicoloribus à vertice dependentibus filis; in cuius tergo linea characterum descripta est, vt vides; per ipsum lepidè à summo deorsum vsque, quomodo Sinas scribere ferunt; characteres aliquot apertè sunt Coptici, vel Graci; sed alij valde à figura deuiant. Faciem in apposita figura cum characteribus, quos in pectore gestat, propono fideliter expressam. Atque hi sunt ijdem characteres, quos in præcedenti Idolo exponemus, vti vnum cum altero comparanti patebit.



Secundum *Idolum.*

Secundi Idoli facies.

Secundum Idolum primo maius est, sed pileum similiter atque illud gestat, vultum fert in latum obtortum, characteres quos hic vides, depictos atramento, habet in pectore: subalbenti lapide, valde conspicui sunt. Atramentum in hoc Idolo, & minium quo depicti primi Idoli characteres, materiâ ita tenaci confectum, aut saltem mistum κόλλῃ seu bitumine talis naturæ, vt etiamsi defodiatur, videntur in multa secula posse scripturam illæsam conseruare. Habet hoc qui & primum Iomn. Anton. Herrera Hispali; ego describere curaui eâdem die & anno. Hactenus Thomas de Leon. Nunc idolorum interpretationem adferemus.

Pri-

Prima Statua verò Ægyptiaca est, & refert tutelarem sacræ Cisternæ Genium, vti hieroglyphica docent, quæ cùm primùm manum sortitæ sint, & vix primâ fronte pro hieroglyphicis dignosci possint, ideo ea in meliorem formam adaptauimus, vt sequitur, & hunc sensum efficiunt.



Vitæ dominatorii, prouidentiæ omnium Osiridis ministeri Hermanubis, sacræ Cisternæ cultos. Ex quo patet, hæc hieroglyphica currentibus characteribus simulachro insculpta fuisse, vti passim facere consueuerant; de quibus peculiari Capite suo loco tractabimus. Secundum Idolum duodecim Zodiaci characteres dorso inscriptos habet; quibus duodecim Zodiaci Numina indicantur. Quos verò pectori inscriptos habet septem characteres, ijs septem Planetarum Numina indicantur. Hoc autem ita esse, indicant alterius Statuæ, quam non ita pridem doctissimus Nihusius ad me transmisit, ex Musæo Illustris viri Gerardi Reinstij Senatoris & Scabini Ambsterodamensis depromptam, characteres, quam in sequenti pagina apponendam duxi; in qua postica pars Statuæ duodecim characteres prorsus similes habet ijs, quos dorso Idolum ex Hispania allatum tenet, ordine tamen interrupto; non enim in hoc eodem ordine procedunt, quo in Idolo Ambsterodamensi, etsi characteres prorsus ijdem sint; quod idem dicendum est de septem characteribus pectori impressis. Quod autem quælibet litera Numen indicet, nomina singulis literis apposita docent; quæ cùm in Astrologia fusè expasita sint, eò Lectorem remitto. Idem in septem Planetarum Numinibus expeimendis nomina apposita docebunt. Statua itaque est tutelaris, quâ posità omnes reliquos totius anni tutelares, & Zodiaci dominatores, vti & septem Planetas, attractum ri confidunt. Rete loro affixum humeris appensum habet cum cauda Leonis. Reti alludunt ad illud rete, quo Osiris à Typhone in Nilum proiectus; eductus fuit; & est auerruncationis instrumentum horrendum contra aduersas potestates. Idem de cauda Leonis sentiendum, vt alibi docuimus. Figura sequitur.

In-



Inscriptiones Caranaccenses.

Caranaccenſis inſcriptionis.

CVm interpretationibus quas adhibuit Michaël de Luna Medicus Granatenſis, linguæ Arabicæ peritiſſimus, perſuadere voluit eſſe Arabicas, & Arabum occultioribus cyfris conſcriptas. Sub pictura antiqua Regis cuiuſdam Mahumetani (vt ex cultu colligitur & ornamentis) qui magno ſtipatus comitatu ad baptiſmum procedere videtur (nam Sacerdos & reliqua omnia ad id ſacrum miniſterium parata viſuntur) leguntur ſequentes characteres vnica linea continenter exarati, in interiori Sacello S. Crucis Caranaccenſis.

Sic

Sic ante hos quinquaginta annos interpretatus eſt dictus Luna ex breuiaturis, & contracto ſcribendi Arabum modo, vt dicebat: *Anno 594, Arabum Mahomat Abuzeit Rex potentiſſimus, & triginta homines in hoc habitaculo conuerſi fuerunt ad veram legem Saluatoris, & hoc Dei gratia, Cruce duplicata, fauente quam Angeli Dei attulerunt, & alij multi eos iuuantes ad celebrationem, ad quorum memoriam hæ litteræ fuerunt celatæ.* Sub ipſo Rege cerulea chlamyde ornato, quam vulgò Alquiſel dicunt, conſpiciuntur ſequentes literæ.

Luna ita interpretatus eſt: *In memoriam meæ conuerſionis, & ad gloriam Dei, Regiam hanc veſtem ei obtuli, vt illa vtar in die S. Crucis ſolemnitatis eius cauſa.* In Ephippio aut ſella equi Regij leguntur ſequentes characteres:

Luna ita illos interpretatur: *In hoc equo exaltaui legem Dei, cuius hoſtes ſæpius in pugna deuici.* Iuxta baptiſterium conſpicitur Regina flexis genibus, & opulentiſſimo amictu veſtita, in fimbria veſtis ſequentes characteres notatos habet:

Quos ita interpretatur Luna. *Ego Reginæ Hayla, nunc Helena, vxor Regis Abuzeit, & duo filij mei, conuerſi ſumus per gratiam Dei ad fidem ſanctam, cuius memoriæ cauſa hic ſum depicta.*

Optimè P. Thomas de Leon de impoſtura à Luna facta ſuſpicatur; ſiquidem hi characteres minimè Arabici ſunt, nec quidem à longè vllum veſtigium Arabicæ ſcripturæ cuiuſcunque obtinent; ſed ſunt characteres Punici antiqui à Gothis eorrupti, inter quos multi quoque characteres Latini reperiuntur. Quinam autem horum ſenſus ſit, cùm huius loci non ſit, forſan alibi eorundem interpretationem exhibebimus, quod tac in Turre Babel, ſi Deus vitam largitus fuerit, præſtiturum polliceor.

Innumera hoc loco apponere poſſem ſuperſtitioſorum hominum Phylacteria; verùm cùm ea partim in Aſtrologia, partim in Cabala adducta ſint, ijs repetendis nec tempus, nec chartam terere volui: quare ad alia.

CAPVT VIII.

De Cabala Pythagorica.

Cabala Pythagorica.

ITa comparatum est, vltra limites naturæ, curiosorum hominum ingenijs, vt omnia quæ sensibus obijciuntur, diuinis mysterijs & sacramentis referta esse imperite sibi persuadeant, suamque credulitatem verbis Sacra scriptura depromptis soliderit, dum Deum aiunt omnia in numero, pondere, & mensura creasse. Numerum itaque pre omnibus alijs rebus sacerrimum esse asserunt; numerum autem in singulis Alphabeti literis insitum esse, mysterijs pariter plenum; ex literis deinde nomina formari, quorum numeri κ' τῶν ἱερῶν λογίων resoluti omnes bonæ malæue fortunæ

Artis notoria.

euentus contineant, superstitiosius opinantur. Hinc ars illa emersit notoria, quâ nomine & cognomine alicuius in numeros resoluto, de totius vitæ ratione se iudicare posse existimant; & hanc artem Cabalam Pythagoricam nominant, cuius Authorem Pythagoram faciunt, more huiusmodi nebulonum solito, ad nonnullam imposituræ suæ authoritatem magni & famosi Viri nomine conciliandam. Fateor tamen, inter omnia huius farinæ molimina nihil vnquam aut insulsius, aut magis ridiculum, putridiorique fundamento nixum me comperisse. Vt proinde satis mirari non possim, quânam ratione fieri possit, vt multi, etiam qui oculis hominum prudentes & sensati videri volunt, huic tamen maleficiatæ artj, & prorsus asininæ Philosophiæ aut fidem habeant, aut in mentem inducere possint, vt aliquid eius ope in futurorum euentuum coniecturis certum consequi se posse putent. Verùm nè fanaticas has affatnas frustra cauillati videri possimus, exemplo vno atque altero verminosas huius Satanici dogmatis substructiones ob oculos ponamus curiosi Lectoris.

Supponunt imprimis Pythagorici illi mystæ, seu potiùs nebulones, Alphabetum literis Latinis exaratum pro Latinis, pro Italis Italicum, pro

Alphabeta varia Cabalistarum Pythagoricorum Cattanei.

Græcis Græcum, pro Arabibus Arabicum. Sunt itaque Alphabeta varia, quibus abuntur. Cattanus Magus in sua ridicula Geomantia hoc ponit:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
1. 3. 22. 24. 22. 3. 7. 6. 20. 1. 10. 23. 12. 8. 13. 27. 13. 9. 8. 2. 6. 3. 4.

In hoc Alphabeto singularum literarum valorem habes numericum, quem sine ratione vel homines, vel Dæmonem inuenisse, certum est; quorsum enim literæ K supponitur vnitas, & eadem literæ A? cur literæ O 8, literæ N 12, & sic de cæteris? Hanc insaniam cum aduerteret Cornelius

Cornelius Agrippa.

Agrippa, aliquid verisimilius constituendum duxit, dum Alphabetum suum onomatomanticum, veriùs onomanticum, aliter disposuit, estque quod sequitur:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100. 200. 300. 400. 500.

Atque hoc diuinum illud Pythagoricum inuentum asserit, laudatque Alexandrum Philosophum, quòd docuerit rationem, qua ex literarum numeris Horoscopi stellæque diuinatrices inueniri possint; quisque inter mari-

maritum & vxorem prior moriturus sit, aut superuicturus: quæ omnia, vt nullum prorsùs rationis fundamentum habent, dignaque sunt, quæ vel ab ipsis pueris rideantur; ita meritò tanquam insulsa, inepta, sacrilega, Satanica opera ab omni verè Christiano homine vitanda sunt. Verùm operationem stultitiâ & insaniâ plenam apponamus.

Si scire desideras, inquiunt, nati alicuius dominatricem stellam, computa nomen eius, & vtriusque parentis per singulas literas iuxta numerum præscriptum, collectamque totius summam diuide per nouenarium, subtrahendo illum quoties potueris; & si remanserit vnitas, aut quaternarius, vterque Solem indicat: si verò binarius, aut septenarius, vterque Lunam designat; sicuti ternarius Iouem; quinarius Mercurium; senarius Venerem: octonarius Saturnum; nouenarius Martem. Quibus subiungunt perfrictæ frontis homines, nati alicuius Horoscopum ita reperiri posse. Computetur nomen tam matris quàm patris, natique, atque summa collecta per 12 diuidatur: nam reliqua vnitas ☌; 2, ☍; 3, △; 4, □; 5, ⚹; 6, ☽; 7, ☿; 8, ♂; 9, ♃; 10, ♄; 11, ♅; 12, ♆; notant. Atque

Alphabetorum Cabalisticorum vsus inanis.

Confutatio.

hæc sunt occulta & non pandenda omnis nequitiæ architectorum arcana. Quis autem, rogo, has ineptias credat? Quis nænijs huiusmodi fidem habeat sanè pudentissimis? Hinc enim sequeretur, omnes Petros, Iacobos, Paulos &c. vti resoluti in numeros, eundem numerum exhibent; ita omnes vni & eidem constellationi subiectos esse, & consequenter eandem fortunam experturos. Respondent hi non rationibus, sed phantasticis & dæmoniacis ludibrijs mente emoti, 1. Soli competere, quòd Sol vnus & solus est; 2. Lunæ, quam vtroque sexu præditam, & animam Mundi aiunt, cui & 4, ob quatuor Mundi cardines, & quatuor anni tempora, quæ discernit, tribuunt; 5. cùm ex primo pari & impari componatur, Mercurio competere, sicuti ex fœmina & masculo, 6. Veneri, quia ex 2 & 3 cõstituitur, volunt. Quis non hic tam insulsa commenta rideat? O beatos parentes, quorum ex arbitrio penderet, vt filius solius nominis impositione per planetæ nomini dominantis fauorem omni mox fortunæ felicitate compleretur.

Huic Alphabeto aliud supponimus passim vsitatum, quo tenebriones huiusmodi sibi persuadent, de vita & virtute natorum, de omnibus bonæ aut malæ fortunæ sortibus perfectum se iudicium dare posse, ineptè gloriantur. Alphabetum sequitur.

Alphabetum aliud Cabalisticorum Pythagoricorum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
3. 3. 22. 24. 22. 5. 8. 6. 29. 10. 12. 23. 12. 8. 13. 23. 13. 9. 8. 2. 6. 3. 4.

Hic primùm quæram, cur ternarium adscribant A, aut eundem ternarium B, & F, & Y? Cur 22 C & E? cur quoque P & R, 13? Mdenique & Q 23 assignent? mirè se hoc loco torquent mendacissimi coniectores; neque aliud nobis assignare possunt rationis fundamentum, quam vel Dæmonis, quo cum pacto inito id concluserunt, concursum; vel stolidissimi cerebri à Dæmone dementati phantasma. Quod vt apertiùs ostendam, exemplis id aperiam. Imprimis ex summa numerica toties in nominibus assumptis 9 auferunt, quoties fieri potest, atque residuum apud se retinent; deinde contemplantur illa residua; quibus simul collatis, respon-

Confutatio.

dent, hunc vel illum superfuturum, hunc vel illum priùs moriturum, aut diutiùs victurum, & si quæ sunt similia. At non illud ita assequuntur, vt si residuum aliquod altero maius fuerit, statim victoriam suggerat; sed sæpe ex minori, sicuti aliàs ex maiori, palmam & diuturniorem vitam pollicentur. Exempli gratia 1 & 2 significant illum hominem victorem futurum, qui in suo nomine residuum habuerit binarium; alium verò qui 1 habuerit, occisum iri. pariter in 1 & 3, 1 significat eum superaturum, qui residuum habuerit 1, quando aduersarius ternarium habuerit residuum; & sic de cæteris. Quæ tamen ita stolidè congesta sunt, vt cuicunque Alphabeto applices, toto cœlo discrepent. Exempli gratia, cùm superest quaternarius & ternarius in duobus hominibus, quaternarius vincere debet; quod falsum est in nominibus Cain & Abel, quorum ille pro residuo ternarium habet, hic quaternarium; & tamen si veræ sunt regulæ Onomatomantarú, Abel Cain superare debebat, cuius tamen contrarium Sacra scriptura asserit. Idem apparet in Absolon & Ioab, quorum hic septenarium residuum habet, ille quinarium, ac proinde ille Ioabum vincere debuisset; cuius tamen contrarium nobis referunt Sacræ literæ. Sequeretur pariter ex fanaticis huiusmodi onomatomantiæ regulis, quòd is qui Latine superatur, Gallicè vinceret; quod quàm absurdum sit, quis non videt? Nam si consulas, vti acutè demonstrat Mersennus in Opere suo in Genesin, Onomatomantem Latinæ linguæ gnarum, statim affirmabit Mariam superaturam esse Stephanum, eoq; diutiùs victuram, eò quòd Mariæ post subductos nominis numeros per 9, restat 8, Stephano verò ternarius; volunt enim hi nugatores, ternarium ab octonario superari. Sed exemplum ponamus. Scribantur dicta nomina, vti è latere patet, quorum singulis literis numerum ex Alphabeto correspondentem apponas; numeris verò in vnam summam collectis, videbis in Stephano summam 84; in Maria 71. ex quibus subduc quoties potueris 9, in Mariæ nomine 8, in Stephani nomine ternarius remanebit; hinc deducunt, Mariam esse victricem, atque diutiùs viuere debere quàm Stephanum. Verùm hoc falsissimum esse ex Gallicis nominibus apparebit, ex quibus totum contrarium resultat, vt videre est in Gallicis nominibus *Marie* & *Estienne*; quæ si in numeros resolueris, summam huius habebis 136; alterius 90. à quibus nouenarius quoties fieri poterit, reiectus, in priori relinquit 1, in posteriori 9, atque adeo contra regulas arithmomanticas, *Marie* quæ sub Latino nomine victrix fuerat, sub Gallico nomine superabitur. Sed in more positum est huiusmodi impostoribus, vt vbi vident, rem non benè cessisse, miras excusationes prætendant, aut non legitimè processum esse, aut omissum

S	9		
T	8		
E	22		
P	13		
H	6	M	23
A	3	A	3
N	12	R	13
V	2	I	29
S	9	A	3
	84		71
13 resid:		8 resid.	

E	22		
S	9		
T	8		
I	29	M	23
E	22	A	3
N	12	R	22
N	12	I	29
E	22	E	22
	136		90
1 resid:		19 resid.	

sum aliquid necessariò requisitum; quod tamen illi, quid sit, demonstrare non possunt. Nonnulli quoque cùm eos erroris commissi pudeat, nomina miris modis vitiant. Ita in nomine *Estienne*, teste Mersenno, nè Maria à Stephano superata dici possit, ex dicto nomine S & N eximunt, atque sic ex mutilato nomine *Etienne* Mariæ desideratam promittunt victoriam. Sed apage cum hisce maleferiatorum hominum stolidis machinationibus, quæ vti indigna sunt, quæ commemorentur, ita eadem æternis tenebris sepulta, nè chartam tam absonis rebus maculare videar, omitto. Qui plura desiderat, is legat Mersennum in Genesin fol. 1398. Mersenn.

CAPVT IX.

De Rota Vitæ & Mortis.

Rotæ vitæ & mortis.

EX Satanico hoc Magisterio nata videtur celebris illa rota, quam quidam rotam vitæ & mortis, nonnulli Sphœram Biantis appellant. Verùm vt mortalium in tam ridiculis rebus fingendis stultitia luculentiùs patefiat, rotam, cuiusque structuram hoc loco apponere, & examinare visum fuit.



Rotæ structura.

Intra duos extremos circulos Alphabetum onomatomanticum cum numeris, singulis literis correspondentibus spectatur; infra quos duo alia circularia spacia delineata vides, intra quæ characteres septem Planetarum, & sub singulis numeri appropriati ponuntur; sequantur deinde intra

ræa concauitatem centralem tres columnæ diametro A B interstinctæ, numeris refertæ, quorum ij, qui supra diametrum A B continentur, felices & numeri vitæ vocantur; qui infra diametrum A B continentur, infelices & numeri mortis nuncupantur, hinc illi rubro, hi nigro colore vt plurimùm pinguntur. Atque hæc est rotæ illius infelicissimæ systasis, quam equidem miror, etiam inter opera Venerabilis Bedæ nescio quo fato irrepsisse. Sed visum exponamus.

Rotæ vsus.

Primò itaque Archimystæ Satanici de re vera vel falsa consulturi, accipiunt numerum literarum vtriusque inter quos negotium versatur; numerum quoque horæ & diei quo colloquium instituitur; Mensis quoque & signi Zodiaci numerum; omnes in vnam summam colligunt, summamque diuidunt per 30, & reliquum quærunt in rota: & si quidem residuum reperiatur supra diametrum A B inter rubros numeros, veritas rei ipsis promittitur; si verò infra diametrum A B reperiatur dictum residuum, res falsitatis conuincitur. Aliud exemplum apponamus. Consulturi, vtrum quis in remota regione viuus sit, an mortuus, ita procedunt: Accipiunt numerum nominis absentis, quem ex Alphabeto numerico in extremis duobus circulis eruunt; deinde numerum Mensis, vna cum numero dierum Mensis, quo discessit; & simul in vnam summam colligunt; quibus addunt numerum currentis anni; quam totam numerorum summam diuidunt per 30, & residuum, si quidem supra diametrum A B inueniatur, certè eum viuum esse pronunciant; si infra diametrum A B idem reperiatur, mortuum eum esse asseuerant.

Quòd si scire velint, vtrum quispiam è carceribus exiturus sit, vtrum non; accipiunt numerum nominis captiui, & anni, mensis, diei, quo captiuus factus est; quibus collectis adiungunt nomen ciuitatis, patriæ; & summam totalem diuidunt per 30: quod si residuum reperiatur inter rubros numeros supra diametrum A B, liberabitur; si inter nigros, mortem, vt putant, subibit.

Confutatio Rotæ vitæ & mortis.

Hoc loco sanè multum Hellebori ad insana stolidissimorum huiusmodi Philosophastrorum cerebra purganda, quo rationabilius Philosophari discerent, opus foret: quid enim in hoc ridiculo machinamento aut virtutis, aut subtilitatis lateat, dispicere nulla ratione possum, nisi fortè dicant, Alphabetũ Onomatomanticũ, quod superiùs rectà scriptũ erat, iam in circularem formam adaptatum, peculiarem vim habere; quod quàm insulsum sit, quis non videt? Sed & quid mysterij septem Characteres planetarij cum suis subscriptis numeris plùs virtutis in circulum quàm in rectum scripti possideant, penetrare multò minùs possum; quid denique rubri supra diametrum numeri normaliter iam, non circulariter scripti, plùs virtutis ad vitæ, quàm inferiores nigri ad mortem obtineant, non capio. Ego fustem, siue sursum, siue deorsum versum, sanè idem semper robur ad elevandum possidere noui; quo optandum esset tam insana malè auguratorum capita, verberibus quàm verbis tractabilium, probè tunderentur, vt ad mentem tandem excolerentur. Sed quid consulta illa horæ, diei, mensis, nominum, figuræ, planetæ, numerorum, collectorum

rum farrago ad rem faciat, discutiat, qui plus otij est & temporis; ego sanè in tam malè sana doctrina aut perscrutanda vlteriùs, aut refutanda acriùs, bonas horas non impendam; nugæ sunt, affaniæ, & næniæ aniles, & digni qui talia tractant, tenebris carcerum, & Vulcano.

CAPVT X.

De Geomantia Arabum.

Geomantia Arabum.

ALtera deceptio ex superstitiosa Arabum doctrina prodit, & est Geomantia, quam illi حساب الرمل *Hasab elrammel* vocant; quâ incantatione præuiâ, precatoria quædam puncta in chartam temerè proijciunt, Intelligentiâ occultâ, vti putant (verius Cacodæmone,) manum proijcientis, vt ipsi stolidè sibi persuadent, dirigente; & ex punctis hoc pacto omnem fortunæ statum contulentes colligere se posse arbitrantur stolidi machinatores. Nonnulli puncta in terra imprimunt, ex quibus certæ figuræ ducuntur pari numero, vel impari, quæ ad cœli signa reuocantur, eorumque vim & naturam assumunt. Puncta verò fieri oportet in terra digito indice, quia manum pingentis per terrestres spiritus moueri putant. Author Geomantiæ Arabicæ primùm literis certos punctorum ordines tribuit, quibus in fortilegijs suis vtuntur; vt sequitur.



وامّا مراكز دسكبين البروج على ما تكرر اصحاب النجوم وهذه صورتة

Habes hic 16 series Schematismorum Geomanticorum, quibus in Onomatomantia vtplurimùm vtuntur; ex quibus deinde conficiunt alias Geomanticas punctorum systases, quas duodecim signis Zodiaci applicant: harum nomina sunt sequentia:



عزر اضلد امتاروان امسكران تسمير اخليد ازار

Azar Acblid Amtaraun Amiscaran Tesmir Kaunan



Virgo Leo Cancer Gemini Taurus Aries

Au-

ذراع المشترين الضامن تمكنت مبكوين ركيزة داخلة

Duchble Rakiꝛe Menkaus Tamakket Alſamed Amtarus Auraeh

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍



♓ ♑ ♐ ♏ ♎ ♍

Piſces Aqu. Capric. Sagittarius Scorpius Libra

Arbor Cabaliſtica.

Ex hiſce deinde arborem formant, in qua 24 rami, ſunt totidem damnatæ artis ſyſtaſes, omnium ad fortunæ ſortem ſpectantium rerum manifeſtatrices; atque hac in parte imitantur arborem illam Cabaliſtarum celebrem, quam Sephiroth vocant. Figura ſequitur.



Ex his aliæ punctorum ſyſtaſes attribuuntur quatuor Elementis, aliæ ſeptem Planetis, metalliſque, aliæ duodecim ſignis Zodiaci, aliæ 28 manſioni-

ſionibus Lunæ, aliæ denique (ne quicquam ſuperſtitionis Aſtrologicæ deſit) in duodecim Cœli domiciliis diſtribuuntur. Domus autem eâ prorſus ratione cum ſuis ſignificatis, quâ Aſtrologi, ordinare ac diſponunt. Verùm tempus perdam, ſi huiuſmodi quiſquilias recenſendis diutius immorer. Qui Aſtrologiam Ægyptiorum Claſſe ſexta traditam rectè intellexerit, facilè, quid de Geomantia exiſtimandum ſit, colliget; & apertè videbit, eam nihil aliud eſſe, quàm Aſtrologiam quandam terreſtrem, in qua puncta ſtellas; ſyſtaſes punctorum, aſteriſmos; variæ Claſſes, tùm ſeptem Planetarum, tùm dodecamoriorùm, manſionumque lunarium ſpacia notant. Verùm cùm hæc Geomantia Arabum commentum ſit, & Ægyptijs myſterijs non admodum affine, ideo paucis quoque eam explicandam duxi.

Geomantia Arabum Aſtrologia terreſtris.

Ex Geomantia nata alia filia, ex malo videlicet quo malus corvus, quam tamen Turcæ magni æſtimant, atque de ea librum ſatis celebrem habent, quem paſſim vocant جعفر الصادق ذرعة *Sors Giafari Sadeki nempè veracis*. Exemplar huiuſmodi penes me ſic incipit:

Liber Turcicus diuinatorius.

ذرعة جعفر الصادق يوخذ عود مربع ويكتب فو الى الاربعة احرف ا ب د ج

وارميه قلتة مرات واطلب الحرف الذي خرج في مراسمها فحين فحصها ما تطلب ☆

Id eſt; *Sors Giafari Elſadek, accipiatur lignum quadratum, & ſcribantur iſtæ quatuor literæ* ا ب د ج *& proijcè illud tribus vicibus, & quære literas quæ extant, in locis ſuis, & inuenies ſub ipſis quod quæris*. Per hanc igitur Diabolicam artem diuinatio per quatuor Characteres ا ب د ج inſtituitur, hoc pacto. Teſſeræ cubicæ inſcribunt quatuor hoſce Arabicos Characteres, ſingulis lateribus vnum: hanc teſſeram præuia oratione ter proijciunt, & ternas literas ſingulis proiectionibus collectas referunt. Sit v. g. prima proiectione litera ب ſecunda ج & tertia ج. quærunt itaque in dicto libro has tres literas inuentas ب ج ج textuque Arabico lecto in notitiam ſortis fortunæ deueniunt: nam hoc tibi euenturum ſimpliciter credunt, quod ibi traditur. Verùm has formulas & artes, nihil prorſus eruditionis in ſe continentes, tanquâ ſcopo noſtro minimè congruas relinquamus. Veruntamen hoc loco de reliquis artibus, vti Chiromantia, Metapoſcopia, Necromantia, cæteriſque ſuperſtitionum monſtris dicenda forent; ſed quoniam hoc loco ea tantùm nobis proponere libuit, quæ originem ſuam immediatè ab Ægyptijs duxerunt, & à nullo alio, quod ſciam, tracta ſunt; conſultò alia omittenda rati ſumus.

Concluſio.

EX his apertè & luculenter patet, quomodo ſemper gliſcat

Dæmon atrox odijs, animiſque furentibus iram
Geſtet, quæ damnis nunquam exſaturata quieſcit.

Inueteratus malorum Orbem iſdem ſemper premit machinationibus:

nullæ sunt induciæ, nulla pax, vti nec odij, nec inimicitiæ modus vllus: hostis Dei superbia ascendit semper, crescit malitia, crudelitas invalescit, antiquus scelerum architectus eadem semper molitur; nihil inaccessum sinit, nil intentatum relinquit, præcipuum omni ætate de eadem pharetra facie illicium quam curiosarum, tam superstitiosarum artium, quam multa, tam stolida Dæmonum commenta mortalium mentes dementantia; quæ omnia sub Magiæ nomine comprehenduntur. Nihil præteritis temporibus ab Ægyptijs, eorumque hæredibus diuino vnquam honore cultum nouimus, quod moderno quoque tempore non esse videatur, vti fuse in vltimo Primi Tomi Syntagmate ostensum fuit: nihil eirca characteristicam Magiam Ægyptus vnquam machinata est, quod hoc potissimùm tempore, improborum hominum ausu, non complerum spectamus. Vnde quicunque Christiani nominis dignitate gloriantur, hic cumprimis spectare debent, vt philosophando vltra sacrosanctorum nobis præceptorum Canonum terminos non sapiant; sed in rebus dubijs, & periculo Satanicæ illusionis expositis, cautè & circumspectè, quid amplectendum, quid fugiendum, decernat; ne dum temporariæ & caducæ prosperitati, per illicitorum mediorum ductus inconsultius inhiat, æternæ felicitatis iacturam patiatur.

CLASSIS XII. THEOSOPHIA METAPHYSICA, SEV THEOLOGIA HIEROGLYPHICA,

EMINENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO, DOMINO

FABIO S. R. E. CARDINALI

Chisio, Episcopo Imolensi.

EMINENTISSIMAS animi Tui virtutes, quibus non nisi ad sublimia diuinæ prouidentiæ destinatus, à multis tam annis probè mihi cognitas, altiùs ponderanti, tria potissimùm, quæ de laudum Tuarum Principatu inter se contendere possent, occurrebant. Hinc enim bonarum artium doctrina primum sibi locum asserebat: inde ea morum suauitas, quam ex summa benignitas, & singularis humanitas temperabat, doctrinam sequi imperabat; vegebat etiam spectata pietas, vitæ moderatione conspicua, diuinarum rerum studio efferuescens, quæ vt ab omni ambitionis vmbra quàm alienissima, ita suâ se virtute involuens, admirabilior accidebat. Qui quidem virtutum consensus tantò nunc visus illustrior, quanto vel ipse Summus Pont. Innocentius X. earum splendore delectatus, eminentiorem Tibi in Sacrosancti Senatus Collegium nihil tale cogitanti, adscite locum contulit, non vt virtutem Tuam ornares solum, sed vt Tu quoque non exiguo esses Purpuratorum Patrum Senatus ornamento. Cum itaque Tuum sit esse Principis Ecclesiastici sic sacra dogmata expendere, atq; heterodoxum ab orthodoxo secernere, sacrarumque Institutionum studijs mortalium mentes ad omnem sanctimoniam conformare; certè cui meliori iure, quàm Tibi sapientissimo rerum diuinarum Iudici, hoc meum de Theologia Ægyptiorum argumentum dicarem, inueni neminem: hoc vel maximè persuasus, multum me acquisiturum, Tibique plurimùm debiturum, si diatriben hanc meam, qualem qualem suscipere dignatus fueris. Non enim is es qui Te solis Philosophiæ, Theologiæque limitibus continueris, sed longè etiam exspatiatus vlteriùs per Poëtas, Historicos, Polybiosque, id demum consecutus es, vt de quolibet in medium prolato ex recte sentis, & erudite loquaris. Quare nihil, aut parum legendis meis proficeres, nisi quantum clientis virtutibus Tuis deditissimi nugas amans, ea apud Te aliquid esse patiaris, atque adeò idem de scriptis meis sentias, quod ille de similibus:

In facie nævus caussa decoris erat.

Vale Ecclesiasticæ dignitatis honor, & decus. Vere dixi.

CLASSIS XII.

Theosophia Metaphysica, seu Theologia Hieroglyphica.

PRAEFATIO.

Theologia Ægyptiaca.

AGGREDIMVR tandem arcanam illam Ægyptiacæ Theologiæ Arcem, totius hieroglyphicæ doctrinæ finem & scopum; quam qui ritè penetrârit, miram illam in primis istis mystagogis ingenij sublimitatem & excellentiam non tantùm suspiciet, sed summè quoque mirabitur, quâ ratione tandem fieri potuerit, vt ad tantam diuinorum mysteriorum altitudinem solius luminis naturæ fulti subsidio pertingere potuerint; adeoque fateri cogetur, Deum Opt: Max. in profundis illis Ethnicismi tenebris, nè tota de Deo notitia à primæuis Patribus tradita prorsus periret, præcelsos quorundam hominum sapientiæ studio deditorum conatus subinde extraordinariâ quâdam & supernaturali illustratione imbuisse, qua Sybillarum more, quæ ipsi nescirent, eloquerentur. Inter cæteros tamen priscæ sapientiæ Hieromantas potissimum locum obtinet Mercurius ille Trismegistus, qui ab Ægyptijs Theut, à Græcis Trismegistus est appellatus, siue ob tres potentias in diuina natura primùm ab ipso obseruatas, vt Suidas vult; siue ob triplicem vitæ conditionem: erat enim, omnium Scriptorum traditione, Philosophus maximus, Sacerdos maximus, & Rex maximus, vt fusè in Obelisco Pamphilio l. 1. demonstrauimus. Vti enim is ingenij acumine, & doctrinæ excellentia omnes retrò Philosophos superabat, sic dignitate & amplitudine, diuinorumque cultu vniuersis Sacerdotibus præstitit; qui regiam adeptus dignitatem, administratione legum, iustitiæ, & æquitatis constanti tenore, rerumque gestarum gloria omnem superiorum Ægypti Regum gloriam obscurauit. Qui quidem inter Philosophos à Physicis & Mathematicis ad diuinorum contemplationem primus se contulit, primus de Dei maiestate, Dæmonum ordine, animarum mutationibus sapientissimè disputauit, primus meritò Theologiæ Author. Eum secutus Orpheus secundas antiquæ Theologiæ partes obtinuit; Orphei sacris initiatus est Aglaophemus, Aglaophemo successit in Theologia Pythagoras, quem Philolaus Platonis præceptor sectatus est. Itaque veræ priscæ Theologiæ vndique sibi consona secta, ex Theologis sex miro quodam ordine conflata, exordium duxit à Mercurio, à Platone penitus absoluta fuit. Scripsit autem, Iamblicho teste, primò Mercurius libros quamplurimos ad diuinarum rerum contemplationem pertinentes, quos & literis hieroglyphicis exhibuit; arcanis mysterijs & oraculis ita refertos, vt non Philosophi tantùm, sed & Prophetæ nomen inde obtinuerit. Hic priscæ religionis ruinam, hic ortum nouæ fidei, hic aduentum Christi, hic futurum iudicium, resurrectionem sæculi, beatorum gloriam, supplicia peccatorum apertis verbis ostendisse visus est; ita vt S. Augustinus dubitauerit, peritiane siderum, an reuelatione Dæmonum multa præstiterit; Lactantius verò illum inter Sybillas & Prophetas non

Trismegistus Princeps Ægyptiorum Theologus.

Suidas.

Trismegistus cur ita dicatur.

Orpheus, & alij antiquorum Theologi

Iamblichus. Trismegisti libri Theologici.

S. Augustinus

non dubitat numerare. Hanc itaque hieroglyphicam Mercurij Theologiam hoc loco, quantum ingenij mei debilitas permiserit, tractandam suscepi. Quod dum facio, nihil hic dictum, factum, expositum velim, nisi ex Authorum veterum mente & sententia; omnes proinde fidelis Oedipi partes expleturus. Nam quæcunque de SS. Triade, de anima & spiritu Mundi, de Deorum, Dæmonum, & animarum origine, de Idearum diuinarum in inferiorem Mundum influxibus, de transmigratione animarum, de sacrificijs, eorundemque ratione, ac similibus tandem adducturi sumus; ea omnia cautè legenda nouerit Lector: sunt enim pleraque Orthodoxæ fidei prorsus contraria, primisque Hæresiarchis opportunam turpissimorum dogmatum fundandorum materiam & occasionem præbuerunt, vti fusè probat Liu. Galantes in concordia Platonicæ & Orthodoxæ doctrinæ. Quare si aliqua veritatis lux in ijs eluceat, illam non tam veram expositionem, quàm Orthodoxæ doctrinæ adumbrationem quandam, luminis naturalis, quo pollebant, sublimitate & ingenij præstantiâ prolatam, putabimus; vel si præclarè de Dei natura subinde ratiocinantur, illud præternaturali concursu Numinis potiùs eructasse, quàm comprehendisse, vti de Sybillis diximus, censebimus. Quare omnia in tantum dicta, expositaque velim, in quantum hieroglyphicæ doctrinæ seruiunt, dum non tam quod docuerint, quàm quod docere debuerint, ostendimus.

Authoris protestatio in exponenda Theologia Ægyptiorum.

Liuius.

CAPVT I.

De Theologiæ Ethnicæ origine, & propagatione.

RECTE & sapienter Statius: *Primus in Orbe Deos fecit timor*; siquidem primæui illi mortales, legis naturæ arbitrio victitantes, dum à primæuis Mundi Patriarchis multa de summa Dei maiestate, de summo rigore iustitiæ in Adamo & posteris demonstrato, de peccatorum supplicijs, cœterisque castigationibus & vindictis eiusdem inaudissent; timore quodam panico perculsi, dum omnia ad latentem Numinis præsentiam suspecta haberent, paulatim ad Numen placandum sacrificia, variosque ritus instituerunt. Verùm cùm indiscretâ quâdam notitiâ, Deum omnibus rebus inesse percepissent; diuinâ vnione paulatim pro subiectorum naturalium ratione & numero discissâ & diuisa, tot in Orbe Numina finxerunt, quot entium gradus esse cognoscebant. Vnde factum est, vt primò Solem, deinde Lunam, cœterasque tùm fixas tùm erraticas stellas tanquam diuini Numinis habitacula singulari cultu prosecuti sint: postmodum ad elementarem sphœram conuersi, nonnulli quidem ignem, alij aërem, quidam aquam, plerique terram inter Numina reposuerunt. Superstitione itaque superstitionem trudente breui factum est, vt tot, quot creaturæ spectarentur, Numina statuerent, ac tandem totum Orbem futili hâc Idolomaniâ replerent. Quæ cùm fusè in hoc Opere passim declarata sint, ijs immorari diutiùs nolo. Hinc Diabolo se operationibus eorum occultè insinuante, animalium paulatim motus, auium volatus directos, obliquos, superos, inferos obseruantes, demonstratione boni aut mali euentus exciti, vti ex illis extorum

Statius. Theologiæ Ethnicæ origo timor.

Idololatriæ origo.

Augurierum origo.

torum inſpiciendorum, ita ex his augurioruṁ artem inuenerunt. Cuius præterea ortus & occaſus ſidertum veluti Numinum motus, curioſius ſecutarentur, inde Aſtrologia totius Idololatriæ, ſuperſtitionis, & diuinatoriarum artium baſis & fundamentum emanauit; adeoque nihil non ſenſibus obuium in diuinationum ſuarum inſtrumenta, vti in præcedente Claſſe traditum fuit, aſſumſerunt. Hâc igitur conclamatâ ſere gentilitate & ignorantiâ Mundus imbutus cùm eſſet, Mercurius Triſmegiſtus, diuinioris primorum Patriarcharum dogmata reductus, ne Mundus tot inanium Deorum figmentis in vltimum caliginis barathrum præcipitaretur, nouam de Deo vno, vero, bono, Angelorumque ac Dæmonum diſpoſitione & ordine Theologiam exorſus, ſtudio ad id excogitatis argutis quibuſdam ſymbolis obuelatam, ſolis Sacerdotibus ſapientiâ & diuturno rerum vſu conſpicuis cognitam, idiotis verò & plebi ſuperſtitioſæ prorſus impenetram, ſaxis contra omnes tempotum iniurias inſculpſit. Atque hi ſunt famoſi illi Theologici libri ab Hermete, teſte Iamblicho, in Obeliſcis conſcripti; ex quibus Pythagoras & Plato prima ſuæ doctrinæ fundamenta hauſerunt; quoſque in hodiernum vſque diem Roma ſuperſtites veluti antiquæ ſapientiæ documentum admiratur, quarum arcana ſenſa hac in Claſſe non niſi ſummatim recenſebo, minutiorem interpretationem Tomo III. reſeruaturus.

Aſtrologiæ origo.

Triſmegiſtus nouam Ægyptijs Theologiam tradit.

CAPVT II.

De natura Dei vti abſtractè & ad intra conſiderari poteſt, & de definitione Dei, & eiuſdem variis attributis hieroglyphicè exhibitis, ex mente Ægyptiorum.

Platonicum de Dei cognitione effatum.

PLatonicum, idque celeberrimum Epiphonema eſt, Deum inuentu & cognitu difficilem; ita enim in Timæo aſſerit: *Opificem quidem & Mundi Patrem inuenire difficile, eumque cum inuenerit, prædicare, eloqui vllo modo impoſſibile eſt.* Quod cùm veriſſimum ſit, ideo Ægyptij Deum ſolo ſilentio & cultu intrinſeco venerandum pulchrè per Sigillionem Harpocratem ſignabant, quem nunc nudum, nunc reticulatâ veſte indutum, digito labris impreſſo ſilentia ſuadentem exprimebant, vti variis locis huius Operis oſtenſum fuit. Puer nudus pingitur, quia Deus ab omni materiæ contagione longè remotiſſimus in perpetuo iuuenturis flore permanet, inalterabilis, ſilentio potiùs colendus, quàm multis verborum ampullis deſcribendus eſt. Cornucopiæ ſiniſtrâ tenet, quia bonorum omnium in-

Harpocrates cur Ægyptijs picturatus & ſculptus.

ſe vberratem continet. Dum baculo, Vpupa capite inſignito, cum linuo & gnomone pingitur, oſtenditur cum totius varietatis, harmoniæ, & ordinis Mundani Authorem eſſe. Verùm hæc, vt diximus, variis locis copioſè pertractata conſulàs velim. Per Crocodilum quoque elinguè animal, quod ſub aquarum gurgitibus latitans acutè videt, à nemine viſum, oſtenditur, nullius linguæ facundia eum, prout natura eius eſt, ſatis deſcribi aut exprimi poſſe; qui inuiſibilis cùm ſit, & in diuinæ eſſentiæ ſuæ caligine latitans, omnia tamen videt, omnia intuetur, & moderatur. Vnde eandem ob cauſam Ægyptij Deum inducunt ſymbolo ſanè maxime appropriato, ſedentem ſupra lotum aquaticam, ſcilicet arborem, teſte Iamblicho, lib. de myſterijs; quo ſignificant, Deum principatu ſuo Mundanum excedere lutum, nec attingere gubernando, ſed principatum gerere intellectualem penitus & empyreum: omnia enim in Loto rotunda ſunt, tùm poma, tùm folia; ex quo ſignificatur diuinæ mentis ſemper eodem pacto ſe habentis, circularis actio; Deus igitur ipſe ſupra hanc actionem in ſeipſo conſiſtit, ſuperans eiuſmodi principatum, ſanctus, & venerandus, & in ſeipſo penitus conquieſcens; quod quidem ex actu ſedendi ſignificatur. Verùm vt hæc omnia fuſiùs explicentur,

Harpocrates Loco indicato. Iamblichus.

Notandum eſt, Deum duplici ratione conſiderari poſſe, vel ab intra, & in quantum ab omni creatarum rerum conſortio longè remotus, ſolo inacceſſibili eſſentiæ ſuæ infinitæ latibulo tegitur; vel in quantum reſpectum ad creaturas dicit, ſiue quod idem eſt, in quantum è caliginis ſuæ penetralibus euoluitur, in creatis rebus ſe conſiderandum præbet; de vtroque conſiderandi modo quid Ægyptij ſenſerint, modò explicandum eſt.

Deus conſiderari poteſt ſecundùm ea quæ conueniunt ipſi ab intra, & ab extra.

§. I.

Definitio DEI.

QVæritur itaque primò, quid ſecundùm Ægyptios Deus ſit? Reſpondet Triſmegiſtus appoſite his eum verbis deſcribens: *Deus circulus eſt, cuius centrum vbique, circumferentia nuſquam.* Circulus itaque Deus eſt, omni principio & fine carens. Deus circulus eſt, non eum Mathematicam circuli peripheriam in ſuprà intercapedine excedens. Deus circulus eſt, cuius centrum peripheria, id eſt, intima eius eſſentia immenſitati æquatur, cuius diameter cum centro & circumferentia in vnum recidit. Deus circulus eſt, cuius centrum nullos, immenſita-

Deus quid ſit ſecundùm Ægyptios.

Deus Circulus eſt ſecundùm Triſmegiſtum.

tis

tis suæ terminos habet; circumferentia verò vel infinitorum Mundorum limites excedit. In hoc circulo quidquid contentum, continenti prorsùs æquale est; & vt Ægyptiaca Aristotelis Theologia habet, quidquid angulorum, costarum, linearum, & superficierum, aliorumque imaginabilium in alijs circulis ac figuris est, huic ineſt; ipse verò indiuisibilis ac indimensus est, à quo omnes lineæ, id est, essentiæ & formæ rerum vti oriuntur, ita in eundem veluti totius naturæ centrum reuertuntur. Verùm hæc paulò dilucidiùs explicemus.

Aristotelica.

Sphæræ & Circuli proprietas.

Sciendum in sphæra infinita tres maximas lineas, longitudinis, latitudinis, & profunditatis in centro concurrere, sed centrum sphæræ omnium maximæ, vti in Geometria hieroglyphica docuimus, æquatur & diametro, & circumferentiæ. Tribus itaque lineis (cùm tres illæ maximæ lineæ, longitudinis, latitudinis, & profunditatis nihil aliud quàm diametri in sphæra sint,) centrum æquari necesse est; imò centrum omnes hæ tres, nostro concipiendi modo, dimensiones sunt, longitudo, latitudo, & profunditas. Maximum itaque, simplicissimum, & infinitum, vt coexistant necesse est: est enim longitudo, latitudo, & profunditas, quæ in Deo sunt, & vnum sunt, simplicissimum, & maximum, vti centrum est indiuisibile, omnemque longitudinem, latitudinem, & profunditatem præcedit: est finis omnium illorum, atque medium; sunt enim in sphæra infinita soliditas, & circumferentia prorsùs idem. Porrò sicuti sphæra infinita penitùs est in actu, & simplicissima; ita maximum est penitùs in actu simplicissimè: & sicuti sphæra, vti in Geometria dictum, est actus lineæ, trianguli, & circuli; ita maximum est omnium actus; quare omnis actualis existentia ab ipso habet quicquid actualitatis existit, & omnis actualis existentia in tantum existit actu, in quantum in ipso infinito actu est, & hinc maximum est, & forma formarum, & forma essendi, siue maximè actualis entitas. Vnde Parmenides hæc considerans, rectè & subtiliter inferebat, *Deum esse, cui esse quodlibet quod est, est esse omne id quod est*. Sicuti igitur sphæra est vltima perfectio figurarum, quà maior non est; ita maximum est perfectio omnium perfectissima; adeoque omne imperfectum in ipso est perfectissimum, vti linea infinita sphæra est, & in ea curuitas est rectitudo, & cõpositio simplicitas, & diuersitas est identitas, & alteritas vnitas est: quomodo enim in Deo quidpiam imperfectionis esse possit, capi non potest, cùm in eo imperfectio nihil aliud quàm infinita perfectio, & possibilitas infinitus actus existat. Patet itaque quomodo hæc diuinæ essentiæ sphæra totius Vniuersi, & omnium in Vniuerso existentium vnica sit simplicissima & adæquatissima mensura; quoniam in eo totum non est maius suâ parte, sicut sphæra infinita, non est linea infinita maior. Deus itaque est vna simplicissima totius Vniuersi ratio. Et quemadmodum post infinitas circulationes sphærica tandem soliditas emergit, ita Deus omnium circulationum vti sphæra maxima & simplicissima mensura; omnis enim viuificatio, motus, & intelligentia ex ipso, in ipso, & per ipsum, apud quem vna octaua sphæra non est minor, quàm infinitæ, quia finis est omnium motuum, in quo omnis motus, vt in

Sphæræ & Circuli proprietas.

Deus sphæra & circulo comparatur.

Deus quid secundùm Parmenidem.

Sphæra diuinæ essentiæ omnium mensura.

fine quieſcit: est enim quies maxima, in qua omnis motus quies est; ita maxima quies, omnium motuum mensura est, sicuti maxima rectitudo omnium circumferentiarum; & maxima præsentia siue æternitas omnium temporum: in ipso enim omnes motus naturales vt in fine quiescunt: & omnis potentia in ipso perficitur, vt in actu infinito; & quia ipse est entitas omnis esse, & omnis motus est ad esse. Ergò quies motus est, qui est finis totius motus, scilicet forma & actus essendi. Entia igitur omnia ad ipsum tendunt. Et quoniam finita sunt, & non possunt æqualiter participare finem in comparatione ad se inuicem, hinc aliqua participant hunc finem per medium aliorum, sicuti linea per medium trianguli & circuli in sphæram ducitur, & triangulus per medium circuli, & circulus in sphæram per seipsum. Ex his, ni fallor, apertè patet, quàm aptè Hermetica illa definitio Deo quadret, & quàm aptè diuinam essentiam & naturam, quoad ingenio humano comprehendi potest, expresserit. Hinc non sine ratione, circularem figuram tanto in honore habuerunt, vt vix ſit hieroglyphicum aliquid diuinum repræsentans, quod hac circulari figurâ non sit præfiguratum. Hinc passim Deorum & Numinum capitibus insertam videas; vtebantur enim libenter ad diuinam naturam exprimendam figuris huiusmodi Mathematicis, mirâ quâdam proprietate præditis, & simplicissimis Schematis ab omni mortalium rerum mistura semotis, ad omnium simplicissimam & abstractissimam rem, cuiusmodi Deus est, repræsentandam aptis. Verùm his ita ritè propositis, nunc attributa, quibus Deum describebant, videamus & examinemus.

Dei proprietates & attributa.

Circulus in honore apud Ægyptios.

§ II.

Attributa DEI.

Deus dicitur à Trismegisto Mens.

DEVS primò Mens dicitur à Trismegisto: *Mens* (inquam, vt verbis eius vtar) *ac ratio sese complectens, liberaq; ab omni corporis mole, ab errore aliena, impassibilis, intangibilis, ipsa sibi assistens, purgans, atque seruans omnia, cuius nudi sunt bonum, Veritas, principale lumen, primaque animarum forma*. Hinc Æsculapio, quid Deus esset interroganti, respondet: *Quod nullam ex iis est, horum tamen omnium sit causa, præsens quidem cunctis, præsens etiam vnicuique, nec quicquam permittit non esse; omnia ex his quæ sunt, producta sunt: de nihilo autem nihil prouenit; nam quæ minimè sunt, nullam naturam habent, quâ fieri valeant; contrà ea quæ sunt, naturam non habent, per quam aliquando non existant*. Sed quibus hieroglyphicis diuinam naturam, eiusdemque attributa exhibuerit Trismegistus, videamus. Simulachra Ægyptia, vti Obelisci & Isiaca mensa demonstrant, passim pinguntur tutulis magnâ rerum varietate refertis; à quibus tamen nunquam circularis abest figura. Videas illa varijs animantium formis transformata varijs sceptris, ijsque *καδυκείοις* instructa; quæ quidem omnia nihil aliud nisi diuersa Dei Opt. Max. attributa significant, vt fusissimè in ipsa actuali

Hieroglyphica quibus Deum Trismegistus adumbrat.

Trismegistus.

Deum quinq; modis describit Trismegistus.

Deum Phœnicis cōparatur.

Trismegistus de Deo altissimè sentit.

hieroglyphicorum interpretatione exponemus, quod in III. Tomo fieri. Nam quæcunque Trismegistus in Pimandro & Asclepio de Deo refert, nihil aliud sunt, quàm quod in principio Obeliscorum, dicim memorata tabula Bembina seu mensa Isiaca habetur, mirandq; simul authorum, metamorphosi effigiatum. Nam in Trismegisto quinque modis Deum describi primum inuenimus; primò per attributa, quæ dam absolutè consentientia; secundò per negationem, tertiò per analogiam & acneaphoram; quartò per contradictoria; quintò per relationem. Hanc quoque quinq; Pythagoræ & Platonicis secuti sunt, idem sanctè confirmarunt. Primò enim in Pimandro dicit, Deum ante omnia, Deum omnia entia, & non entia, Deum in se habere omnia. Deum omnia potuisse facere, omnia in se habere, omnia conseruare, omnia ad se conuertere. Deus est itaque primus omnium; sic enim in libello [quod nihil pereat, dicit: *Deus primus est omnium creata, est ingenitus, & ipse creator omnium.* Rationem affert, quod primum absolutè id dicetur, ante quod aliud non est: at ut Deum nihil aliud est, est ergo primus omnium. Hinc per Phœnicem, cuius libros, non inelegantes extrellerunt, reputa cuius originem nemo nouerit, solus sibi & vitæ author, & sui generator. Quod autem ante Deum nihil aliud, sic probat. Si ante Deum aliud est, vel potentius ipso Deo est, vel par, vel debilius: sed nihil horum, ergo. Minor probatur. Non potentius: si enim potentius quidpiam ante Deum, iam Dei naturam cessare necessarium est, cùm aliquid ipsi desit, quo non sit potentissimus. Non par, quia si pares sunt, ambo erunt prima entia; atque est impossibile, cum in vnoquoque genere vnum solummodò maximum sit. Non debilius, cùm non dici possit primum; qui enim primum dicit, ponit & ante secundum, & tertium. Quæ omnia pulchrè in Theologia Aristotelis iuxta mentem Ægyptiorum demonstrantur, & ex Platonis mente sunt. Pari ratione probat, Deum esse primum creatum, imò causam causarum, & primum motorem; quod Mercurius secuti Plato, Aristoteles, & reliqui Theologi Platonici asserierunt. Verùm audiamus ipsa Mercurij verba, qui in Pimandro per negationem Deum describit: *Vniuersum Mundum verbo, non manibus, fabricatus est Opifex; ipse verò se coram illum præsentem semper, omnia agentem, Deum vnicum voluntate sua omnia constituentem, id enim eius corpus est, non tangibile, non visibile, nec alteri cuipiam simile; nam neque ignis, neque aqua, neque aer, neque etiam spiritus, verumtamen eo pendent omnia, bonum verò ita est, vt sibiipsi id competat.* Et paulò post, inuisibilem eius omnibus rebus præsentiam ita depingit: *Nè præcipuum tibi Dei nomen desit, neque ignores id, quod plurimis occultum videtur, esse perspicuum; nam si nusquam patet, nihil vtique erit. Quodcunque se offert aspectui, genitum; quod verò latet, sempiternum; neque opus est vt appareat, cùm nunquam esse desinat; ante oculos quidem id reliqua pomit, ipsum verò secretum manet, vtpote quod vitæ perfruatur sempiterna; in lucem planè educit omnia, in adytis delitescit, vnicum enim id ingenitum, incomprehensibile phantasia, cùm verò cum ea per eum claresciant, per omnia atque in omnibus fulget, vsque præsertim apparet, quibus nomen suum communicare voluit.* Et paulò post: *Nihil enim est ex omni natura, quod ipse*

ipse non sit, est ille quidem omnia, quæ sunt; est etiam, quæ minimè sunt; quæ quidem sunt, deduxit in lucem; quæ verò non sunt, occultat in seipso. Quemadmodum verò sine factore fieri quicquam nequit; ita Deum existimat, nisi semper agat omnia, impossibile existere quicquam posse, in cælo, aëre, terra, mari, in toto Mundo, in qualibet Mundi particula tota, tùm in eo quod est, tùm in eo quod non existit. Hic Deus nomine melior, hic rursus ærnitum potentissimus, hic mentis conspicuus, hic præsens oculis, hic incorporeus, hic, vt ita dixerim, multicorporeus; nam nihil in corporibus est, quod ipse non sit: omnia enim ipse solus existit; nomina insuper habet omnia, quoniam vnus est Pater; nomen quoque nullum habens, quoniam Pater est omnium; quid ergo te laudabit? suprane, an infra te positum? Quo vertam oculos vt te laudem? supernè an infra? intus an extra? non motus, non locus circa te, non aliud quicquam ex omnibus; in te autem omnia, à te omnia, præbes omnia, nil denique suscipis, omnia autem habes; quod autem non habes, id ipsum nihil; quando autem te Pater laudabo? Tempus & momentum tuum capere non valemus; quæ potissimum in re laudes tuas cantabo? Num in his, quæ creaueris? an in ijs quæ non creaueris potiùs? num in his sortè quæ in lucem eruisti è tenebris? an in his, quæ adhuc latent arcano situ recondita? per quid tandem hymnos tuo cantabo Nomini? nunquid in laudatione tali ego ipse mei iuris existam, an potiùs alter efficiar? Ipse profectò es, quicquid ego sum; ipse es, quicquid agam; ipse es, quicquid denique dicam; ipse enim es omnia, neque aliud præter te quicquam. Quod sanè non est, es ipse; ipse omne quodcunque genitum, ipse omne quod nunquam genitum: Mens quidem intelligens, Pater fabricans, Deus efficiens bonum, bona faciens omnia. Hæc Mercur.

Hieroglyphicum Dei Operum & prouidentiam explicans.

Quis, rogo, Christianum nobis inueniat, qui de Deo altiora & rectiora proferre possit? quis Theologum, qui profundiùs de diuinitate sentire possit? Certè expressa reperiuntur hæc omnia quàm appositissimè in hieroglyphicis per simulachrū Ibidis facie conspicuum, in throno variè adornato, tutulo varijs symbolis exornato, & sceptro Isimorpho. Per Ibidis enim viuacissimi, perspicacissimi, & velocissimi animalis figuram, quid aliud notant, nisi viuacitatem, imò ipsam rerum omnium vitam, velocitatemque Dei omnis motus expertem, quia omnia vt præsentia perridet, omnia scrutatur & penetrat, cuius oculos nil latet rerum in Vniuerso absconditarum? quid per sedem, nisi potestatem in omnia, & quietem æternam? quid per baculum Isimorphum, nisi potentiam dominiumque in omnia absolutissimum? vti enim Osiris actiuum, ita Isis passiuū rerum omnium principium est, quid per tutulum φλογοειδῆ ex ellipsoëi, igne, circulo, serpentibus, pennis instructum, nisi æternitatem per circulum; per ignem lucem lucium; per serpentes vitam vitarum; per pennas velocitatem operationum, qui solā voluntate omnia causauit? Verūm hæc omnia ampliùs tùm in Obe-

Sacerdotes Ægyptij Deo supplices invocabant tenebras.

liſco Pamphilio, tùm in III. Tomo, ſuo loco explicata reperies. Hinc Sacerdotes in myſticis ſacrorum adytis, Deo ſupplicaturi ter tenebras invocantes, id eſt, impenetrabilem diuinitatis caliginem, in medium ijſdem ornamentis & ſchematis hieroglyphicis, quibus Dei ſimulachrum expreſſerant, prodire ſolebant, hoc ipſo ſuboſcurè indigitantes, occultis eum ſe ſymbolis, myſticiſque rerum inuolucris, quem nullo ſermonis eloquio pronunciare poſſent, exhibere; plùs enim huiuſmodi ſymbola, ſoli Deo nota, & ſuæ diuinæ naturæ & eſſentiæ veluti ſpecula quædam, valere putabant, quàm multas verborum ambages: intimiùs quoque Deo ſe adhæſuros credebant per abditam huiuſmodi ſymbolorum exhibitionem, quàm vocum verborumque mox interiturorum prolatione. Quæ omnia verbotenus Platonicos ab Hermete accepiſſe, is nouerit, qui ſingula cum ſingulis aptè combinauerit. Verùm de his paſſim toto hoc Opere. His præmiſſis, iam quomodo relationem, trinamque Dei eſſentiam exhibuerint Ægyptij, videamus.

CAPVT III.

De Attributis DEI relatiuis.

Dei attributa relatiua.

ÆGyptios ſubobſcuram aliquam SS. Triadis notitiam habuiſſe, ex ijs, quæ paulò poſt adducemus, patefiet. Quam quidem aliunde non profluxiſſe arbitror, niſi ex primorum Patriarcharum ſucceſſiuæ traditionis propagine; quâ dum multorum annorum ſpacio fruitur curioſiſſimus rerum diuinarum ſcrutator Hermes, mirum non eſt, multa ex ijs eum expiſcatum fuiſſe diuinæ ſcientiæ documenta, poſteriſque veluti ſumma & inacceſſa ſacramenta, hieroglyphicis contra profanorum temeritatem munita, ſaxis veluti æternùm duratura, vt in Obeliſco Pamphilio, & in hoc Tomo Claſſe II. copioſè probatum fuit, exſculpſiſſe. Quoniam verò intellectus humanus tantum ac tam impenetrabile diuinæ naturæ lumen ferre minimè poteſt, niſi veræ fidei lumine fulciatur; mirum quoque non eſt, Hermetem hoc deſtitutum lumine myſterium in nonnullis locis non rectè explicaſſe; dum ſubinde tres exiſtendi formas in Deo, nunc ἕξεις ὑποστάσεως, id eſt, tres potentias, teſte Suida (ob quam rem & Triſmegiſtus dictus fuit) Deo affingit. Negari tamen non poteſt, eum de hoc vti primo, ita omnium altiſſimo myſterio aſſumpto ratiocinio, omnes meritò poſteros Philoſophos & Theologos Gentiles multis paraſangis ſuperaſſe. Nam adeo clarè & diſtinctè tres in diuinis hypoſtaſes deſcribit, vt multò dubitent, num à Chriſtiano quopiam primi ſeculi Philoſopho, an à Gentili eiuſdem ſeculi à Chriſtianis inſtructo talia prolata ſint. Certè S. Auguſtinus ſcripta huius Authoris obſtupeſcens, apertè fatetur, non humano ingenio tantùm, ſed diuini Spiritus afflatu correptum tot ac tanta vel ipſis Hebræis ignota, ſolique Patriarchis nota protuliſſe. Eſt itaque primo Pater per ipſum; quem alibi Mentem vocat; alibi, vti ſuprà vidi-

Ægyptij ſubobſcuram Trinitatis cognitionem habuerunt.

Triſmegiſtus non bene explicat myſterium Trinitatis.

Triſmegiſtus tres hypoſtaſes agnoſcit in diuinis.

S. Auguſtinus

vidimus, & Dominum & Patrem, Deum, Fontem, Vitam, Potentiam, Lucem, Mentem, & Spiritum; in quibus verbis non modò ſit mentio ipſius Patris, ſed & Filij, & ipſius Spiritus ſancti. Πατέρα δὲ, inquit, λέγει καὶ θεὸν, καὶ πηγὴν, καὶ ζωὴν, καὶ δύναμιν, καὶ τὸν νοῦν, καὶ πνεῦμα. Sed quid admirabilius hâc deſcriptione? *Monas Monadem genuit, & in ſeipſum reflexit amorem.* Vbi per Monadem generantem haud dubiè Patrem, per generatam Monadem Filium, per Amorem ab vtroque procedentem, Spiritum ſanctum exhiberi voluit. Quam doctrinam confirmat in Pimandro his verbis: *Vna ſola lux fuit intellectualis, ſcilicet Pater ante lucem intellectualem; nihil aliud fuit huius vnio, quam Spiritus omnia continens.* Quis ſub his non videt, per lucem intellectualem primam intelligi Patrem, per ſecundam Filium, per vnionem Spiritum ſanctum? Verba Græca ſunt: Ἓν μέν τι ἦν τὸ φῶς νοερὸν, καὶ ἀνάκτα τῶν φύσεων ἔστι, ἡ μία ἑτέρα ἐκ τοῦ ἑνὸς, καὶ πατρὸς πάντα οὐσίαγεν. Secundam personam quoque Filium Dei, & Verbum lucidum vocat. Ὁ δὲ νοῦς, φησὶν ὁ Ἑρμῆς, ὁ θεὸς. *Mens enim lucidum Verbum, Filius Dei.* Μὴ δὲ διίστασθαι ἀπ' ἀλλήλων, ἕνωσις γὰρ τούτων ἡ ζωή. *Non enim diſtant hæc ab inuicem, ſed vnio omnium vita.* Atque ex his patet, Mercurium hoc loco non hypoſtaſes tantùm diuinas adumbraſſe, ſed & quomodo hæ tres hypoſtaſes omnia opera ad extra ex nihilo in lucem produxerint, ſequentibus verbis oſtendiſſe: Ἐκβοᾷ τότε ὁ Ἑρμῆς εἰς τὴν κατωφερῆ γενέσιν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου, εἰς τὸ καθαρὸν ἐν φύσει δημιούργημα, ᾧ ἑνώθη τὸ δημιουργῶ, ὁμοούσιον γὰρ ἦν. *Exiliit ſtatim ex deorſum latis elementis Dei Verbum, in purum Dei opificium, & vnit ſe Opifici Menti, conſubſtantialis enim erat.* Hic exhibet apertis verbis Patrem per Opificem Mentem, Filium per Dei Verbum, Spiritum per vnionem, quâ Opifici Menti Dei Verbum vnitur; & nè quis credat, accidentali quâdam vnione fieri, addit verba ὁμοούσιον γὰρ ἦν: eſt enim conſubſtantiale Opifici Menti Verbum Dei, eiuſdem naturæ, eſſentiæ & ſubſtantiæ: cùm verò Verbum à Mente Opifice non diſtet, vt ſuprà aſſerit, ſed ipſi vnitum ſit, certè & vnio vnionis hæc, quæ eſt Spiritus ſanctus, cum Patre & Filio idem quoad naturam & ſubſtantiam eſſe neceſſe eſt. Porrò Mentem hanc primam generatricem eſſe & conditricem, non manu, ſed verbo, apertè docet his verbis: Φύσις τῷ νοερῷ ἐστιν ὁ λόγος, φύσις δὲ γεννητικὴ τοῦ δημιουργοῦ. Τὸν πάντα κόσμον ἐκίνησεν ὁ δημιουργὸς ὁ Πατὴρ, οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ. *Natura intellectualis Verbi, natura eſt genitrix & conditrix, totumque Mundum fecit Opifex Pater, non manibus, ſed Verbo.* Atque hæc ſunt pronunciata Mercurij de SS. Triade, àquo omnes poſteri, Orpheus, Pythagoras, Plato, Zoroaſter ſua pleraque deſumpſerunt, vti in Sphyngè myſtagoga demonſtrauimus. Nam & Zoroaſter Deum πατρικὸν μονάδα, *paternam Monadem* vocat, & Monadem duo generantem; Τοιαὶς δὲ μονὰς ἡ Νοερὰ προύνοια ἐστὶ Μονὰς, ἣ δύο γεννᾷ· Δυὰς δὲ ἐστὶ τοῦ κόσμου· *Vyas enim apud hunc ſedet.* Prima itaque generatio protenſæ Monadis, eſt Dyadis, quæ Dyas cum Monade facit Triadem, vti his verbis indicat: Πατὴρ δὲ ὁ κόσμου λόγων ἔχων. Ἓν μόνας ἄρχει· *Toto enim in Mundo fulget trias, cuius Princeps Monas eſt.* Καὶ πάντες ὑπ' ἐκείνου ἄρχονται· *Nam tribus hiſce principijs ſeruiunt omnia.* Nam πάντα οὖν ἐνέλαβε πατὴρ, καὶ τῷ πατρὶ πάντα ἤρκεσεν· *Omnia perfecit Pater, & Monti tradidit ſecunde, quæ eſt Filius.* Tertium verò principium vocat terminum paterni profundi, vt ſe-

Triſmegiſtus mentionem facit Patris & Filij, & Spiritus ſancti.

Triſmegiſti doctrina de Trinitate.

Ethnicorum Theologi à Triſmegiſto didicerunt Theologiam.

Zoroaſtri de Trinitate ſententia.

quitur: Ἐν ᾧ πᾶσα πηγὴ βυθοῦ, καὶ πᾶσα ἀρχὴ μένει. *Et unum terminus paternæ profundi, & fons intellectualium*, hoc est, totius SS. Triadis. Sed vide suprà in Classe III. de Zoroastreis effatis hæc omnia vberius expolita.

Symbola quibus Trinitatis ac cæterę diuinitatis Sacramenta,

Sed vt doctrina tradita hieroglyphicis contentiat, quęis memoratis diuinitatis Sacramenta symbolis expresserit Hermes, videamus. Primò enim cùm tres in Deo formæ, vt Ægyptij loquuntur, quas Orthodoxi hypostases vocant, sub vnitate naturæ noteſcant; circulum alatum & serpente fœtum posuit, huius eam arcani mysterij symbolum, vt patet ex Obelisco Pamphilio, & ex tabula seu mensa Iliaca, vbi nulli non simulachro suprapositus spectatur, vti suo loco videbitur. Per circulum, puram diuinitatis formam, Numen æternum, immensum, ab omni materiæ illuuie abstractum signauit; per serpentem, secundam diuinitatis formam (est enim serpens animal vniacissimum, & nullo membro, teste Horo, præter os constans) seu Verbum Dei, & secundam Mentem Opificem, apposite notauit; per alas globo affixas, tertiam diuinitatis formam, Spiritum omnia pertradentem, aptè expressit; atque hoc pacto per totum ex tribus coalitum per modum vnius cuiuspiam consideratum, diuinam naturam, tribus distinctis potestatibus constantem, indicauit. Verùm vberiorem horum omnium expositionem, innumeris authoritatibus stabilitam, in Obelisco Pamphilio lib. 3. fol. 400. Lector curiosus expendat velim. Iterum per triangulum æquilaterum hæc omnia pari ratione expressit Hermes, hâc tamè differentiâ, quòd in circulo diuinam naturam trinam, absque omni ad creaturas respectu, in triangulo verò diuinitatis naturam trinam prout relationem quandam ad creaturas dicit, mirâ ingenij vi, indicauit; tametsi & circulus, & triangulum in diuinæ naturæ consideratione idem prorsus & vnum sint; quod iam paulò suprà explicandum duxi, vt admirabilis ille in Hermete ingenij & intellectus vigor luculentiùs innotescat.



Triangulum æquilaterum Deitatis symbolum,

Circulus & triangulus Deitatis symbolorum explicatio.

Circulus est figura vnionis & simplicitatis perfectæ, vti suprà ostensum fuit, & triangulũ in Deo est circulus, vt in Geometria hieroglyphica diximus; & ita Trinitas est Vnitas: Sicuti autem circulus infinitus est, ita & vnitas pariter infinita vt sit, necesse est: vnde & omni expressibili vnitate magis vna & identica est, ita vt omnes etiam relatiuas oppositiones antecedat, quoniam ibi aliud & diuersum identitati non opponuntur, atque

atque ad eã omnia quæ sunt, eique conueniunt, absque diuersitate & alteritate sui ipsius, vt non filialis bonitas, nec alia sapientia eius, sed idem, unica siquidem est eius duratio, vt præcesserunt non sit aliud in eo, à futuro, & futurum non aliud à præterito, sed sunt una duratio, & æternitas, omnia principia & finis existens; nam tantum est in ipso principium, vt finis in eo sit idem principium. Quæ omnia clarè patent ex circulo infinito, qui cùm maximus sit, eius diameter maxima quoque sit necesse est, & consequenter circumferentia diametro æqualitur; infinita verò diameter infinitum medium habet, medium hoc centrum est, centrum ergo, diameter, & circumferentia idem sunt; vt proinde ex hoc pateat sensus & scitissimi Hermetici suprà adducti, *Deus circulus est, cuius centrum ubique, circumferentia nusquam*. Est itaque omnium maximum istud, cui nullum non opponitur præd. centrum est in eo circumferentia. Ex hisce patet, quomodo omnium maximum perfectissimè est intra omne simplex & indiuisibile, quia centrum infinitum; & extra omnia quæ Mundi ambitu continentur, quia circumferentia est infinita; & quia omnia penetrat, dicitur diameter infinita; quia verò principium omnium, centrum dicitur. Vides itaque, quomodo maximum cum nullo idem est, neque diuersum, & quomodo omnia in ipso, ex ipso, & per ipsum; nam non esse in ipso est maximum esse, sicut minimum est maximum, & de mensura omnia mensurari, quæ est de potentia in actum, & redeundo de actu in potentiam mensura est compositionis a principijs ad indiuidua, & resolutionis indiuiduorum ad principia, & formarum perfectarum circularium operationum, motuum quoq; super se & ad principium redeuntium, similiumque, quorum vnitas in quadam circulari perpetuitate consistit. Imò tota trias in ipso perfectissima vnitas est, quemadmodum in centro infinito, centrum, diameter, & circumferentia vnus est consummatissima; ita vt per centrum quidem principium circuli, prima hypostasis Pater; per diametrum, secunda hypostasis, Filius; per circumferentiam omnia vnientem, tertia hypostatis, Spiritus sanctus appositè exprimatur. Ex dictis quoque patet, quomodo tota Theologia per circuli proprietates aptè exprimatur, ita vt omnia diuinæ essentiæ attributa ad inuicem circulari quodam intellectus motu verificentur, ita vt summa iustitia sit summa veritas, & summa veritas sit summa iustitia, & sic de cæteris attributis. *Sed ad institutum reuertamur.*

Circulus infinitus Dei symbolum potissimum.

Circuli proprietates totam Theologiam exprimunt.

Triangulum itaque æquilaterum Ægyptij assumebant ad triformem Dei naturam, vt ipsi loquuntur, indicandam, quæ cùm in Deo infinita sit, tres angulos pariter infinitos vt habeat necesse est; vnde personarum diuinarum æqualitas ex infinito nullo colligitur. Cùm verò plura infinita esse non possint, sequitur necessariò, in magno illo diuinitatis trigono tres hosce infinitos angulos, vti & cætera, prorsus vnum esse; imò & hoc triangulum circulum esse, & circulum triangulum, & angulum latus, & latus angulum esse, quemadmodum circumferentia diameter, & diameter circumferentia, & duo hæc vnum & idem centrum sunt in diuinis. Quoniam tamen in triangulo nescio quæ alteritas, nostro concipiendi modo,

Triangulũ proprietates Dei proprietates exprimunt.

modo, ob angulorum resultantiam, quæ minime in circuito est, consistebatur; hinc apposite sane circulum veluti diuinæ naturæ triformis, vt loquuntur, ab omni rerum creatarum consortio remotæ prototypon assumpserunt; triangulum verò diuinæ naturæ triformis, in quantum ad extra procedit. quæ omnia sanè pulcherrimo hieroglyphico innuerunt, vt sequitur; vbi Horus Mundus sensibilis, affixum dorso gerit triangulum, cui globus annexus est, quo indicare voluerunt, ex trigono archetypo Mundum hunc sensibilem ad diuinæ essentiæ similitudinem sphæricum profluxisse, siue quod idem est, ex sphæra archetypa Mundum hunc sensibilem ad essentiæ diuinæ exemplar trigonum profluxisse; omnia siquidem triadis signaculo suisse insignita, mirabili quidam ingenii perspicacitate notabant, quod quidem mysterium pulcherrimè per sequens symbolum passim in

Hori hieroglyphicum Dei symbolum.

Nota Z tollat, triangulo figura dorso annexo dorso globum.

Obeliscis obuium, exprimendum censuerunt. Sphæra est, ex qua tres triangulorum catenæ deducuntur: & per sphæram quidem diuinæ essentiæ prototypon; per trigonum triformis Dei natura indicatur; per tres catenas triangulorum, tres Mundi, Intellectualis, Sidereus, & Elementaris; qui omnes trigoni characteris signaculo ad diuinæ mentis similitudinem notati sunt, exhibentque omnium rerum in Deo existentes ideas, vt alibi susè ostendimus, & in III. Tomo ex professo declarabitur; quare ea hoc loco tantùm indicasse sufficiat.

CAPVT IV.

De Mundi intelligibilis, & intellectualis ordine & dispositione.

Plato.

Triplex Mundus ex vnitate archetypa prodijt. Trismegistus.

TRiplicem Mundum ex vnitate archetypa prodijsse, Plato Author est, vtique ab Ægyptijs id edoctus. Vel vt Zoroastres, Mundus ex paterno fundo tribus triadibus compositus processit. Quomodo autem id factum sit, Hermes in suo Pimandro ostendit. *Cernebam enim immensum quoddam spectaculum, omnia videlicet in lumen conuersa, suaue nimium atque incundum, quod intuentem me mirisicè oblectabat. Paulò post vmbra quædam horrenda, obliquâ reuolutione subter labebatur, in humidamque naturam migrabat, ineffabili tumultu exagitatam. Inde fumus quidam magnus insonitum erumpebat; ex sonitu vox egrediebatur, quam ego luminis vocem existimabam;*

bam; ex hac luminis voce, Verbum factum prodijt. Verbum hoc natura à humide aditans, eam fouebat; ex humide autem naturæ visceribus, sinceritas leuis ignis protinus euolans, alta petijt. Aër quoque leuis spiritui parens, medium regionem inter ignem & aquam fortiebatur. Terra verò & aqua sibi inuicem commixte iacebant, vt terræ facies aquis obruta nusquam pateret. Hæc duo deinde remota sunt à spiritali verbo, quod eis superferebatur, aures eorum circumsonans. Tunc Pimander ait: Aduertis quid hæc sibi visio velit? Cognoscam, inquam. Ait ergo Pimander: Lumen illud ego sum; Mens, Deus tuus, antiquior quàm natura humida, quæ ex vmbra effluxit. Mentis verò germen, Verbum lucens, Dei Filius. Quid ergo inquam? Sic, inquit, cogita, quod in te videt & audit, est Verbum Domini, Mens autem Pater Deus; neque enim distant ad inuicem: horum Vnio vita est. Quæ omnia tam aptè dicuntur, vt ea ex Genesi excerpsisse videatur. Pergit deinde: *Elementa naturæ vnde manarunt? Pimander: Ex voluntate Dei, quæ Verbum complexa, pulchrorum intuita Mundum, ad eius exemplar reliqua sui ipsius elementa vitalibusque seminibus exornauit. Mens autem Deus, vtriusque sexus fœcunditate plenissimus, vita & luce cum Verbo suo Mentem alteram Opificem peperit, qui quidem Deus igneus atque Spiritus Numen, septem deinceps fabricauit gubernatores, qui circulis Mundum sensibilem complectuntur; eorumque dispositio Fatum vocatur.* Constat ex inde *Dei Verbum, ex elementis deorsum tendentibus, purum naturæ artificium, vnumque est Opifici Menti. Consubstantiale enim erat. Reliquæque sunt Elementa naturæ deorsum cadentia sine ratione, vt sint tanquam sola materies. Mens quidem Opifex vna cum Verbo circulos continens, ac celeri rapacitate conuertens, suum ad se machinam flexit, eamque volui à principio sine principium & finem absque fine præcipit. Incipit enim illic semper vbi desinit. Horum profectò cursuum circuitus, quemadmodum ipsa Mens voluit, ex elementis inferioribus animalia tonstauit rationis expertia; neque enim præbuit rationem. Aër volatilia protulit, aqua verò natantia. Distincta quoque inter se sunt aqua & terra eum in modum, qui Menti placuerat. Terra postmodum animantia, quæ intùs habuerat, peperit, quadrupedia videlicet, serpentia, feras, agrestia pariter atque domestica. At Pater omnium intellectus, vita & lux existens, hominem sibi similem procreauit, atque ei tanquam filio suo congratulatus est: pulcher animabat, Patrisque sui ferebat imaginem. Deus enim re vera propria forma nimium delectatus, operæ eius omnia vsui concessit humano. Hominem autem cum considerasset in Patre suo rerum omnium procreatorem, ipse quoque fabricare voluit. Vnde à contemplatione Patris ad sphæram generationis delapsus est.* Verbo itaque Dei iuxta Hermetem Mundus constitutus est, quod & Orthodoxæ fidei congruit, iuxta illud: *Verbo Dei cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Hinc alludit illud Zoroastreum, vti suprà in effatis Classe III. patuit: *Pater omnia complexus, ea Menti tradidit secundæ.* Verùm vt hæc luculentius pateant, paulò altius deducti visum est.

Verbo Dei factum Mundus secundò Hermetem.

Zoroaster.

Fundum Paternum quid.

Mundus itaque ex Paterno fundo tribus triadibus compositus emanauit, iuxta Chaldæorum, Ægyptiorumque mentem. Quomodo à Fundum Paternum, vt suprà in Classe III. in Effatis Zoroastreis docuimus, nihil aliud est, quàm Verbum Paternum; Pater enim omnia confecit; &

Mentis traditio secunda, qui est Filius: quicquid itaque in Patre, hoc ipsum transfudit in Filium, id est, in profundum suum. His positis, triplicem Chaldæi asserunt rerum multitudinem; primam in Patre, quæ ingenita & improducta est, & est virtualis quædam multitudo summè vna, neque ab eo prodijt vnquam. Alia est in profundo Paterno, id est, Filio, quæ vti à Patre emanauit, ita prorsùs est ab eodem indistincta, indiuisa, & increata; non enim ex nihilo, sed ex omnium maximo est producta: nam si in Patre priùs erat, & ex eo in totum profundum suum fuit diffusa, Pater autem est omnia, omnia non sunt nihilum; ergo non sunt ex nihilo; non sunt ergo creata; ergo omnia ea, quæ extra profundum sunt, propriè creata esse dicuntur, Mundus videlicet Angelicus, Sidereus, & Elementaris; sunt que entia vel corporea, vel incorporea, vel corporea simul & incorporea: nam quæ in profundo existere dicuntur, tametsi incorporea sint, ineffabili tamen modo, vtpote increata, dictis supereminent. Quomodo autem hæc vniuersa Mundi machina tribus partialibus Mundis comprehensa, à profundo profluxerit, adeo inuestigatu difficile est, vt omnes in eo inquirendo humanæ mentis conatus hebescant: si enim illinc prodierunt, quomodo dicentur creata? in ipso enim vniuersa condita sunt, in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, omniaque per ipsum, & in ipso creata sunt, iterumque ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Si itaque in ipso fuerunt, quomodo ex nihilo prodierunt? Sed nodum hunc adeo difficilem, quantum ingenij mei nullitas permittit, explicemus. Ex nihilo creare est, ex nulla præcedente materia rem conficere, hæc enim omni factioni, fabricationi, generationi, opificio, artificioque necessariò vel subijcitur, vel præquiritur: sed in creatione Mundi nulla opus habuit Deus materia, ex qua, aut ex quibus ea faceret, aut in quibus ea efformaret; ex nihilo igitur rectè Deus omnia fecisse dicitur. *Omnia itaque Pater perfecit, ergo Menti tradidit secundæ*; non enim emanatio diuina per saltum à Patre in profundum suum facta fuit; sed à Patre in vltimum profundi sui terminum facta fuit actione sempiterna, immutabili, indiuisa, indistincta. Quæcunque itaque extra profundum creata sunt, ab Vnitrino principio creata sunt. Pater voluit, Verbum dixit, & facta sunt; simul ac ergo Verbum ea protulit, facta sunt, sed non ampliùs talia, qualia quæ in eo remanserunt; siquidem ab Vnitate essentiali secreta non ampliùs simpliciter vnum sunt, sed multitudo, eaque varia in multos gradus, latitudines, series, & catenas diffusa; cuius multitudinis per omnigenam suam simplicitatem ipse Vnitrinus Deus principium fuit, & causa, & effector, & conditor, & factor; & dum ea de se, & extra se profert, illa subitò ab vno quasi decidentia in multitudinem diffunduntur, non quidem imperfecta, ὑπὸ τῶν πατρικῶν ἀγαθοτήτων, ἢ ἔνδειαν. *Non enim à Paterno principio imperfectum quid ruitatur*; vt Zoroastres ait; neque confusa prodeunt, confusio enim maxima quædam imperfectio est, sed ordine quæque suo. Itaque primò Mundum Angelicum, vtpote immediatum Dei opus, eique proximum; deinde Sidereum, & Elementarem Mundum, cum omnibus, quæ in iis con-

Chaldæi triplicem rerum multitudinē asserunt.

Triplex Mundus quomodo ex nihilo creatus.

Zoroaster.

continentur, produxit. Porrò causa productionis alia non fuit, nisi infinita Dei bonitas; quia enim bonus est, Pater est; quia verò Pater est, principium est; quia principium, ideo causa est; & quia rerum causa est, Deus est; & quia omnium rerum causa est, omnipotens est; hæc enim, teste Hermete, duo nomina, *Bonum*, & *Deus*, soli ipsi competunt. Vidimus productionem rerum, iam singula opera distinctè examinemus secundùm mentem Veterum.

§. I.

De Mundo Angelico seu Intellectuali.

Mundus Angelicus seu Intellectualis.

VIdebant veteres omnium eorum, quæ producta sunt, alia esse ἀυτοσυσία, id est, quæ propria sua hyparxi & essentia, proprijsque viribus innixa, vt sint, nullo egerent alterius vllius adminiculo, nisi Deo productore & Creatore, quia ea, vti produxit, ita conseruat semper, & continet nè in nihilum abeant, & ad se conuertit, & pro illorum viribus & dignitate ad se reuocat. Atque hæc sunt incorporea, quæ in Mundo archetypo existere putabant, ideæ, vnitates, essentiæ, vitæ, intellectus, & animæ. Alia verò ἐτεροσυσία sunt, id est, in alio & per aliud subsistentia & existentia, cuiusmodi sunt corpora, & corporea vniuersa: corporea sunt, quantitates, qualitates, harumque operationes & passiones, quæ corpore egent tanquam fulcimento, sine quo nec existerent, neque subsisterent, iuxta accidentium definitionem; corpora verò ipsa & loco egent in quo sint, & materia in quam formæ introducantur. Cùm itaque ἀυτοσυσία & ἐτεροσυσία veluti duo quædam extrema cognoscerent, necessaria esse inferebant media quædam, quæ inter extrema ponerentur. Atque talia media dicebant esse primùm Intelligentias, mundani opificij conseruatrices; deinde ipsam naturam rerum; tertiùm totam animæ latitudinem. Cùmque singula recensitorum necessariò habeant essentiam, potentiam, & operationem propriam; primò ἐτεροσυσία corpora vti in ipsa natura subsistunt, ita quoque potentiam & operationem suam habebunt in alio, ita vt quicquid vel posse, vel operari videntur, per naturam in illa infusam & possint, & operentur; vnde consequenter neque in se, neque in aliud possunt agere & agunt: quod si neque in se, neque in aliud agere possunt, neque etiam se conseruare poterunt: & si se conseruare non possunt, neque etiam seipsa viribus suis continent; ergo ab alio continentur & conseruantur: verùm hoc conseruans minimè corpus esse poterit; necessariò ergo ab incorporeo, eoque quidem toto sibi coextenso, quam naturam dicebant. Ad hoc pulchrè sanè alludit Virgilius:

Spiritus intus alens, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscens.

Virgilius.

Et Zoroastres aperte indicat sequentibus verbis oppidò mysteriosis:

Zoroaster.

Νώτοις δ' ἄμπαυε θεὸς νόος ἀκάματος ἐπὶ ἔργοις,
ἃ ἔχεις ἀεὶ νόος ἀκαμάτοις πείθων τὰ ἑξῆς.

Suprà dorsum Deæ natura indefessa attollitur,
Imperaque natura indefessa Mundi sua, operibusque.

Anima Mundi.

Per Deam hoc loco nihil aliud nisi animam Mundi intelligunt; per Naturam verò indigitantur Mundi hylæi, ætherei, & empyrei, quorum dorso Dea insidet indefessa, ad operationes singulis consentaneas sollicitans, & vt Zoroaster ait, ἀσβόλῳ ἰμὰς ψυχικὰς ἀφεὶς, πῦρ, ἄβρεχα, πλῆρες, affatim animans lumen, ignem, æthera, Mundos. Quæ omnia fusiùs pertractata vide suprà in Classe VI. *Anima* enim *est*, vt Zoroaster ait, *quæ ornauit magnum cælum*, ψυχὴ δ', ἣ κοσμήσασα θεμέλιον ἐσχάτου, καὶ κοσμήσασα αὐτὸ παρῆν· ἅμα *ornat simul cum Patre*. ψυχὴ δ' ἀνάμεσα πατρὸς ἅμα φαινὸς, ἀθάνατον τὸ μέσον, καὶ ζωῆς δεκτικὸν ἐόν, καὶ ἐκ κείνου πάλιν πλαγίοις πλαγίοις ἀκλινὲς. *Anima siquidem*, inquit Zoroaster, *ignis potenti à Patris est reluctens, immortali sisque manens, & vita domina est, & habet Mundi multas plenitudines sinuum*. Quæ quidem cùm intellectualis sit, mente quidem continet intelligibilia, sensumque inducit Mundis, Νῷ μὲν κατέχει τὰ νοητὰ, αἰσθήσεις δ' εἰσάγει κόσμοις. Mente enim imitamen est patrem verò habet quid corporis, mistisque canalibus, igne incorrupti opera efficit; id est, animamente suâ participata continet intelligibilia, sed Mundis sensum indit, eosque sensibiles facit; quoniam, vt Zoroaster putat, intellectu Patrem imitatur, producendo corpora quidem per radium suum, quæ est natura corporibus infusa, varijs quidem vijs, quas canales appellat, sicuti Cabalici, vti suo loco visum est, Sephiroticas Mundi semitas, canales vocant; instrumento caloris æterni omnia operans & perficiens. Porrò supra animam sunt Intellectus, qui Muadorum curam habent; κἂν ἀεὶ ἔχωσι κόσμους ἀκηράτους ἀκαμάτους, ἀλλὰ τῷ ἔρωτι τῷ ἑαυτῶν πρὸς τὸ πατρῶον. *Mundus enim habet intellectuales sustentatores inflexiles, quem sustinendo custodiunt; sed & custodes operum sunt Patris*. Catena itaque hæc, seu ἕλξις, vt Ægyptij loquuntur, verè aurea, Patris, mentis, mentium, animæ, naturæ, ea corpora, quæ seipsis sustentari, conseruari, aut custoditi non possunt, à Patre primò eorundem factore, tùm ab intellectibus, animabus, naturisque continuò & sustentari, & conseruari necessarium erat, eo modo quo Aristoteles cœlos à mentibus moueri, eo in motu conseruari, ab ijs omnem inferioris Mundi œconomiam regi, & ab ijs denique, quæ supra cœlos sunt, omnibus & esse & viuere, propanare tradidit. Sed iam paulò fusiùs Angelici Mundi arcanum rimemur.

Ethnicorum Theologorū de Dei forcun dissor opinio.

Mens itaque Opifex, iuxta Ægyptiorum, Chaldæorum, Platonicorumque dogmata, Verbi & boni supernis influxibus grauida facta, sterilis minimè esse potest, sed parere aiunt continuò, partaque continere, custodire, seruare, tùm prima quæ à se prodierunt, tùm quæ à se longiùs profluxerunt. Profluxisse autem à se aiunt entia prima, à primis secunda, à secundis tertia, a tertijs quarta, à quartis quinta, à quintis sexta, à sextis septima, à septimis octaua, ab octauis nona, à nonis decima. Quem quidem profluxum si virtutem quandam creatiuam intelligunt, falso & contra

Patet Mens prima.

contra orthodoxæ doctrinæ leges perperam sumunt; à prima siquidem, & mentium omnium supremarum Mente omnia facta sunt, & sine ea factum est nihil: si verò vim influxiuam & conseruatiuam intelligunt; recte opinantur; *Pater* siquidem *omnia perfecit, & Menti tradidit secundæ*, id est, omnia Pater proximus rerum omnium Opifex, de se prima Mente, vt Platonici loquuntur, deprompsit, & ea secundæ Menti, quæ, & ipsa, vti Hermes testatur, & Verbo & Patri erat ὁμόσιος, id est, *consubstantialis*, tradidit; si itaque ὁμόσιος, ergo & ὁμοδύναμος, ὁμόσιος, ὁμότιμος, id est, *compotens & æquipotens, cooperator & æquioperator*, verbo, omnipotens vt esset, necessarium erat, eiusdem videlicet essentiæ, potentiæ, & operationis; quarum trium huiusmodi nulla ab alia separari potest. Quæ quidem pulchrè triplici productorum Mundorum ordini correspondent, & totius Ægyptiacæ & Chaldaicæ Theologiæ summa est, quam paucis quidem verbis, sed abditis sacramentis plenis, Zoroaster indicat: Μίαν ἀρχὴν πάντων ἐξάρχειν, καὶ δεύτερον τὴν μίαν ἀνάγειν ἐπὶ δύναμιν· εἶτα πατρικὸν τινὰ βυθὸν εἰδέναι ἐν τρισὶ βυθοῖν εὑλισσόμενον, ἐκ τούτου δὲ νοῦν ἔχοντα πατέρα, δεύτερον, καὶ τρίτον. Id est, *Vnam principium rerum omnium constituunt, & id Vnum & bonum concelebrant; deinde Paternum quoddam profundum venerantur ex tribus triadibus compositum; vnaquæque verò trias Patrem habet, Potentiam, & Mentem*. Sed explico. Prima trias ab Opifice Mundi producta, est Mundus Intellectualis; secunda trias est Mundus Siderеus; tertia Elementaris; in quibus omnibus Deus Opifex operatur omnia in omnibus, immediatè quidem per se omnia conseruando, & Verbo virtutis suæ sustentando, secundariò per Intelligentias veluti præsides & custodes singulorum Mundorum, ἐπόπτας, vti dictum est; adeoque aptè per tres hasce triades indigitantur nouem Angelici Chori, iuxta orthodoxorum sententiam Theologorum. Et quemadmodum in Ideali seu Archetypo Mundo trias est, Pater, Potentia, & Mens, id est, Pater, Verbum seu Filius, & Spiritus; ita in singulis reliquis Mundorum triadibus sit Paternus quidam ordo, Potentialis, & Mentalis ordo, vt Ideatum ideæ suæ exemplatique vndequaque respondeat, & penitùs assimiletur, necesse est; adeoque primus in singulis triadibus ordo in secundum, hic in tertium, mirâ quadam virtute influat, non contrà. Et intelligibilium quidem primus ordo is dicitur, qui tantùm intelligitur, & hic est supremus; secundus, qui & medius, intelligibilium simul & intellectualium est, hoc est, eorum, qui intelliguntur & intelligunt, vti Zoroastres dicit, & nos suprà in Classe III. ample exposuimus; tertius verò ordo intellectualium est, qui tantùm intelligit. Vnde facilè colligitur, supremum ordinem triadum supra intellectum esse, & à medio ordine tantùm intelligi; tertium verò à medijs illuminari, intelligereque & se & superiora inferioraque, vti Psellus ait. Ad hos tres ordines facilè accommodari possunt Hierarcharum ordines à S. Dionysio recensiti. Nam S. Dionysium huius Angelicæ dispositionis notitiam aliquam habuisse patet, quid ipsidem ferè nominibus vtatur, quibus vsus est Zoroaster: meminit enim Telearcharum & Amilictorum, de quibus postea. Sed cùm hoc mysteriorum profundum nemo hucusque recte inter-

Pater omnia perfecit, & tradidit Menti sequidem.

Zoroaster.

Fundum Paternum ex tribus Triadibus compositum.

Tres Triades quæ.

Intelligibilis tres ordines ex Zoroastre.

Pseltus & Dionysius Zoroastrem.

pre-

pretatus sit, mearum partium esse tatus sum, totius huius Ægyptiaco-Chaldaicæ Theologiæ tenorem, quantum ingenij vires permittent, hoc loco exponere. Quod antequam fiat, primò textum ipsum ex Plethone adducere visum est; sic autem dicit in Oraculorum Chaldaicorum expositione: *Chaldæi septem Mundos statuunt corporeos, ignium vnum eumque primum, post hunc tres æthereos, deinde tres materiales, è quibus vltimus terrestris dicitur, & locus ósor, qui locus est subter Lunam, ibi se etiam materiam complectens, quem fundum nominant. Vnicum arbitrantur esse rerum omnium principium, idque proficeatur vnum esse, & bonum; deinde colunt πατρικὸν δυάδα, id est, Paternum quoddam fundum ex tribus trinitatibus compositum, quælibet autem trinitas habet Patrem, Potentiam, & Mentem. Postea sequitur Iynx mentem comprehensibilis. Huic proximi sunt συναγωγοὶ, id est, Mundorum Rectores, ἐμπύρεοι & ἀιθέριοι, καὶ ὑλαῖοι, id est, igneus, æthereus, & materialis; post Rectores, ἡγεμονίαι, id est, cæremoniarum Principes. His succedunt perennium fontium Patres, qui & Mundi Ductores nominantur, τελεσμὸν πατέρες, ὃ καλεῖ μέσον κόσμον, ὅτε ὁ πρῶτος ἐπικόσμιος λαμπρὸς Θεὸς ὁ δεύτερος ἐπικόσμιος, τὸν ἐν ἕξει ἀμέλλοντα, & ἡγεμονικὸς ὁ ἐπικόσμιος. id est, quorum primus semel suprà dictus est, post quem Hecate, deinde is quem his suprà nominauimus, ab hac sunt tres implacabiles, & omnium vltimus ἐπιχθόνιος, id est, Succinctor. Venerantur quoque fontanam triadem fidei, veritatis, & amoris dicunt; etiam archicum Solem à Solari fonte, & Archangelicum, & fontem sensus, & fontanum iudicium, & fulmineum fontem, & fontem dioptrarum, & characterum fontem insidentem incognitis synthematis, fontanasque summitates Apollinis, Osiridis, Mercurij, Martiales verò fontes dicuntur centrorum, & elementorum, & somniorum zonam & fontanam animam. Post fontes dicunt esse principia, sunt enim fontes principijs principaliores. Zoogonorum principiorum summitas Hecate vocatur; Medietas animæ archica, Finis virtus archica. Azonæ præterea apud ipsos sunt, Hecatæ, vti Triecdotis, Comes & Ecclistica. Agonici verò apud ipsos Dij sunt, Serapis, Dionysius, & Osiridis Apollinisque catena. Agonici vocantur, quia in libertate viuunt, potestatem exercentes in zonam, supersedentes manifestis Dijs. Zonici verò vocantur, quia cælestes zonas separatim circumuoluentes, ea quæ hic sunt, administrant; diuinum enim genus apud ipsos est zonæum, cui distributæ sunt Mundi sensibilis regiones, quas circa materialem locum sorte distributas cingit. Post zonas verò est inerrans circulus continens septem sphæras, in quibus sunt astra.* Atque hæc est Theologiæ Ægyptiaco-Chaldaicæ anacephalæosis: in qua explicanda cùm nemo, quod sciam, industriam suam huc usque contulerit, quid tot Deorum triades, tot nominum concatenatæ series sibi velint, & quomodo verè & propriè intelligendæ sint; Deo dante interpretandum duximus.

Theologia Ægyptiaca Chaldaica anacephalæosis.

Antiquorum Theologi aliquanti in Deo Trinitatem agnouerunt.

Sciendum itaque primo non Ægyptios tantùm & Chaldæos, sed & omnes Orphei, Pythagoræ, & Platonis sectatores, aliquam in diuina natura triadem agnouisse; quod vti in præcedentibus ample demonstratum, ita superuacaneum quoque esse ratus sum, hic denuò repetere. Atque adeo iuxta ineffabile illud & incomprehensum vnitrinum archetypum exemplar omnia reliqua Mundorum, tam sensibilium, quàm insensibilium, systemata, veluti sigmaculo quodã insignita, quodam modo vnitrina emerserunt; id quod Chaldæi hoc loco innuere voluerunt. Hinc paternum profundum tribus triadibus compositum asserunt, quarum vnaquæque trias habet Patrem, Potentiam, & Mentem. Compositum dicunt profundum, non formaliter, quemadmodum anima & corpus in vnum hominem coalescunt, seu quod idem est, non intrinsecè, sed extrinsecè per vim creatiuam. Atque hi nihil aliud sunt quàm nouem Angelorum ordines, in tres triades, iuxta diuinæ Triadis ideam distincti. Hinc dupliciter profundum Paternum sumi potest: primò intrinsecè, in quantum tota paterna cognitio & perfecta suiipsius comprehensio, in profundo, id est, Verbo seu Filio suo solo terminatur; est enim, vt Zoroaster ait, finis paterni fundi, & fons mentalium, neque progressus est, sed mansit in paterno profundo, & in adyto per Deonutriens silentium. Secundò extrinsecè, in quantum opera ad extra respicit; & sic profundum hoc Angelicum ex tribus triadibus compositum rectè dici potest. Profundum autem paternum tribus constat, quæ sunt Pater, Potentia, & Mens; & respondent Patri, Verbo seu Filio, & Spiritui sancto, apud Catholicos; apud Ægyptios Hemphtæ, Ammoni, Ichtoni; apud Cabalistas נתר, נשרי, נהר Coronæ, Sapientiæ, Intelligentiæ; apud Orpheum & Græcos Cœlo, Saturno, & Ioui. Atque hæc est Sacrosancta illa Trias, vnus Deus, sub mysticis verborum inuolucris indigitatus, vel potiùs adumbratus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, trias sub vnitate naturæ perfecta, quæ omnia permeans, ab omnibus segregata, in suæ dignitatis & supereminentiæ abyssо sese à nostris sensibus, & à nostris cogitationibus in altum rapuit.

Explicatio Theologiæ Antiquorum de Trinitate in Diuinis.

Profundum paternum dupliciter sumi potest.

Profundum Paternum tribus constat.

Iuxta hanc itaque triadem omnes creaturarum ordines & gradus signatos esse, Veteres crediderunt. Prima quidem Trias Intelligibilium, tantùm ordinem continet; secunda intelligibilium simul & intellectualium; tertia denique intellectualium tantùm, vti diximus, ordinem continet. Primus ordo dicitur Iyngæus, quæ sunt primigeniæ Dei creaturæ, sublimes, arduæ, ab omnibus non dicam sensibus, sed & cogitationibus abstractæ Mentes; quæ non incongruè Seraphim, Cherubim, & Thronis æquiparantur: nam vt rectè Zoroaster docet. Νοεροὶ ἄρχοντες πατρικοὶ τοῦ νοὸς πατρὸς, *intellectæ Iynges à Patre, intelligunt & ipsæ; τοῦ βουλεύματος ἀφθέγκτου νοεροὶ πόθοι; Consilij ineffabilibus mouentur vt intelligant.* hæ lucidos Mundos scandunt, Patrisque opera intelligentes sensibilibus operibus & corporibus ea reuelarunt. Hinc non malè ab Ægyptijs depinguntur humanâ facie, reliquo corpore pennarum alarumque multiplici amictu vestitæ, vt in sequentibus 3 figuris apparet. Sequitur hanc Iyngæam triadem, Trias Synochorum, id est, Mundi Rectorum, quorum primus ordo Patrum est empyreus, secundus æthereus, tertius hylæus; primus in empyreas Mentes influit, secundus in æthereas, tertius in hylæas, quibus cum numerantur Telutarchæ, id est, Principes cæremoniarum. Tertia Trias continet Fontanos Patres, qui & Mundi ductores dicuntur; huius triadis primus ordo continet eos, qui semel dicuntur, id est, ob summam eorum excellentiam & naturæ sublimitatem intelligibiles tantùm sunt,

Ordines tres Creaturarum

Iyngæorum trias & ordines tres.

Zoroaster.

Synochorum trias, & ordines tres.

Mundi ductorum trias, & ordines tres.

sunt, & vix mente humana attingi possunt; secundus ordo continet Hecates, id est, innumerabili idearum fœtura prægnantes; tertius ordo Amilictorum est, quæ sunt potentiæ inflexiles, rigore summo diuinum vindicantes honorem, quorum pedisequi sunt Hypozoci, id est, Succinctores, ad Præsidam sibi superiorum mandata in executionem deducenda, parati; de quibus ita Zoroaster: *Ex ipso enim omnes exiliunt, Amilictique fulmina ejus præferre capaces sinus, omnilucidæ Vigoris patrogeni Hecates, ejus Hypozoci ignis flos ejus fortis, immiscens Vigoris proprium robur in Synochis, ejus quo Mundus habet mentales sustentatores, inflexiles.*

Intelligibilis Mundi nouē ordines.

Atque hi sunt nouem Intelligibilis Mundi ordines, quibus veluti tribus triadibus Paternum fundum compositum esse Zoroaster docet. Quæ omnia amplius explicata sunt in Sphynge mystagoga, in expositione effatorum Zoroastris. Videmus Intelligibilis Mundi triades, nunc triades Siderei Mundi parumper contemplemur.

Trias fontana intelligentiarum Mundi Præsidum.

Venerabantur Chaldæi, vt textus docet, inter alia quoque triadem fontanam fidei (id est, curæ fidelis rerum sibi commissarum,) veritatis, & amoris; quæ trias erat Intelligentiarum Mundi Siderei præsidum; vocabaturque trias fidei, id est, curæ fidelis; veritatis, id est, constantis in operationibus eorum virtutis; amoris, id est, inclinationis summæ, & sympathiæ cuiusdam in procuranda salute & conseruatione rerum sibi commissarum. Fontes autem fingebant septem, qui apposite sane miro quodam modo in Mundo Intelligibili & Intellectuali respondebant septem corporeis siue materialibus fontibus Planetarum. Primus fons vocatur Archicus, id est, Imperatorius, & a fonte materiali Archangelicus, quem & Mundum Solarem alias vocant, quia hic tanquam Princeps & Dux Chorum reliquorum agebat. Secundus fons erat fons sensus, siue sensitiuæ naturæ, ex quo veluti ex Oceano quodam omnia sensitiuæ naturæ consentanea profluebant, & correspondebat Saturno præsidi sensus. Tertius fons erat fontanum iudicium, & competebat Ioui, veluti totius iudicij, rerumque ad œconomiam Sideream, Mundumque politicum rectè administrandum necessariarum copiam suppetebat. Quartus fons dicebatur fulmineus, & Marti rectè competebat, cui proprium est, fulminibus, bellorum terriculamentis, cædibus, peste, similibusque malorum immis-

Fontes Planetarum.

missionibus, Mundum scelcribus immersum infestare. Quintus fons speculorum dicitur, & Lunæ apprimè competit, quæ est veluti Solaris Mundi speculum. Sextus fons amoris dicitur, & conuenit Veneri, ex quo omnes gratiæ & charismata in Mundi ornamentū procedunt. Septimus fons est characterū, & continet summitates fontanas Apollinis, Osiridis, & Mercurij. Characterum fons dicitur incognitis signis & symbolis incumbere, quia ex hoc fonte omnis sapientiæ & diuinationis occultæ circa rerū euentus, quæ non nisi per abditos naturæ characterismos cognoscebantur, fœturam procedere credebant. Atq; horum nonnullos Azonos, id est, sine zonis, alios Zonæos asserquerunt: illi ob summum quod obtinebant in Mundum præsidium, nulli certæ zonæ alligebantur, hi contrà liberè circa cœli zonas voluuntur, & immediatū gubernādi munus obeunt. Sequuntur hos fontiū materialium triades, & est Mundus Elementaris, triplici symbolorum triade infignitus. Prima trias principiorum animalia procreantium, summitas Hecate vocatur; media summitas, anima archica siue principalis; extrema summitas, virtus archica appellatur: prior animalium procreationi, secunda animarum introductioni, tertia virtutum vnicuique rei ad operandum necessariarum distributioni præsidebat. Secunda trias zonia Chaldæorum, Ægyptiorumque trias Hecatica, continebat fu*ωσέρη, ζωπύρα, & ζωπυρινάδα*. Tertia *ὑλικόσμον*, triplici Mundo omnia confert. *πάντα* in omnibus triplicis Mundi vicis & complexis habitat. Ecclysifice spiritu suo omnia concludit. quæ omnia fusius explicata sunt in Obeliseo Pamphilio fol. 518. Post has Zonas circulus tandem Zodiacus occurrit, septem orbes Planetarum complectens, quorum dicti Intelligentiarum ordines præsidere credebantur. Tertia trias Deorum erat Azoniorum, id est, Serapidis, Dionysij seu Bacchi, & Osiridis, & Apollinis Geniorum Siræ incatenæ morem connexæ, quibus omnia & singula trium Mundorum membra mirā quādam ratione ad totius conspirationem connectuntur.

Fontes materiales, & coelestes.

Zonæi & Azonii.

Atque hæc fuit Philosophia, seu potius Theologia veterum Chaldæorum Zoroastris, quæ quidem si cum Ægyptijs rite conferatur, prorsus eandem esse reperies, terminis tantùm immutatis. Nam in Pimandro & Asclepio Hermes varios Deorum ordines, vti sunt Viarchæ, Horoscopi, Decani, Pantomorphi, Dæmonum præterea, Heroum, atque animarum varios choros assignat: septem quoque Zonarum meminit; quæ omnia cùm in Systematica Mundorum, in Astrologia Ægyptiorum, & Sphynge mystagoga exposita sint, illuc Lectorem remitto. Hos autem diuinorum ordines, ample, subtiliter, & diserte ex mente Ægyptiorum describit Iamblichus libro de mysterijs, vbi & nomina singulorum ordinum, eorumque officia, proprietates, operationesque ad longum exhibet, vt paulò post videbimus, in tres triades diuisas. Quorum primus ordo est principium, Deus Deorum, vnitas ex vno super essentiam, essentiæ omnis principium, imò totius essentiæ Pater; ipse enim est Ens supereminens, intelligibilium principium. Secundus verò ordo est Hemphta, cœlestium Deorum Dux, estque intellectus ipsum intelligens, intelligentialque in se conuertens. Tertio ordini præ-

Theologia Chaldæorum Ægyptiorum eadem.

Deorum varij ordines ex Hermete.

Iamblichus.

Deorum ordines, & triades ordinum ex Iamblico.

Prima trias Deorum principium Hemphta, Ichton.

ficitur Ichaos, in quo est principium intelligens & primum intelligibile, quod solo silentio colitur, manetque in Patrem fundo & in abysso per Deo nutriens silentium, vt Zoroaster loquitur, colitur. Horum filiæ sunt Amun occultum latentium rationum potentium in lucem educens; & Phta, qui sine mendacio omnia & artificiose simul cum unitate peragit; & Osiris, bonorum omnium effector. Alteram triadem constituunt Archangeli, Angeli, Dæmones; tertiam triadem Heroes, Principatus, Principes, & animæ. Verum vt omnium rationum Lector cuiusdam docilentius peruideat, hic verba Iamblichi adiungam, addenda putabis ex quibus patebit, Zoroastream & Hermeticam Theosophiam prorsus eandem fuisse; sic autem loquitur: *Deorum pulchritudo occultæ inaffabilis, incomprehensibilis, admiranda, supra modum delectans, Archangelorum. Angelorum, consimilis, sed gradatim inæqualis. Dæmonum & Heroum spiritus per se apparentes pulchritudinem in speciebus determinatis habent: sed illi secundum naturæ essentiæ, hi secundum fortitudinis actum. Principatuum pulchritudo principalis est & nativa, Principum facta, adornata, elaborata. Animarum pulchritudo variis naturibus constat determinata quidem, sed diuisa magis, quam in Heroum forma, sub vna tamen specie comprehensis. Deorum actiones effectusque velocissimi sunt quidem intelligentia deprehendere possis, sed interea penitus stabiles. Archangelorum celeritas mixta est quodammodo efficacibus actionibus. Angelorum cum motu inæquo pariter habens, vt mihi cum doctis perficiunt. Dæmonum actiones celeriores apparent, quam sint effectus & virtutes. Heroes magnifice quidem siue diuinæ actionis, paruis tamen quam Dæmones peragunt. Principatuum cum authoritate & imperio veniunt ad agendum. Principum conatus plurimam vim habet, sed deficit obsistendi. Animarum actiones mobiliores sunt, quam Heroum sed debiliores. Deorum apparentium magnitudo totum Cœlum occupare videtur, quam incedentium, nec terra putatur sustinere posse. Archangelis apparentibus, pater Mundi quidam commouetur, & lumen præcedit in se diuisum; ipsi verò pro magnitudine dominationis suæ, magnitudinem lucis & figuræ præ se ferunt. Angelica forma & lux & minor est, & diuisa magis. Dæmonum magnitudo formaque diuisa magis & minor. Heroica rursus angustior, adhæsaque magnanimus. Principatus prægrandes & validi. Principes insiti superbique & insolentes apparent. Animarum effigies inæquales, Heroibus quæ minor. Denique quilibet pro magnitudine potentiæ suæ & Imperij latitudine, magnitudinem formæ lucisque præfert. Deorum spectacula præclucida nobis occurrunt; fulgentiaque ad summum, & splendore dearticulata mirificè & lucidorum quum sint & vera. Archangelorum vero, perfectaque Angelorum effigies spectum tendunt seruantes præterquam quod à notitiæ plenitudine, agnitione discretione deficiunt. Dæmonum exilis, & quasi caduca. Heroum auxilia. Principatuum perspicua. Principum obscura, sed vtraque imperiosa. Animarum umbrosa. Deorum imagines quam plurimo splendore coruscant. Archangelorum quoque præfulgida, fulgidæ insuper Angelorum. Dæmones vt turbidus ignis apparent. Heroës vastum lumen ex pluribus habent. Principatus quidem puros. Principes autem ex dissimilibus contrariisque confusam ostendunt. Animæ ignium redduntplenum ex multis generationis admistionibus, atque diuisum. Deorum imagines accurrunt*

Alterа trias. Tertia trias.

Iamblichus Zoroastri & Hermetis Theologiam fuse describit.

tanquam ignis individuus ineffabilisque, implens vniuersum Mundi profundum. Archangelorum ignis etiam indiuisus, habens circa se, velante, vel retro, quam pluriuiam multitudinem. Angelorum diuisus ignis, sed in ideis absolutissimis. Dæmonum magis quoque diuisus, sed angustius circumscriptus facile exprimendus, & apud illos qui superiora viderunt, facile contemnendus. Heroicus ignis habet quod horum consimilia, sed non æqualia. Principatuum ignis apprime lucidus: Principum aliquid habet opaci: animarum valde diuisus & multiformes, atque ex multis Mundi naturis admistus. Deorum ignis omnino stabilis est aspectu: Archangelorum stabilitatis particeps: Angelorum stabiliter mouetur: Dæmonum instabilis: Heroum properantior: Principatuum quietus aduenit: Principum verò tumultuosus. Animarum ignis multis motibus transmutatur. Dij animas perfectissimè purgant: Archangeli sursum reuocant: Angeli tantùm soluunt à materiæ vinculis: Dæmones ad naturam trahunt, Heroës ad curam sensibilium operum deducunt: Principatus quidem præsidentiam Mundanorum: Principes verò materialium studium exhibent, Animæ cum apparent, contendunt, trahuntque in generationem. Quicquid purum firmumque est, in imagine nobis occurrente, superioribus attributo generibus. Iam verò præfulgidum eius, quodue in seipso firmiter permanat, Dijs attribue: quod verò fulget atque permauet quidem, sed quoad in alio, Archangelis; quod in alio permanens, Angelis. Item quod mobile est & vagabundum, & alienis plenum naturis, vbique inferioribus ordinibus attributo. Dæmones mixtos in se habent Mundi vapores, ferunturque instabiliter præter vel iuxta Mundi motum. Heroibus generatiuæ spirituum compositiones admiscentur, circa quas & ipsi commouentur. Principatus eodem modo permanent, Mundanum quod habent, ostendentes. Principes materialibus liquoribus pleni sunt. Animæ superfluis maculis & alienis spiritibus sunt repletæ: quibuscum quoties apparent, vnumquodque horum generum se ostendit. Dij materiam repente consumunt: Archangelis paulatim. Angeli soluunt ab ea, & ad sublima reuocant: Dæmones diligenter exorant eam. Heroes coeptant ad eam, competentibus vbique munuis eam strenuè commodè curantes. Principatus adstant si supereminentes, & hoc pacta seipsos ostendunt. Principes impletos se penitus materia manifestant. Animæ puræ quidem seorsum a materia veniunt; impuræ verò materia multoties se nobis ostendunt. Exhibent insuper alijs nobis alia. Dij præsentes dant corpori sanitatem, virtutem animæ, mentis sinceritatem: omnia nostra in proprio principio reuocant. Quod in nobis est frigidum lethiferumque, delent; calorem fouent, efficatioremque reddunt ad vitam. Faciunt quoque vt omnia animæ mentique congruant, & mouentur eisdem, harmoniâque intelligibili lumen effundunt. Quodque non est corpus, ostendunt tanquam corpus ipsis animæ oculis per corporis oculos. Archangeli eadem agunt, sed non adeo sustitentia, vel permanentia, vel extra proportionem nostram. Angeli bona etiam magis particularia diuisa dispertiuntur, effectumq; agunt valde ab intimo eorum rigore deficientem. Dæmones præsentia sua corpus grauant, morbis affligunt, alterè punuut, animas quoque ad naturam trahunt, & à corporibus vegetatoque eorum sensu non discedunt: atque eos, qui ad ignem cœlestem diuinumque contendunt, circa locum inferiorem detinent, nec à fati vinculis soluunt. Heroës alia Dæmonibus simplis faciunt: proprium verò habent, quòd ad

opera quædam generosa magnaque nos suscitant. Principatus apparentes bona largiuntur mundana, rerumque vtrarumque omnes suppeditant: Principes materialia terrenaque bona. Animæ cum apparent, si animæ sunt puræ in ordine Angelico constitutæ, sursum reuocant, salutem animo præbent, spemque sacram sacraque bona quæ sperantur. Animæ imparæ ad generationem deorquent, spem frustrantur, eius fructus auferentes, passionibusque inuentes implent, animamque corpori copulantibus. Ordinem quoque, quem vnusquisque obtinet in apparendo, designat. Dij ostendunt Deos, vel Angelos circa se adstantes: Archangeli Angelos præferunt vel præcurrentes, vel circumstantes, vel sequentes, siue aliam quandam turbam. Angelorum quasi stipatorum circumuallantium: Angeli opera ordini suo congrua præferunt. Boni Dæmones opificij sua & bona quæ tribuunt, in conspectum adducunt: Dæmones viuere ostendunt suppliciorum species: Dæmones aly quomodocunque prauis occurrunt circundati feris letiferis voracibusque: Principatus Prouinciasque Mundi quasdam secum demonstrant: Principes conditionem materiæ ordine tarentem, errantemque secum afferunt in conspectum. Anima quidem tota in nulla particularium specie detenta, ignem ostendit siue certa specie circa Mundum totum: quo animæ Mundanæ natura significatur indiuisa, & vna, & nulli addicta speciei. Anima purificata ignem ostendit figuram, ignem purum, & lumen vincens, simulque stabile, & ipsa vna cum duce sublimi sequitur bona voluntate gaudens, atque ita in operibus suis ordinem, quem obtinet patefaciens. Anima verò quæ deorsum labitur, occurrit trahens secum signa vinculorum atque pœnarum, materialiumque spirituum compositione se grauatam ostendit: turbationibusque materiæ dissimilibus occupatam; seque subdentem imperio Dæmonum generationi seruientium. Singuli cum apparent, ostendunt prouincias sortesque, quas sortiti inhabitant: aërei quidem ignem aëreum, terreni verò terrenum atque nigrum; cœlestes autem ignem splendidiorem: atque in his tribus terminis, omnes distributi sunt eorum ordines. Dij demonstrant omnium ordinum principia in se cum apparent: Angeli declarant se ab Archangelis dependere; Dæmones Heroësque patefaciunt se superioribus ministrare, quamuis aliter hi quam illi. Principatus Principesque præfectum ostendunt: illi circa Mundum, hi circa materiam. Animæ declarant se superiorum postrema tenere, vnde vna cum seipsis primi quidem prima loca designant, secundi secunda, tertij tertia, cæteraque deinceps eodem ordine. Hæc Iamblichus.

Ex quibus apertè patet, quæcunque suprà ex Zoroastre de ordinibus Mundi Intelligibilis dicta sunt, Ægyptiorum dogmatis prorsùs congrua esse; quæ omnia ipsiusmet pene verbis recitat Proclus ex mente Platonis libro de anima & Dæmone, quemadmodum vnum cum altero comparanti patebit. Catenæ quoque Deorum Dearumque, quas Orpheus sub Poëticis figmentis & involucris pertexit, nonnihil nisi ad has mundanorum Numinum Zonas alludere videntur. Huc referuntur quoque possunt omnia illa, quæ in Cabala Hebræorum de Sephirothicis influxibus & canalibus fusè ex mente Cabalistarum recitauimus. Huc Plotinus lib. de tribus mundanorum Ductorum triadibus respicit, Damascius autem Platonicus Philosophus ea ad mentem Ægyptiorū pulchrè explicat. Verùm cùm hæc omnia in Bembina tabula interpretationem distulerimus, hic consultò breuiores esse voluimus.

Proclus.

Catenæ Deorum.

Canales Cabalistarum Platonici.

CA-

CAPVT V.

De Ideis; & quid per eas Rectores Theologi, Zoroaster, Hermes, Orpheus, Pythagoras, & Platonica denique schola, intellexerint.

Idearum doctrinæ origo ab Ægyptijs & Chaldæis.

Celeberrima illa de Ideis doctrina primò ab Ægyptijs & Chaldæis originem inuenit; à quibus Orpheus, Aglaophemus, & ab his Pythagoras haustam eā Græciæ intulerunt; quam summo studio cultam Plato denique ad posteros transuexit; vt proinde falsissimè primò hanc doctrinam Socrati adscribat Aristoteles: dicit enim Socratem, dum definitiones venaretur, in vniuersalia speciei notitiam venisse, atque ita speciem formamque quandam in sua mente collegisse, & constituisse, quam posteà altiùs Plato euexerit, & in abstractum sustulerit, ideamque vocârit, eamque primus coluerit, & in Philosophiam introduxerit; figmentum Aristotelicum falsò Socrati & Platoni affictum, cùm omnia penè Veterum Ægyptiorum Chaldæorumque monumenta plena sint de Idearum doctrina; imò tota hieroglyphicorum doctrina nihil aliud quàm idealium mysteriorum continuus quidam contextus sit, vt suo loco videbitur. Certè Mercurius Trismegistus in omnibus ferè suis posteritati reliquit monumentis, creberrimam de Ideis mentionem facit, vti in Pimandro, Asclepio, Minerua Mundi, alijsque patet; siquidem hic initio Pimandri fatetur, per conuersam Dei Patris Ideam, se in mente sensisse lucem viribus innumeris præditam. Et eodem dialogo ad finem sermonis primi, cùm vniuersam naturam Dei imaginem nominat, agnoscit, (quod postea ex Platone ostendere conabimur) in eodem rerum Opifice, vel in eius Filio, omnium quæ natura constant, exemplar inesse & Ideam; & sermone secundo, Deum vnicum appellat ipsum bonum, bonique Ideam; & sermone octauo, *Plenus*, inquit, *Deus Pater est omnibus qualitatibus inferis in sphæram veluti in gyrum omni qualitate circumscriptus*. Et sermone duodecimo non solùm in Deo rerum omnium Ideam agnoscit, sed aperte vult, præter hanc Mundum sensibilem, alterum exemplaren esse atque Intelligibilem, in quo huius Idea constitit. Zoroaster verò rursum in Oraculis suis; tum vt est apud Proclum in 1. Commentario in Parmenidem, passim earum meminit; quomodo videlicet ex hoc ideatum fonte multitudo emanârit, & quomodo iuxta illas Mundus factus sit; in quibus ex omnium Mundanorum Systematum motrices sint, & quod omnes per essentiam intellectuales sint, conceptus Patris, typus & exemplar Mundi. Sed audiamus mentem Zoroastris apud Proclum, hic de Ideis ratiocinantem.

Hieroglyphicorum doctrina Idearum contextus.

Trismegisti monumenta de Ideis loquuntur.

Paterna Mens summo consilio intelligens produxit omniformes Ideas, quæ sonâ ab vno exultantes exiliuerunt à Patre cum erat consilium finisque; sed sunt diuisæ, intellectuali igni partim in alias intellectuales. Rex siquidem Mundo multiformis præposuit typum intellectualem, typum incorruptum; cuius ad ornatum vestigium induxit formis, per quas Mundus omnigenis Ideis gratiosus apparuit;

Proclus Zoroastrum de Ideis loquentem introducit.

qua-

quarum unus fons, ex quo prodeunt, aliusque alia sine latitudine per Mundi corpora fluentes; quæ circa formas ingentes examinibus similes feruntur mutatæ, circaque aliunde alia; conceptus intellectuales à fonte Paterno multum deterpentes ignis florem in somnis temporis, summitas primigeniæ Ideæ prima à Patre scaturit, huius per se florens fons. Vbi apertè patet, Ideas diuinæ Mentis exemplaria quædam esse, quæ ab vnitate supereſſentiali, per actum creatiuum foras ~~ωαλιμπηγεν~~ emergant exiliantque; quæ quidem in diuino intellectu vnitæ, extra eum verò diuiduam naturam adipiſcuntur. & cæteras, quæ ex citati loci contexu, perſpicua ſunt. Quonam igitur ratiocinio Veteres in tam ſublimium rerum contemplationem peruenerint, dicendum eſt.

Cæteres quomodo in hæc rerum cognitionem venerint.

Primò enim Mundum hunc nequaquam à ſe eſſe poſſe, multò minùs reliqua Mundanæ machinæ membra & partes, ſed ab alio neceſſariò omnia hæc eſſe cognoſcebant; non quidem à natura particulari, neque ab vniuerſali, non ab vniuerſali vita corporea, non ab anima irrationali, neque ab intellectu participato; ergo neceſſariò ab intellectu imparticipato & independente, intellectu abſoluto & eſſentiali, qui Vita vitarum, Ens entium, Vnitas omnium vnitatum eſt. Atque ex hac vnitate, quam vnitatem appoſitè ~~ζεὺς ὁ ἐν~~ Zoroaſtres vocat, omnes reliquæ vnitates veluti ex perenni quodam fonte promanabant. Deus itaque Mundum conditurus ſeipſum cognoſcens, & veluti cauſam rerum omnium planè comprehendens, illa omnia pariter, quorum cauſa futurus erat, vitas videlicet rerum, eſſentias, & vnitates, tanquam in æterno diuinæ eſſentiæ ſinu contenta, neceſſariò cognoſcebat; quæ cùm cauſæ ſint immobili illa cauſa cauſarum, omnium ad extra productorum cauſas quoque eſſe neceſſe eſt; vt qui in ſuo eſſe omnibus ordinem ſtatuat, & ſuum eſſe eſt ipſum intelligere. Seipſum itaque intelligendo omnium factor erit & conditor. Ergo quæ extra ſe producit, ſimilia eſſe neceſſe eſt ijs, quæ intra ſe continet; omnis enim in eſſentia actio talis eſt, vt ea quæ ex eſſentia prodit, ab ea dependeat; atque hinc eſt, quòd omnis cauſa ſimilem ſibi producit effectum. Interiores itaque illæ cauſæ Ideæ ſunt rerum, quæ ſimiles ad extra ab eſſentia proferuntur: cùm enim omnis entia varietate inter ſe diſtincta, intellectus conditor intra ſe habeat, & per eam actionem quæ eſſentiæ eſt, proferat actionem ſecundam, quæ eſt ex eſſentia; vtique omnia per hanc fiunt, & ab eis dependent; varietas autem rerum in Mundo ab vnitatum, quæ intra intellectum conditorem ſunt, varietate prouenit. Deus itaque aut ſimpliciſſima Mens eſt habens ſuum in perpetuo intelligendi actu eſſentiam, aut ſubſtantia quædam, cui hic intelligendi actus ineſſe dicatur: quodcunque Deo attribuerimus, non poteſt eſſe ſine perpetuo intelligendi munere; nullum verò intelligendi munus ſine intelligibili, quoniam hoc illius obiectum eſt; ergo apud Deum ſemper & ab æterno intelligentem ſempiterna quædam intelligibilia eſſe oportet, eademque iuxta diuinæ naturæ conditionem æterna & immobilia. Atque hæ ſunt iuxta Veteres Ideæ ſeu Iynges in mente diuina exiſtentes, conceptus, & rerum faciendarum exemplaria quædam, iuxta quæ & Mundus, & omnia quæ in Mundo ſunt, creata ſunt. Quam doctri-

natis non Veteres tantùm Ægyptij ſummo ſtudio coluerunt, ſed & Platonici omnes ambobus brachijs, vt dici ſolet, amplexati ſunt. Quin & SS. Patres eam magni fecerunt, vt patet ex S. Auguſtino l. 5. c. 13. de Genesi ad literam, & ex Beato illo D. Ioannis: *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*; de Ideis Platonicis ſic philoſophatur. *Id quod per ipſum factum eſt, alius eſſe in illo intelligitur; in qua vita vidit omnia, quando fecit; ea ſicut vidit ea, ſic fecit, non propter ſeipſum videns, ſed in ſeipſo vita enumerans omnia, qua fecit; nec alia ipſa ipſius & Patris, ſed una, ſicuti vna ſubſtantia; nam & in libro Iob, ipſa Sapientia, per quam facta ſunt omnia, ſic prædicatur: Sapientia vnde inuenta eſt, vel quis locus Scientiæ? ignorat mortalis vsque adeò, nec inuenietur in hominibus; & paulo poſt: Auditum meum dabis gloriam, & Dominum commendabunt oculi tui, ipſe enim omnia quæ ſub cœlo, per ſecit, ea quæ ſunt in terra; omniaque fecit; ventorum libramenta atque menſuras quando fecit, ſicuti vidit, enumeravit.* Quibus omnibus, inquit Auguſtinus, probatur, *quòd hæc omnia priuſquam fierent, erant in notitia factoris; & & vtique ibi meliora, vbi veriora, vbi æterna ea incommutabilia; quanquam ſufficere debeat, vt quiſque noverit ea inconcuſſe credat, quòd Deus hæc omnia fecerit; non opinor quenquam eſſe tam excordem, vt Deum quæ non noverat, feciſſe arbitretur. Porrò ſi noverat ea priuſquam faceret; apud eum vbant eo modo nota, quo ſempiternè atque immutabiliter viuunt ea vita ſunt; facta autem eo modo, quo vnaquæque creatura in genere ſuo eſt.* Idem Auguſtinus, cùm alijs locis multis hanc Platonicorum ſententiam approbat, tum c. 28. l. 7. de Ciuit. Dei, ſcribit Varronem voluiſſe Ideam Minervæ nomine à Poetis Philoſophiam ſuo more inuoluentibus ſignificatam, quòd hæc Iouis Sapientia ſit, ex eius cerebro nata. Atque in quæſt. 83. quæſt. 46. poſtquam diſtinxit Ideas in Deo, & in humana mente valde repurgata, hæc ſubijcit: *Quis Religioſus, aut vera pradicus religione tales Ideas negabit? certè nullus, niſi dicere velit, qua ſunt à Deo non habere ut ſint, aut ab illo non regi, neque gubernari; aut ſi hoc dederit, affirmare velit, id ſine cognitione & ratione fieri; quod eſſet velle Deum autorem quæ agit, temerè; quæ cùm omnia ſunt abſurdiſſima, neceſſe eſt, vt Ideas ponamus.* Quæ quidem omnia cò perſinent, vt intelligamus, ad rerum procreationem, nè temeraria & fortuita videretur, Ideas veluti primas quædam Opificis exemplaria ponendas eſſe; quæ quidem vt ~~ἀγεννήτους~~ ſint, & rerum inferiorum mutationes hactenus quaquam indeterminatæ ſint in naturæ & Opificis huius rationibus ordinem quendam præexiſtere neceſſe eſt; de quo ſuse tractantem vide Platonem, vbi Socratem cum Hippia diſputantem introducit: cùm enim effectus Dei in ſeipſis ſubſtantiæ ſint, nullo modo in eo tanquam accidentia quædam & multæ ſubſtantiæ concipi poſſunt aut debent; ſunt itaque ibi vna quædam, id eſt, ipſamet Dei ſubſtantia; oportet itaque ea in Deo cuncta modo quàm perfectiſſimo inueniri, atque vniri illi, ſibique inuicem perfectiſſimè; nequeunt autem ſublimiori modo in Deo eſſe, quàm ſi ſublimiſſimè cùm Deo, cùm ſibipſis, ac ſi in Deo ſint ipſe Deus; vniantur, neque tamen abſolutè Idea diuina eſt ſubſtantia, ſed quatenus huius vel illius ſpeciei, quoddam veluti exemplar eſt & ~~ἀρχέτυπον~~

Platonici Idearum doctrinam amplectuntur.

SS. Patres Idearum mentionem faciunt. S. Auguſtinus.

Ideæ in creatione Mundi rerum exemplaria.

Plato.

Quo-

Quocirca vt rationes ex vna essentia plures intelliguntur, sic plures dicuntur Ideæ, respectuque eiusmodi, quibus Ideæ multiplicantur, non rebus ipsis efficiuntur, sed ab intellectu diuino, suam cum rebus essentiam, si ita loqui liceat, comparante; tumque hæc prima omnium Theologia, quam Ægyptij siue à Zoroastre, siue Hermete hausiam, & tanquam arcanorum omnium arcanissimum hieroglyphicis symbolis rectam, posteritati tradiderunt, animamque sitè perpurgatam, earum continuâ contemplatione, ad Ideam suam, ex qua profluxit, redire posse autumabant. Verum hæc omnia hieroglyphica in tabulæ Bembinæ interpretatione curiosi Lectoris oculis exhibita, contemplare. Nam vti omnia, quæ in Mundo sunt entia, à Paterna Mente primùm emanasse opinabantur, ita omnia, veluti diuinæ essentiæ quasdam particulas sanctè venerabantur; in hoc vnico delusi, quòd diuinitatem in dictas particulas quasi sectam dum opinarentur, ἀποτόμως seu Idololatriæ prima fundamenta iecerint, vt suo loco & dictum est, & iusè dicetur citato loco, & suprà Classe VI. Cap. II.

CAPVT VI.

De Anima seu forma Vniuersi, iuxta mentem Ægyptiorum, & Platonicorum.

Anima Mundi iuxta Veteres.

VEteres Hieromystæ in hoc vnicum concordare videntur, quòd essentia possibilis ad actualem existentiam deduci minimè possit, nisi per essentiam quandam actu existentem; cum nihil seipsum producere possit, neque causa sui ipsius esse possit, esset siquidem antequàm esset. Consequens itaque est, vt quod aliud ad actualem existentiam producit, summo consilio & intentione, vt Zoroaster loquitur, agat; vt sic dispositione rationabili ad actualem existentiam non fortuito aut casu perueniret. Atque hanc sublimem naturam, alij Mentem, alij Intelligentiam, Mundi Animam alij, alij sacrum in substantia, alij, vt Platonici, complexionis necessitatem nominarunt; nam sic existimabant possibilitatem, (verba sunt Cusani Cardinalis) necessitate per ipsam determinari, vt sit nunc actu, quod prius esse potuit; siquidem in illa mente rerum formas actu intelligibiles esse aiebant, sicuti in materia aptitudine quadam potentiali; ita vt ipsa complexionis necessitas in se veritatem formarum contineat, vna cum iis, quæ ipsas concomitantur, cœlum mouerit, vt mediante motu tanquam instrumento potentialem aptitudinem ad actum, & quantò conformius posset, conceptui veritatis intelligibili æqualem, formæ concessa vt in materia esset, deduceret. Formas itaque veras in anima Mundi, natura prius esse, quàm in rebus. Placuit autem Platonicis talia distincta ideata plura quidem esse, sed illa cum naturali quodam ordine ab infinita vnitate, in qua omnia vnum sunt, procedere, eo pacto, vt Deum afferentes, animam simul Mundi statuerent, atque eam diuinæ mentis quandam veluti explicationem innuerent, ita vt omnia, quæ in Deo concipiuntur esse per modum vnius exemplaris, fiant in Mundi anima

Cusanus.

Platonicorum de Anima Mundi sententia.

ma veluti per modum plurium & distinctorum. Denique naturaliter hanc necessitatis complexionem, animam verò Mundi naturaliter motum, motum verò temporalem rerum explicationem præcedere; atque hæc temporalis explicatio ordinem naturalem, qui est in anima Mundi, sequitur, dicitur que à Platonicis fatum in substantia, ab ea enim fatum descendere arbitrabantur. Porrò ab anima Mundi omnem motum descendere aiebant, quamque totam in tota & in qualibet Mundi parte existere dicebant, tametsi non eadem virtutes in omnibus partibus exerceat; sicuti anima rationalis in homine licet tota in toto, & tota in qualibet parte, tamen in capillis & corde non eandem exercet operationem; vnde in ipsa anima Mundi omnes animas siue in corporibus, siue extra ea sint, complicari voluerunt, vtpote quam totam in Vniuersum, non per partes, quia illam simplicem & indiuisibilem ponebant, sed totam in terra vbi terram connectit; totam in lapide, vbi partium tenacitatem operatur, totam in aqua, totam in aere, igne, arboribus diffusam credebant. Hinc Ægyptios hanc per circulum ex diuinæ Mentis centro euolutam exhibuisse, numerumque seipsum mouentem ex eodem & diuerso constantem dixisse, alibi dictum fuit, solo numero ab anima rationali distinctam, vt sicuti homo in anima ad hominem se habet, sic ipsam ad Vniuersum, omnesque animas ab ipsa, & in ipsam finaliter resolui, si demerita non obstarent, credebant. Atque hæc est sententia Platonicorum de anima Mundi; quam Orthodoxi negant; nam tametsi animam Mundi tanquam formam quandam vniuersalem omnem in se formarum multitudinem complicantem concipiant, non tamen eam tanquam formam quandam separatam, sed actu in rebus contractè existentem dicunt; est enim in qualibet re contracta rei forma; neq; vllum inter contractum & absolutum medium intercedit, vti illi sibi imaginati sunt, qui animam Mundi Mentem dixerunt. Solus enim Deus anima & mens Mundi est eo modo, quo anima quasi quid absolutum, in qua omnes rerum formæ actu existunt, consideratur, dicitur que Verbum Patris; quod dum Veteres non intelligerent, eius loco animam Mundi substituerunt: cuius hieroglyphicam exhibitionem vide in tabulæ Bembinæ explicatione.

Anima Mundi exactè omnia motus fecundi in Platonicos.

Anima Mundi omnia implet.

Platonicorum doctrina de Anima Mundi contraria orthodoxæ doctrinæ.

Porrò Veteres motum, per quem formæ & materiæ connexio fit, Spiritum quendam esse inter formam & materiam medium opinati sunt, hunc que potissimum in Aplane, Planetis, & terrenis rebus residere senserunt, quem & Orphei postmodum Platonici sub verborum velamento non ineptè Atropon, Clothon, & Lachesin indigitarunt. Latent enim in rebus quædam euentuum causæ, vt leges in semine, quæ in anima Mundi ceu in glomo quodam complicatæ, per motum vim & efficaciam explicentur & extendantur. Atque hunc Spiritum dixerunt Vniuersi, varioque, vt in Tomo III. videbitur, hieroglyphicorum ornatu exhibuerunt, per vniuersas Mundi semitas, & singulas eius partes diffusum contractumque, quam naturam dixerunt; vnde naturam omnium eorum, quæ per motum fiunt, quandam veluti explicationem definierunt. Verum hunc Spiritum nonnulli increatum, alij melius, & orthodoxæ doctri-

Spiritus Vniuersi secundùm Veteres.

næ conuenientiùs, creatum esse, sine quo nihil vnum sit, neque subsistere possit, tenuerunt: quinimò totus hic Mundus, & omnia quæ in naturæ maiestate refulgent, per hunc Spiritum naturaliter per necessariam quandam connexionem id sunt, quod sunt, vt videlicet, potentia per eius medium sit in actu, & actus eius medio sit in potentia. Atque hæc est amorosæ connexionis ad vnitatem motus, vt sit omnium vnum. Vniuersum: nam dum mouentur singulariter, vt sint hoc, quod sunt meliori modo, & nullum sicuti aliud æqualiter, motum tamen cuiuslibet quodlibet suo modo contrahit, & mediatè vel immediatè vt sunt vniuersum, participat, & per hunc motum res sunt meliori modo, quo possunt, & ad hoc mouentur, vt in se, aut in specie per naturalem diuersorum sexuum connexionem, (qui naturâ complicante motum vti vniti sunt, ita per diuisionem contracti sunt in individuis) conseruentur. Nemo tamen hic putet, naturam sine motum explicari per motum simpliciter maximum & absolutè, siquidem hic vti cum quiete incidit, ita alius esse non potest, quàm ipse Deus Conditor & Motor rerum omnium immobilis. Quemadmodum enim omnis potentia est in potentia absoluta, qui est æternus, & omnium Conditor Deus: & omnis forma & actus in absoluta forma, quod est Verbum Patris, & Filius in diuinis; ita omnis connexionis motus, proportionumque harmonica ratio est in absoluta connexione diuini Spiritus, vt sit vnum omnium principium Deus; in quo omnia, & per quem omnia sunt in quadam triadis vnitate, vmbratili quâdam similitudine secundùm magis & minus contracta secundum gradus suos, vt alius gradus potentiæ & actus, connexionisque motuum in Intelligentijs, vbi intelligere propriè est mouere; & alius materiæ & formæ nexusque in corporeis, vbi esse est mouere. Quæ omnia admirando ingenij ausu Ægyptij sub hieromanticis symbolis obuelata posteritati consignarunt, vt suo loco amplè ostenderur.

Spiritus Vniuersalis quid.

Consectarium.

Quodlibet est in quolibet quomodo intelligendum.

ATque ex dictis patet, quomodo illud Veterum, *quodlibet est in quolibet*, intelligendum sit. Cùm enim Deus ita sit in omnibus, vt omnia sint in ipso, certè omnia in omnibus, & quodlibet in quolibet esse, vel hoc ipso liquet. Vt enim quodlibet in quolibet esse posset, vniuersum naturæ ordinem vti perfectissimum præcessit omnia, atque adeo in qualibet creatura vniuersum ipsa creatura & existit, & recipit omnia, vt in ipso sint ipsum contracte; non est autem vniuersum nisi contracte in rebus; & omnis res actu existens contrahit vniuersa, vt sit actu id quod est; omne autem actu existens in Deo, est actu omnia; actus autem est perfectio & finis potentiæ; vnde cùm vniuersum in quolibet actu existat, sicut immediatè in Deo vniuersum, sequitur non esse aliud dicere, quodlibet esse in quolibet, quàm Deum per omnia esse in omnibus, & omnia per omnia esse in Deo; qui quidem absque diuersitate in omnibus est, quia quodlibet in quolibet; & omnia in Deo, quia omnia in omnibus; sed cùm

cùm vniuersum ita sit in quolibet, vt quodlibet in ipso, & in quolibet contracte id quod ipsum est contracte; consequitur, quodlibet in vniuerso esse ipsum vniuersum, quamuis vniuersum in quolibet sit diuersæ rationis, sicuti & quodlibet in vniuerso. Hoc pacto omnia in linea sunt linea, in lapide lapis, in vegetabili anima, in vita vita, in sensu sensus, in visu visus, in auditu auditus, in imaginatione imaginatio, in ratione ratio, in intellectu intellectus, in Deo Deus. Vides igitur quomodo rerum vnitas sine vniuersum est in pluralitate, & è conuerso in vnitate pluralitas; & quomodo quælibet res actu existens ex eo quiescit, quia omnia in ipso sunt omnia, & ipsa in Deo Deus. Miranda sanè est rerum vnitas, ineffabilis æqualitas, obstupescenda, vt omnia sint in omnibus, connexio. Quiescunt itaque omnia in quolibet, cùm vnus gradus sine alio esse nequeat, non secùs ac in membris corporis, quodlibet confert cuilibet, & quodlibet membrum per quodlibet immediatè est in homine, & homo per quodlibet membrum est in quolibet: sicuti totum in partibus per quamlibet in qualibet: iterum sicut absoluta humanitas impermiscibilis & incontrahibilis nil aliud, nisi ipse Deus est, ita contracta humanitas in homine totus homo, & contractè in singulis eius partibus, vt in oculo est oculus, in corde cor, in cerebro cerebrum, & sic de reliquis. Ex quibus quidem, ni fallor, facilè colliges, quomodo Veterum hoc epiphonema, *quodlibet esse in quolibet*, intelligendum sit. Sed de his suo loco, vti promisimus plura.

CAPVT VII.

De descensu ascensuque animarum, & metempsychosi, ex mente Ægyptiorum.

Metempsychosis Ægyptiorum.

SCitum Platonicum est, Timæo teste, Mundi Opificem in stellas seu sphæras cœlestes, animas seminare; quod ita explicandum est, vt non singulæ animæ, sed animarum legiones singlis stellis accommodatas intelligi velint. Addit autem, Deum animas suis imposuisse vehiculis, ac vniuersam naturam legesque fatales edocuisse, adeoque intra Platonicos omnes sphæræ animarum copijs refertæ sunt; quod & Ægyptios existimasse Proclus & Iamblichus aperte docent. Descendunt verò animæ appetitu quodam in generationis sphæram tractæ. Nam vt Hermes in Pimandro ait, *Homo cùm considerasset in Patre suo rerum omnium procreationem, ipse quoque fabricæ voluit, vnde à contemplatione Patris ad sphæram generationis lapsus est.* Descensus itaque animarum in corruptionis sphæram nihil aliud est, quàm intellectus à diuina Patris contemplatione ad sensibilem & elementarem Mundum conuersio, ex qua mox animæ cum terreno corpore copulationem sequi putabant: & vt Ægyptij loquuntur, animam in ipso descensu alas perdere; tanto autem deteriorem sortem experiri, quanto vehementiori appetitu in inferiora agitata fuerint; adeò vt non hominem tantùm, sed & quorumcunque animalium corpora subeant. Vnde celeberrima illa metempsychosis ab Hermete & Zoroa-

Platonicorum dogmata de sphæra cælestium Animabus.

Animarum descensus & ascensus secundùm Platonicos.

Metempsychosis origo.

sitre primum vel in Pimandro est, Ægyptijs tradita, maximum huius perversi dogmatis fautorem assertoremque Pythagoram inuenit. Sic autem Hermes: *Num in his quæ generatim diximus, audisti quemadmodum ab vna totius Mundi anima vniuersæ prosiluunt animæ per omnem Mundum tanquam distributæ circumcurrentes? Harum autem animarum mutationes germanè partim sanè in melius felicitasque, partim autem in contrarium. Nam animæ quidem reptilium in aquatilia transmutantur, aquatilium verò terrestria migrant, terrenorum volatilia subeunt; aërearum verò in homines; hominum denique immortales animæ in Dæmones transeunt; demum in Deorum choros felicitèr euolant; anima verò in humanam corpus lapsa, si quidem nulla perseuerauerit, non gestat immortalitatis quicquam, neque bono etiam fruitur; reuoluto autem itinere in reptilia præcipitatur: hæc vtique adiudicato punaque est animæ malæ, prauitas animæ ignorantia; anima naturæ rerum bonique osiris, orbata oculis, corporis sese passionibus implicat.* Hæc Mercurius. Quamuis paulo post animam humanam aliud præter humanum corpus non ingredi asserat his verbis: *Humana sanè anima non omnis quidem, sed pia, brutæ est atque diuina, postquam verò huiusmodi anima per mortem à corporis carcere est exempta, cum omne subierit virtutis pietatisque certamen, aut Menti, aut Deus efficitur. certamen autem religiosæ pietatis hoc est, recognoscere Deum, initiarique nemini inferre: Anima tamen impia in natura propria remanet, à se ipsa nimium cruciatur, corpus quærit quod ingrediatur terrenum & humanum, aliud quippe corpus quàm humanum animam non capit humanam, neque fas est in corpus animæ rationem carentis, animam rationalem currere. Hæc enim diuina tam nefariam degenerationem prohibet.* Plato verò in Phædro totam descendentium animarum sortem, & de animæ alis, quibus per multos circuitus & reuolutiones illa tandem in cœlum, vnde venerat, euolet, hisce verbis describit. *Regula Adrastiæ Deæ, id est, inexorabilis Numinis, hæc est, vt quæcunque anima Deum comitata, aliquod verorum inspexerit, ea vsque ad alium circuitum sit indemnis, & si semper hoc facere queat, sit semper illæsa, si verò impotens assequendi non inspexerit, & casu aliquo vsa, opinione ad hæc prauitate, repleta grauetur, grauata autem pennas confregerit, in terramque ciderit, tunc prohibet lex hanc in prima generatione in aliquam belluinam naturam ire, sed iubet eam quæ plurima viderit, in Philosophi viri, aut pulchritudinis cupidi, atque amatoris ire genituram; eam verò quæ secundo loco, in Regem legitimum, aut bellicosum virum, aut imperatorium descendere: tertio in gubernatorem Reipublicæ, aut rei familiaris dispensatorem, vel quæstuarium; quarto in laboriosum, gymnasticum, aut circa medelam curamque corporis versaturum; quinto in eos qui Vates sunt futuri, & circa mysteria quædam; sexto in Poëtam, vel alium quendam, qui aptè in imitatione versantur; septimo in artificem, vel agricolam, octauo in Sophistam & populärem; nono in tyrannicum. In ijs omnibus quicunque iuste vitam egerit, sortem postea nanciscetur meliorem; qui verò iniuste, deteriorem: in idem enim unde profecta est cuiusque anima, annorum decem millibus non reuertitur; alas enim ante hoc spatium non recuperat, præter illius animam qui philosophatus est sine dolo, & vna cum sapientiæ studio pulchritudinem adamauit.* Ex quibus patet, animæ alam nihil aliud esse, quàm insitum quendam animo ignieulum, per quem tùm veri contemplatione, tùm ipsius boni amore ad cœlestia rapiatur. Quæ omnia Proclus de anima & Dæmone his verbis confirmat: *animæ nostræ hic peregrinantes circa imagines eorum, quæ in patria viderant, & ad eas imagines magis afficiuntur, quorum exemplaria illic manebant: cæterùm plus aliæ fuerant, alia namque animæ alijs sunt accommodatæ spectaculis, ideo aliæ alijs imaginibus incumbunt; eorumdem quæ illinc inspexerant, similitudines amant. Quæcunque verò magni Iouis iussuper pedissequæ fuerunt, vnaque cum illa circuierunt, ordinem habentes ducalem inter duodecim Principes totius Vniuersitatis perfectæ inuictæ speciem sui Dei, etiam hic professæ, imperiosam vitæ speciem appetunt, & si quid nouerca imperiale sit, ignorent; apparentem verò Principatum inter imagines prosequuntur, atque si Sapientes nulla sint præceptores, effectus eiusmodi ex peruersa ad salutem per quendam ad cœlestia reditum. Sin autem inter imagines moratæ fuerint, desinunt in tyrannidem. Hinc ait in Rep. Socrates, animam impiam Cœlo professam imperiosam replasmatam eligere vitæ. Cum enim paulò ante vitâ cum cœlestibus Dijs circumiuerint, & inspexerint, & vitæ eorum omnium dominatus, affectant ipsæ quoque circa similem ceteris imperantem, & plurimo quidem affectu huiusmodi abstinentes, rectè verò attinctæ à modum paucæ.* Porrò singulis stellis quæ sunt in extremo orbe, Plato respondere putauit in Mundo inferiori singulorum hominum animas, illarumque virtutibus has quodammodo regi; dicit enim Plato in Timæo, cùm Vniuersum Deus constituisset, astris parem numerum distribuisse animarum, singulis singulas adhibentem, eisque tanquam vehiculis impositis monstrasse vniuersam naturam, ac leges fatales edixisse. Has animas deinde suis temporibus corporibus humanis alligatas, varijs desiderijs, affectibusque voluptatis, doloris, mixtique amoris, metus ad hæc atque iræ contrarijs pathematis agitatas implicari: quæ quidem pathemata qui superauerint, eos iustè victuros, iniustè qui ab ijs fuerint superati subiugatique: qui verò rectè à natura sibi datum curriculum confecerit, ad illud astrum, cui accommodatus fuerit, reuersurum, beatamque vitam acturum. Contra verò agentem in ortu secundo mutato sexu fieri mulierem cogi; & qui nè quidem peccandi finem fecerit, eum immobili consuetudine depravatum naturam belluinam suis motibus similem, intraturum; neque à mutationibus cessaturum, vsque dum affectibus belluinis extinctis, pristinæ suæ naturæ fuerit restitutus. Et in Phædone sic ait. *Itaque animæ malitiam circa familiaria tam diu obeuntes, quoad cupiditate naturæ corporeæ coniunctæ, rursus induant corpus; induunt autem, vt decet, eiusmodi mores, quales in vita exercuerunt; vos quidem qui ventri dediti per inertiam atque lasciuiam vitam egerint neque quicquam pensi pudorisque habuerint, decet asinos similiaque subire; qui verò iniurias, tyrannides, rapinas præ ceteris secuti sunt, in Luporum, accipitrum, Milvorum genera par est transire; singulis in eas animalium species, quibus in vita similes fuerunt, transmigrantibus.* Hanc Platonis sententiam cùm multi rationi repugnare viderent, eam nihil aliud esse dixerunt, quam allegoriam quandam, quâ Plato diuersos vitiososque mores, quibus imbuti homines animalibus similes fierent, innueret. Plotinus tamen sine vlla allegoria ea intelligenda, ridiculo

Trismegistus.

Trismegisti de Animæ humanæ Metempsychosi opinio.

Plato de Animarū descensu & ascensu.

Ala Animæ quid sit Proclo.

Plato putat singulis stellis attributas esse animas.

Animæ malorum secundum Plotinū.

Plotinus.

colo sane discursu asseuerat libro de proprio cuiusque Dæmone, quem vide

Anima tandem e corpore migrabit, inquit, in idipsum quo obtenduit, tendet.

Itaque ad superiora confugiendum, ne in sensualem speciem deiiciamur, similes videlicet sensibus obsequuti. Neque in vegetalem animam præcipitemur, manciparti bruti generandi & irretiti sua natura saporum. Sed ad intellectuale, ad intellectum, ad Deum totis viribus assurgendum. Quicunque igitur proprietatem seruauerunt humanam, homines iterum renascuntur: Quicunque verò solo vsi sunt sensu, bruta animalia redeunt. Ita tamen, vt qui sensus præcipue vna cum ira, animalia fera exoriuntur, atque in ijs differentiam quoque talium afferent; Qui verò sensu per concupiscentiam voluptatemque vsi sunt, salacia & impudica animalia reuertentur. Verùm si non tam sensu pui cum ijs, quàm sensus degenerationes vixerint, vnà cum ipsis plantis repullulant. Solum nanque, vel maxime in ijs viguit vegetale: omnisque illis cura fuit vt in plantas commutarentur. Proinde qui Musicis modulis minimum delecti vixerant, vt cæteris non depraueti, animalia musica renascuntur. Et qui sine ratione vagantur, sunt Aquilæ, nisi prauitate aliâ sint infecti. Qui absque sapientia contidentius sublimia tractant, in cælum sæpe suspicientes: mutantur in aues, altiora semper volatu petentes. Qui ciuilem virtutem consortio assequitur, reuertitur bonus. Sed qui ciuilem virtutem haud satis est assecutus, in ciuile animal, vt in Apem, vel simile se transformat. Idem c. 10. libro de diuinatione, prouidè hac in parte adhærens doctrinæ Platonicæ, admirandum esse vult rerum omnium iustissimam vicissitudinem. Spectandum præterea non est, inquit, quod dici solet, non decere semper spectare præsentia, sed præteritos quoque circuitus, & futuros. Inde namque pro dignitate iustè rependitur, dum commutatio fit ex hominis in pejorem vitam, in seruos in vita sequenti, si modo improbi fuerint Domini. Sic profectò iustum est his hominibus expedit. Præterea si diuitijs abusi sunt, in pauperes transferuntur. Vbi bonis quidem esse pauperes, non expedit. Item qui (iuste) quempiam occiderunt, iniuste ipsi iuxta occidentur. Iniuste quidem quo ad eum spectat qui interficit; iuste verò quo ad eum pertinet qui necatur. Sane qui patietur ita in idem cogitabit vna cum illo qui ad hoc perpetrandæ sit promptus, quæ illum puti decebat. Nemo putet quempiam temerariæ sortis fieri seruum: neque casu quodam furi captiuum, neque absque ratione violari corpus. Sed quondam ille perpetrauit, quæ in præsentia patitur. Et qui olim extinxit matrem, in posterum extinguetur à filio, aliquando natus fœmina. Et qui vitiauerit mulierem, ortus deinde mulier, vitiabitur. Sed audiamus de hisce declamantis non doctè minùs, quàm elegantèr disceptantem Gregorium Nyssenum libro de Animâ & resurrectione; sic enim ait. *Audiui, inquit, ex ijs qui talia tradunt, quid nationes quasdam animarum esse panas, in peculiari quadam vitiate, antequam ad corpoream vitam deuenant, viuentes: quæ intrinsecus atque agili sua natura. Vnà enim reuolutione atque conseruatione mirè sibi vagantur & oberrant. Propensiores verò quidem ad vitium atque iniquitatem, quasi defluentibus pennis animæ intra corpora relegi, primùm quidem humana, deinde eodem modo propter consuetudinem rationi carentium affectuum in perturbationem, postquam vitæ excesserint, in pecora degenerare, atq; deinde vsque ad hanc plantarum sensuque carentem vitam delabi: adeo vt natura tenues atque agiles, sicut anima est, primum*

Gregorius Nyssenus.

num quidem ponderosum ac deorsum vergens efficiatur, in corpora humana propter vitium atq; nequitiam immigrans: deinde ratione prædita vi, extincta, in ratione carentibus vitam degere: sensuum quoque dono adempto, hanc plantarum vitam, quæ sensus expers est, inuicem suscipere, ac postea rursus per eosdem gradus ascendere & restitui in locum cælestem. Atque eiusmodi doctrina ab ijs qui vel mediocriter exercitato iudicio fuerint, ex se ipsa facilè deprehenditur nullum in esse stabile firmamentum habere. Nam si à cælesti vita propter vitium & nequitiam ad ligneam vitam anima detrahitur, ab ea verò rursum propter virtutem ad cælestem recurrit, reperitur eorum ratio dubitare, quid præstabilius magisque præferendum putet, ligneam ne, an cælestem vitam. Circuitus enim & quasi orbis quidam est, qui per similia peragitur atque conficitur, anima semper, vbicumque fuerit, nullum firmum certumque consistendi locum habente. Nam si ex incorporea vita ad corpoream delabitur, & ex hac ad ea quæ sensu carent, itemque illinc rursum ad incorpoream incurrit, nihil aliud nisi sudsticta atque indiscreta tum malorum, tum bonorum confusio ab ijs qui hæc tradunt, fingitur & existimatur. Neque enim cælestis vita in beatitudine permanebit: siquidem vitiositas illic viuentis inuadit: neque ligna & stipites virtutis expertes erunt: si quidem hinc ad bonum recurrere illinc verò vitiosæ vitæ initium sumere animam putant. Nam si anima quæ vna cum cælo versatur, cum vitio atque nequitia consuescatur, ac propter vitiositatem ad materialem ac syluestrem vitam detrusa, rursus hinc subuehitur, vt vitam ducat in sublimi; res nimirum inuersa ab illo assistit atque affirmatur: nempe quòd materialis quidem vita vitiositatis expiatricem vim contineat, stellarum verò inerrantium cælo, inhærentium conuersio atque reuolutio, malorum causa atque principium animabus existat: si quidem hinc per virtutem alas adeptæ, sublimes abeant atq; cælestia contemplantur; illinc verò per vitium atque nequitiam quasi alis amissis, humiles & abiectæ sint, & terram depressæ cum crassitudine materialis naturæ commiscentur. Marsilius Ficinus omnibus modis laborat, tùm Veteres, tùm potissimùm Platonem ab huius notæ infamia liberare, nihilque aliud eos voluisse asserit, quàm vitiorum turpitudinem, quorum contagione homines obtenebrata ratione veluti in belluinam quandam naturam degenerent, talem quidem, qualem vitium expresserit. Verba eius sunt: *Soli Platoni visum est, inquit, animam hominis fieri aliquando animam bellux: cæteris Platonicis hoc displicuit. Consentiunt tamen eam vicissim in homines alios transmigrare. Quod quidem etsi Plato non habet certum, habet tamen valde probabile. Quod verò migret in bestias, sæpe quidem recensct, sed dedita opera adeo præter solitam grauitatem ridiculè narrat, vt plane demonstret negandam quidem esse rem ipsam: allegoriam verò esse quærendam. Scilicet vt transire in brutum duobus modis accipias: primò quidem in affectum, imaginationem, habitumque bruto conuenientem: deinde in habitationem consuetudinemque inter feras ad tempus, supplicij gratia.* Nona verò de Republ. bellarum, in quas transitus fieri dicitur, varietatem refert ad ipsius concupiscentiæ varietatem in nobis. Idemque sequitur in Phædone. Commentario autem in Plotinum cap. 2. lib. de dæmone proprio. *Quanquam hominis anima, inquit, quodammodo in seipsa mutetur, nunquam tamen vltra certos humanæ speciei terminos transmutatur.* Quod etiam videtur placuisse Iambli-

Marsilius Ficinus.

Iamblichus. ebo, cùm dixit animam in qualibet transmutatione suum speciem seruare. Quoniam eius motus exordium habet ab ipsa, & agitur intra seipsam. Quæ vbi dicitur esse omnia, intelligenda est esse omnia, non quolibet modo, sed suo, id est, speciei proprie proprio. Non itaque dicere animam si est omnia per potentiam naturalem, ergo quandoque fit omnia. Nunquam enim anima ipsa fit forma corporea, siue corpus: quia videlicet anima non est quomodolibet eiusmodi forma vel corpus, sed proprie secundum ipsius vitæ modum. Ita neque fit bestia: quoniam anima non est simpliciter animal, sed modo duntaxat humano. Et eodem loco, Proclus vna cum omni Platonicorum schola, inquit, intellectualem animam negat ferino corpori admodum alieno se accommodari posse, vt ei quandoque in vita communicet. Communicare verò cum brutis aliquando illi putant in quadam similitudine vita, idque sensisse Platonem. In quam sententiam Io. Reuchlin lib. 2. artis Cabalisticæ, scripsit Metempsychosin Pythagoricam nihil aliud verè doctis viris significare, quam similitudinem morum & studiorum (quæ in aliquo iam mortuo antea exiterunt) in alio nunc viuo renasci. Sicque olim dictum, in Pythagora renatum Euphorbum: quòd quæ virtus bellica in Euphorbo Troiano claruerat, ea in Pythagora quodammodo appareret, propter amorem quo athletas prosequebatur. Quare admirantibus ipsis athletis, quod in Philosopho literarum studioso tantus esset amor pugnæ, hic respondisse dicitur, hoc minimè mirum videri debere, quòd in se vigeret anima Euphorbi, hoc est, ingenium, studium, motum, & voluntatem Euphorbi apud se residere: qui tametsi effet pacis præceptor, & quietæ contemplationis Author, tamen in seipso sentiret quasi belli Troiani quoddam desiderium. Quo audito, vel ignorantiâ mysteriorum Pythagoricorum, vel peruersitate inuidorum, qui semper optima quæque peruertunt, & aliena dicta recitando immutant, fama percrebuit animum Euphorbi in bello Troiano perempti, transmigrauisse in Pythagoram. Quæ opinio Poetarum fabulis, & aliorum Scriptorum additionibus postea aucta est. Cùm tamen nihil eiusmodi reperiatur in operibus Pythagoræ: in quibus commemorantur αναβιώσεις καὶ λύσεις, φυγαὶ, & eiusdem aurea carmina. Et tamen Tertullianus libro de anima, scribit Samium Sophistam (sic enim Pythagoram nominat) huius opinionis authorem Platoni extitisse. Illum verò vt hoc persuaderet, mortem simulasse: sub terra septennio latitasse: se illic patientia damnasse: deinde quasi ab inferis excitatum, hæc de mortuis & inferis alijs narrasse: dixisse olim se Euphorbum fuisse: hocque eo probare voluisse, quòd recognoseeret clypeum quem Delphis Euphorbus aliquando consecrauerat. Certè Hebræos hanc opinionem præ cæteris coluisse, suprà in IV. Classe de Cabala dictum est, vocantque hanc metamorphosin נשמות, id est, *reuolutiones animarum*; & Cabalisticâ resolutione stolidè se demonstrare posse credunt ex voce נשמה, Adami animam per א significatam, transisse in corpus Dauidis, quod ד significare putant; animam autem Dauidis migraturam in corpus Messiæ per ה indicati.

Reuchlin.

Tertullianus de Metempsychos.

Hebræi metempsychosin credidêrunt.

Sed ad Aegyptios reuertamur, ex quorum mortiferæ doctrinæ pe-

nua-

nuatio eorum hoc metempsychoseos figmentum emanauit. Cùm enim omnes animas ex diuina mente excerptas, & ex sempiternis stellarum ignibus in terram demissas, teste Cicerone l. 1. de natura Deorum, credederent; præterea animas hasce omnia huius Mundi corpora per varias desensuum reuolutiones subire; in eam opinionem venerunt, omnia plena Dijs, omnia Intelligentijs animata esse; vt proinde mirum non sit, Aegyptios tam intenso cultu non animalia tantùm omnis generis, sed & vel ipsas plantas, cæpas, allia, vti in secundo Systemate Tomi primi fusè probatum est, prosecutos esse. Quæ sanè insania aliunde non profluxisse videtur, nisi à malè intellecto Hermeticæ doctrinæ sensu, vt tum alibi passim, tùm in hieroglyphicorum expositione fusè ostendimus. Porrò quâ parte cœli animarum fieret descensus, Plato ab Aegyptijs edoctus asserit; ex præcelso superioris Mundi, & astriferæ sphæræ habitaculo animarum descendentium initium fieri in domo Cancri quem Aegyptij domum Sothis siue Caniculæ dicebant; at ex Capricorno ascendentium denuò animarum initium statui; hinc illam hominum, hanc Deorum portam appellant. Nemo tamen putet, hunc animarum descensum ascensumque secundùm situm accipiendum esse; sed hoc ita intelligendum, quòd cùm Luna Cancri domina (est enim Cancer in huc vsque diem, mansio & domicilium Lunæ) sit sphæræ geneticæ omnium cœlestiũ corporum proxima; Saturnus verò Capricorni ἀνάπαυσις seu domus huius duodecimorij dominus, ab eadem generationis sphæra remotissimus; ideo animæ per Cancrum, id est, Lunarem vegetabilemque instinctum, rerumque caducarum, quibus turbantur, affectibus & desiderijs pressæ descendant; per Capricornum verò, Saturninum scilicet intellectualemque instinctum, id est, nouâ igniculorum idealium resuscitatione, continuâ contemplationis assiduitate, virtutumque studio facta, ad eundem, vnde excidêrant, gradum ascendant. Est autem Saturnus nil aliud in mystica Veterum Theologia, vti in tertia Classe demonstrauimus, nisi Mens, cuius solius ope superiora petuntur; nam cùm Saturnus & Capricornus siccæ naturæ sint, maximè homines ad intellectualium rerum exercitium, spiritu ad intima contrahente atque colligente, apros faciunt, & ad contemplandum incitant, prouocantque. Luna verò & Cancer vti humidæ naturæ sunt, ita maximè dispersiuâ ac dilatatiuâ virtute pollet, atque adeo in sensibilium spectaculorum, ac geneticæ sphæræ gurgitem suapte vi animas incitat ac propellit; in ipso verò descensu anima & à Saturni Numine, vt loquuntur Platonici, per se, & à Saturni lumine per corpus ætherem, amictum quendam, quem Zoroastres vehiculum animæ, Hebræi, vt in Cabala docuimus, indumentum cœleste vocant, veluti incitamentum quoddam, ad contemplationem aptiùs exequendam suscipit; à Iouis verò Numine & lumine ad politicæ vitæ gubernationem; à Marte ad iniurias propulsandas magnanimitatem; à Sole ad phantasiæ, sensuumq; claritatem; à Venere ad amorem; à Mercurio ad scientiam, rerumque interpretationem, atque facundiam Rhetoricam; à Luna denique ad generandum sua accipit subsidia; & tametsi omnia dentur bona,

Cicero.

Aegyptiorum error de animarum transmigratione fluxit ex malè intellecta doctrina Hermetis.

Animarum descensus, vbi initium sumat, in Cancro, & ascensus in Capricorno iuxta Veteres.

Saturnus quid sit ex Veterum Theologia, Cancri Planetæ quid significet.

possunt tamen in terrenæ mistionis contagione ad malum degenerare, breuique putant huiusmodi descensum non secus ac radiorum Solarium momentaneum quandam diffusionem. Alij ex Platonicis putant animas in qualibet sphæra ad certum tempus vitam agere, iuxta rationem ipsius conuenientem, à singulis propria vehicula sortitas; ac tandem, post multa secula ad elementarem sphæram descendere; atque in ignem quidem & aëre dæmoniacam; in terra humanam brutalemque vitam agere; similibusque tandem reuolutionum gradibus ad supernas Deorum choreas reuerti. Hactenus Platonici. Quæ omnia optimè quadrant ijs, quæ de animarum per decem Sephiroth reuolutione in quarta Classe tractata de Astrologia Cabalistica proposuimus. Quæ tamen omnia orthodoxæ doctrinæ repugnant, vt citato loco ostendimus; neque ea dicta volumus, nisi in quantum ad Aegyptiacæ Philosophiæ expositionem conferunt, vtpote iuxta quibus, omnis interpretatio & Oedipi conatus superuacaneus irritusque foret.

Plato alicubi aliquorum explicatio de descensu animarum.

Animarum descensus repugnat orthodoxæ doctrinæ.

CAPVT VIII.

De sacrificijs, ritibus, & cœremonijs, quas Veteres tum ad animam expiandam, tum ad Numina attrahenda vsurpare solebant; qui finis erat Theologiæ mysticæ.

Theurgia Ægyptiorum.

ÆGyptijs præ omnibus Mundi nationibus hanc Theurgiæ partem, quæ in sacrificijs, ritibus, & cœremonijs, Deorumque inuocationibus rité peragendis consistebat, vsitatam fuisse legimus, quam & artem Sacerdotalem vocabant; hanc enim si legitimè perficerent, omnibus scientijs repleri, Deorumque consortio beari credebant; vnde magna hieroglyphicorum pars huic Theurgiæ inititur, vti in tertio Tomo ostenditur; imò quicquid in toto de mysterijs Ægyptiorum mirifico opere traditur Iamblichus, verus & maximè genuinus Ægyptiorum Interpres, huc alludere videtur. Et tametsi pleraque orthodoxæ doctrinæ contraria sint, mirum tamen videri debet, Ægyptios in summis infidelitatis tenebris constitutos, tantam animarum rité expiandarum cultûs rationem habuisse, tantoque desiderio ad Deorum consortium, vitæque cœlestis beatitudinem aspirasse. Et quamuis Diabolus humani generis hostis sub larvato fuco diuinitatis Simiam agens, in omnibus eorum operationibus se ipse vtplurimùm immiscuerit; habuit tamen eorum, præsertim qui Philosophiæ & Theurgiæ operam dabant, vita, nescio quid supra humanum admixtum, vti ex Hermeticis operibus abundè patet; quod & SS. Patres Iustinus Martyr, Clemens Alexandr. & Augustinus mirati sunt, & ex sequentibus luculenter patebit.

Hieroglyphicorum ratio pars Theurgiæ Ægyptiorum inuitior.

Animarum expiandarum cura apud Ægyptios.

Sacramenta quibus Syncha-sis perficiebatur apud Ægyptios, quæ.

Quæritur itaque primò, quid sint sacramenta, quæque sit vis eorum, quâ tanta miracula Ægyptios se patrare opinabantur. Iamblichus putat quòd Deificam vnionem, quam Θεωσιν, aut Θεοποιιαν vocant, solum, præ-

præstet tùm præceptorum operumque diuinorum quæ omnem intellectum excedunt, decens obseruantia, tùm symbolorum sacramentorumque mira solis deorum Numinibus potestas. Putabant enim Sacerdotes, hoc ipso quòd sacramenta peragerentur, ijs etiam non intelligentibus, aut aliud agentibus, nihilominus effectum suum sortiri; Deorum potestate, quo hæc referantur, ineffabiles ex seipsis proprias agnoscente imagines, non à nostro intellectu excitatam. Vniuersales enim, vt aiunt, causæ à particularibus effectibus non mouentur, vnde nec ab intellectu nostro diuiniores essentiæ principaliter ad operandum mouentur; sed intellectum, & bonæ voluntatis affectum, poritatemque tanquam dispositiones & concausas quasdam, vt Iamblichus ait, præcedere necessarium est. Quæ verò maximè diuinam prouocant voluntatem, ipsa sacramenta esse putant, atque ita diuina à seipsis mouentur, neque ab vllo subdito principium actionis accipiunt. Sicuti enim, aiunt Ægyptij, & Chaldæi, in agricultura, medicina, arte imaginum, humano coitu, homo materiam opportunè adaptat disponitque, causa verò superior atque vniuersalis adhibet formam; sic in sacrificio quando sunt symbola atque synthemata, id est, signacula & sacramenta, Sacerdos adhibet materialia quidem, Deus autem sacramentis suam imprimit efficaciam. An non hic aliquo modo, sub obscuro tamen verborum inuoluero, idem indicatur, quod orthodoxi Theologi docent, dum sacramenta ex opere operato gratiam conferre asserunt, non opere operantis?

Iamblichus.

Magnam itaque efficaciam in sacrificijs suis ritus, cœremonias, & sacramenta rité & religiosè peracta obtinere putabant Ægyptij. Dixi, rité & religiosè peracta, quia si vel vnicam citeumstantiam omitterent, totum opus irritum fore existimabant. Summo itaque studio, intensa cura in id vnicum incumbebant, vt quàm integerrimè & sincerissimè omnia, & singula administrarent. Primo enim locus, quod adytum vocabant, ab omni hominum consortio remotus requirebatur. Hinc antequam intrarent, multorum dierum abstinentia, vigilijs, corporis macerationc, rerumque terrenarum concupiscentijs domandis ad Deorum influxus apriùs recipiendos se disponere summo studio contendebant: adytum ingressi habitu vtebantur sacro, Deorumque operationibus prorsùs analogo; siquidem maximè Dijs mysticos & symbolicos corporum ornatus placere, ijsque veluti escâ quâdam allectos, tanquam ad res naturæ eorum maximè congeneas congruasque allectos, sese sistere opinabantur: hisce gestis, variisque corporis in nomen Numinis, quod inuocabant, transformationes adiungebant; ijsq; Numina mirificè trahi putabant; quibus accedebat hymnorum singulis Dijs appropriatorum recitatio, diuinorumque nominum sub incognitis vocibus inuocatio; denique sussumigiorum exacta singulis congruorum selectio. Quibus omnibus mystice peractis, fieri non posse credebant, quin Numina vltrò sese sisterent, & postulata à Sacerdotibus exequerentur. Primò enim hisce rite peractis animam expiatam ad supremas illustrationes consequendas perfectè disponi; Vaticinij & Prophetiæ donum Deorum immortalium munere concedi;

Cura Ægyptiorum rité peragendi suos ritus & cœremonias.

Adyta qua præparatione intrabant Ægyptij Sacerdotes.

In Adytis quid faciebant Ægyptij Sacerdotes.

quo obtento, iam à fato liberos, ab omni necessitatis vinculo exolutos, Deorum consortio beatos se, Θεοφιλεῖς καὶ θεοφορήτους credebant, qui vnicus erat totius Theurgiæ finis & scopus. Quomodo autem in huiusmodi ritibus & cæremonijs procedendo esset, tum pulsum in hoc & alijs operibus dictum est, tum ex professo Iamblichus in suo de mysterijs Ægyptiorum libro explicat, ad quem Lectorem remitto. Orpheus sanè maximam suffumigijs & odoribus in sacrificijs vim attribuit, vnde hoc loco opportunè ea desiderenda esse duxi.

§ Vnicus.

De suffumigijs in sacrificijs vsurpatis ex Orphei Hymnis.

Suffumigia in sacrificijs vsurpata apud Antiquos.

DIximus passim in hoc Opere, Ægyptios magnam in sacrificijs Deorum, inuocationibus, thymiamatum siue suffumigiorum rationem habuisse; nihil enim Dijs gratius exhiberi posse putabant, quam appropriatas singulis aromatum species vel simplices, vel compositas exhibere. Hinc Orpheus Ægyptiorum discipulus, hoc vnicum in mysticis Deorum hymnis intendit, vt vnicuique suum illi conueniens, congruumque promat in sacrificijs suffumentum. Sed quoniam hæc omnia passim hieroglyphicis symbolis exhibita spectantur, hoc loco sanè opportunè singulorum Deorum suffumenta, quæ ad Deos quà placandos, quà attrahendos adhibebantur, apponenda duxi.

Deorum singulorum suffumigia.

Primò quidem parturientium Deæ, Lithyæ, quam Prothyræam vocant, styracis thymiama, in sacrificijs adhibendum præscribit, quo Empulas, Lamias, & Lilithas, malis parturientibus inferendis propulsari credebant. Hoc pacto Deæ noctu, quam & Cyprim vocat, lampades, id est, ignium splendores, ad tetras caligines dissipandas, exhibet: Cœlo verò, quem Mundi patrem, & præstantem Dæmonem vocat, thus exhibet; Ætheri crocum; Saturno, quem & primogenitum Phanetam & Priapum vocat, fœnum offert, putans hoc eum tractum iri. Hunc hymnum hoc versu concludit.

Θῦσον σύμβολα.

Καὶ τῷτέλει ἄγων πανήγυριν ἐγκρότησον.

Lætus descende ad sacrificium sanctum, variumque orgia discentibus.

Naturæ, Astris, & Lunæ aromata; Soli Libanomannam, ad beatam vitam obtinendam offert; sic enim hymnum condidit.

Καὶ, λόγον ἐκφαίνων ἅ θεμις μύστας ἀκοῦσαι.

Auda sermonem, sacraque vitam sacra discentibus aperi.

Pani varia suffimenta exhibet, ad bonum vitæ finem obtinendum; vti ex fine hymni patet. Herculi thus ad mala damna propulsanda præbet. Rheæ aromata ad pacem adducendam cum opulentis possessionibus, & ad Parcas ad fines terræ amandandas, apponit. Ioui styracem ad sanitatem inculpatam, pacem, & diuitiarum gloriam consequendam. Iunoni aromata; Neptuno & Nereo smyrnam, ad prosperum per mare iter obtinendum, & ad pacem & diuitias impetrandas. Protheo styracem, vt sacra discentibus pia prouidentia mittat beatitudinem vitæ, operibusque finem prosperum concedat. Terræ omne semen, præter fabas & aromata, concedit, tùm ad fructus augendos, tùm ad beata tempora impetranda instituit. Matri Deorum Cybeli vxori Saturni, ex varijs composita suffimenta instituit ad varia terræ munera suscipienda. Mercurio Deorum Nuncio thus tribuit, vt bonum vitæ finem, præbeat, sermonis in operationibus gratiam, & ad perficiendam memoriam. Dionysio seu Baccho styrax offertur, vt ea quibus ipse dominatur, lætò prouentu obtinere contingat. Mineruæ seu Palladi Persææ folia, ad sapientiam obtinendam consecrat & adolet. Appollini manna ad quietà & tranquillà tempora impetranda offert. Veneri odoriferæ, quæuis magnæ efficaciæ, ad amores sibi mortalium conciliandos. Adonidi & Amori aromata ad ἀνοήτους siue pernicioſa & absurda consilia profligandà exhibet. Nemesi è varijs composita suffimenta ad bonas cogitationes obtinendas, & ad sedandas opiniones iniustas, instituit. Æsculapio manna ad sanitatem prosperam, & ad felices medicinalium effectus obtinendos præbet. Ex quibus apertè constat, nihil Ægyptios sine suffumigijs in sacrificijs egisse; sed pro conditione Numinis suffumigia sua exhibuisse. Hinc celebre illud Kyphi Ægyptiorum, de quo, Suida teste, Iuhanus Philosophus integrum librum scripsit, ex sexdecim speciebus compositum: quod & Plutarchus libro de Oſiride & Iſide his verbis describit: *Id quoque ad rationem causæ reddendæ nonnullum affert testimonium, quod Myrrham Ægypti Bal nominant, quæ vox si interpretetur, delinitionis significat emolitionem. Kyphi porrò mixtum est sexdecim rerum in vnum compositarum, mellis, vini, vuæ passæ, asperi, resinæ, myrrhæ, asphalti, sesclis, iunci odoratì, bituminis, foliculorum rumicis, iunipori vtriusque* (duas enim nominant, maiorem & minorem) *cardamomi, & calami. Has autem species non temerè componunt, sed seplasiarijs dum illibæ miscent, sacræ recitantur literæ. Ipse numerus aliquid videtur habere, quòd mirum quadratus est à quadrato procreatus, solus talium pariter par, & areæ quantitatem cum ambitus numero eandem, sed ad hoc conducunt plurima eorum, quæ miscentur, aromaticis præditæ facultatibus. Itaque Kyphi suauem emittit vtilemque exhalationem, quæ aër mutatus spiritu suo item corpus afficit, temperiemque blandam adipiscitur, & molestias ac vehementiam diuinarum curarum quasi vincula quædam animi citra ebrietatem relaxat: facultatemq; animi imaginatricem & somniorum capacem leuigat instar speculi, purioremque reddit; non minùs id quidem efficaciter quàm lyræ strepitus, quibus ante somnum Pythagorei vtebantur, brutam motibusque fœtuis obnoxiam animæ partem ex ratione excantantes atque sedan-*

Ægyptiorum Sacra non fiebant sine suffumigijs.

Plutarchus.

tes; odores enim sensum deficientem renouant, sæpè etiam contrà bebitant ac sopiunt, diffusis ob lenitatem per corpus exhalationibus, sicut medicorum nonnulli somnum obire iuuant, quando alimenti vapor veluti serpens leniter circum intestina, & ea contrectans titillationem quandam inducit. Kyphi porrò Ægyptijs etiam ad bibendum temperantur, potum enim videtur ob vim molliendi suam interiora purgare. Præter hæc resina Sotis est opus, & myrrha lachrymæ ad Lunam à stirpibus edita. Eorum porrò quæ in Kyphi componuntur, sunt qua nocte magis gaudent, vt quæ spiritibus frigidis, umbris rore, & humoribus alantur; nam diei lux vna est & simplex, & Solem Pindarus cerni ait per vacuum ætherem; nocturnas autem aër inixtus temperatusque est è variis luminibus atque facultatibus, quæ veluti semen in vnum ab omnibus stellis consistunt. Ergo non abs re illa vt simplicia & à Sole protrusa interdiu; hæc vt mixta & omnigenis qualitatibus prædita, ineunte nocte adolent. Cùm autem Veteres tantum tribuerint virtutis ad aduocanda per suffimenta Numina, illius rationem Iamblichus docet his verbis: *Superi namque sunt passionis experres, quandoquidem placet eis per ignem discuti materiam atque consumi, nosque reddunt à passionibus alienos, & quæcunque sunt in nobis, Dijs similia faciunt: quemadmodum ignis dura omnia & opaca corporibus subtilibus lucidisque similia reddit, nosque sursum eleuat per sacrificia, eorumque ad ignem consumptionem ad Deorum ignem, sicuti & ignis ad ignem eleuat reducitque grauia simul & dura ad diuina sursum atque cælestia. Vehiculum corporale dæmonibus subministrans, neque à materia, neque ab elementis, neque ab aliquo corpore noto nobis exilit. Non potest igitur ab elementali essentia tanquam altissima fieri Dæmonibus nutrimentum, sed quemadmodum Dij igne fulmineo materiam diuidunt, ac separant à materia, quæcunque sunt immaterialia quidem per essentiam, sed alligata materia, atque ex passibilibus impassibilia reddunt: sic & noster ignis, æthereus diuini ignis imitans, quicquid materiale reperit, in sacrificio dissuit, & ad nota purificat, & à vinculis materia soluit; ac propter naturæ puritatem ad Deorum communionem idonea facit, atque nos eodem pacto à vinculis generationis absoluit, Dijsque assimilat, & facit ad Deorum amicitiam aptos, nostramque naturam materialem ad immaterialem attollit naturam.* Quia tamen Iamblichus duplicem ordinem statuit Deorum, partim materialium, partim immaterialium; hinc diuersa quoque cultu, diuersæque rationis sacrificijs honorandos esse constituit. Verùm cùm ibi mentem Sacerdotum Ægyptiorum, & dogmata Hermetica hieroglyphica aptissimè innuat, discursum eis forsan obscuriorem [illegible], dilucidandum duxi.

Suffimentis quomodo Deos attraxerint Veteres, Iamblichus.

Principium verò ad hæc omnia optimum est, quod contextum sacrificiorum declarat, Deorum ordini consequenter annexum. Deos alios quidem materiales, alios immateriales ponimus. Materiales, qui materiam in se comprehendunt atque exorant; Immateriales autem, qui à materia penitùs segregati sunt. Secundùm igitur Sacerdotium artem incipere sacrificia decet à Dijs materialibus; non enim aliter ad immateriales Deos patet ascensus. Hi igitur communionem quandam ad materiam habent, quatenus ei præsident atque incubant; ijdem in ijs quæ fiunt circa materiam, dominantur, vt diuisioni, percussioni, repercussioni,

Iamblichi doctrina de Deorum apud Veteres dispari ordine, modoque, eos colendi.

ni, mutationi, generationi, corruptioni corporibus materialibus omnibus. Si quis igitur hos rite velit colere, nimirum pro natura eorum atq; Principatu cultū adhibere debet, materialibus inquam materialem: sic enim ad eos totos per tota nos toti in familiaritatem propriam perducemur, cognationemque ipsis in cultu congruam adhibebimus. Corpora itaque vita priuata, & animalium cædes, destructio corporum, mutatioque multiformis atque corruptio, & omninò proiectio materiæ præcedenti, materialibus Dijs congruit: non quidem ipsis propter seipsos, sed propter materiam, cui præsunt. Etsi enim ab hac maximè separati sint, simul tamen huic adsunt; ac si materiam in potestate immateriali continent, attamen vnà cum hac existunt. Iam verò gubernata gubernatoribus non sunt aliena, similiter exornatoribus exornata. Quin etiam vtentibus quæ subministrant tanquam instrumenta facilè proportionibus coaptantur. Quapropter immaterialibus quidem Dijs, materiam in sacrificijs adhibere est alienū; materialibus autem omnibus est admodum consentaneum. Operæ pretium est ad hæc insuper geminum vitæ nostræ habitum cogitare. Aliquando quidem animis toti nos efficimur positi extra corpus & eleuati mente, vnà cum totis immaterialibus Dijs, per sublimia nos attollimus; aliquando verò terreno corpore colligamur, sumusque corporei, materia videlicet comprehensi. Similiter duplex erit cultus diuini ratio: vna quidem erit simplex, incorporea, ab omni generatione sincera, sinceris competens animalibus: altera verò plena corporibus & actione prorsùs materiali, conueniens animalibus nondum puris, nec dum ab omni generatione purgatis. Sacrificiorum ergo species duæ sunt: purissima quidem sacrificia hominum sunt summopere purgatorum. Quod quidem rarò conuenit vni, vel admodum paucissimis, vt inquit Heraclitus. Sacrificia verò materialia, & quæ in mutatione versantur, animalibus adhuc occupatis corpore competunt: Ciuitatibus ergo nondum purgatis genitali sorte contubernioque corporeo, nisi ciusmodi sacrificia dederis, ab vtrisque pariter aberrabis ab immaterialibus simul atque materialibus bonis. Illa quidem non possunt accipere, ijs autem proprium consentaneumque non offerunt. Accedit ad hæc, quòd vnusquisque quà ratione est, non qua non est, agere debet essentiæ curam. Non oportet igitur hanc præuaricari propriam colentis mensuram atque naturam: complexionem quoque propriè coaptatam inter curantes homines potentiasque curatas, electuram iudico conuenientem sibi culturæ modum; nam complexio ciusmodi immaterialiter temperata immaterialem eligit, quatenus ipsa videlicet potentijs purè incorporeis ad ipsa purè incorporea copulantur. Complexio illiusmodi corporaliter coaptata corporibus, eligit culturam similem ad essentias corporibus præsidentes. Sæpè pro necessario corporis vsu vouemus operamurq; aliquid erga Deos gubernatores corporis, Dæmonesq, bonos, dum videlicet studemus purgare corpus à maculis quibusdam sordibusq; Veteribus, vel morbis absoluere, sanitatemq; adhibere, vel grauedinem corporemq; remouere, & leuitatem

Duplex cultus diuinus ex doctrina Iamblichi.

Expiationis modus iuxta Iamblichum.

effi-

efficaciamq ; adhibere, vel aliud quoddam bonũ corpori comparare. Tunc igitur non intellectuali quadam & incorporeâ ratione corpus rite tractabimus ; non enim ita natum, est vt his modis curari queat, sed cùm cognata sibi nanciscitur, tunc corporibus curatur corpus, atque purgatur. Erit igitur & sacrificandi ritus ad vsum eiusmodi necessariò corporalis ; atque ita superflua corporis expurgabit, supplebitque pro necessitate quæ desunt, & quæcunque distributa sunt, ad proportionem ordinemque reducet. Sacrificamus sæpè poscentes à superis aliqua ad vitam humanam accommodata, scilicet quæ vel victui necessaria sunt, vel ad illa pertinent, quæ gratia corporis affectamus. Quidnam tunc continget nobis à Dijs ipsis, qui ab omni humana generatione sunt penitùs segregati, quod ad penuriam sterilitatemue fugandam, vel copiam adducendam nobis conferat, vel ad alia necessaria vitæ conducat ? nihil sanè ; qui enim sunt ab omnibus absoluti, eiusmodi dona non tractant ; si quis verò dicat, Deos illos immateriales omninò materiales in se comprehendere Deos, horumque dona secundùm vnam causam primam in se complecti ; dicet vtique copiam quandam ita diuini muneris illinc inferiùs descendentem. Verùm quod illi hæc tractantes proximè humanam vitam actionesque peragant, nulli dicere concedendum est ; eiusmodi enim rerum, quæ hic sunt, dispensatio diuisa est atque particularis, & cum quadam ad hæc conuersione peragitur, neque omninò est à corporibus segregata, neque puram sinceramque gubernationem præfecturamque admittere potest. Modus igitur sacrificandi pro rebus eiusmodi congruus est, qui cum corporibus habet & generatione commercium, non qui est à materia & corpore penitùs separatus. Qui enim purus est omninò, talia supergreditur, neque ad hæc proportionem habet ; qui verò corporibus horumque viribus vtitur, est rebus eiusmodi omnium cognatissimus, potens prospera quædam vitæ suppeditare, & aduersa nobis imminentia deuitare, ac temperiem comparare humano generi moderatam. Plurima hominum turba naturæ subijcitur vniuersali, eaque viribus naturalibus gubernatur, atque inferiùs ad naturæ opera vergit, completque dispensationem fati, & fatalium operum suspicit ordinem, rationemque practicam circa naturalia solum exercet. Pauciſſimi supernaturali mentis potentia freti à natura discedunt, atque ad separatum immistumque se conferunt intellectum ; vndè naturalibus potentijs superiores euadunt. Nonnulli verò medium tenent inter purum intellectum atque naturam, & horum alij quidem vicissim sequuntur vtrumque, alij mistam ex illis vtrisque vitam agunt, alij soluuntur quidem à deterioribus, & ad potiora se transferunt. Qui ergò natura gubernantur vniuersali, & ipsi vitam degunt naturæ propriæ maneiparam, potentijsque naturæ fruuntur, cultum exercebunt naturæ conuenientem, corporibusque natura motis congruum : eligentes ad hoc loca, qualitates, aëris materiam, materiæ vires, corpora, corporum qualitates, & habitus, motus conuenientes, mutationesque eorum quæ in generatione versantur atq; similia, tùm in cæteris cultus diuini partibus, tùm in ritu sacrificandi.

Qui verò solâ mente viuunt, vinculis naturæ soluti, intellectualem corporumque expertem culturæ normam in omni religionis parte meditabuntur. Qui mediam vitam degunt inter intellectum atque naturam, mediam quoque sequentur religionem, atque pro vitæ mediæ differentijs differenter sectabuntur colendi per media modos ; aut enim tractabunt vtrumque vicissim, aut ab altero ad alterum declinabunt, aut deteriora tangent, vt per ea consequantur & potinta, existimantes non aliter sublimiora se consequi posse. In genere essentiarum potestatumque diuinarum aliæ quidem subiectam sibi animam habent atque naturam, subministrantem videlicet eorum opificijs, quatenus ipsæ volunt ; aliæ verò ab anima & natura sunt penitùs separatæ, non inquam ab anima tantùm mundana prorsùs atque genitali, verùm etiam ab anima diuina eiusque natura. Aliæ denique medium tenent, communionemque inter extrema conciliant, vel secundùm vnum indissolubile vinculum, vel secundùm exuberantem maiorum traditionem, vel secundùm minorum susceptionem non impeditam, vel secundùm colligatam amborum consensionem. Quando Deos colimus animæ naturæque dominantes, non alienum est & naturales his vires offerre, & corpora quæ natura reguntur, Dijs eiusmodi consecrare. Omnia enim naturæ opera & obtemperant eis, & ad eorum dispensationem aliquid conferunt. Sed quando Deos longè secretos, & in sua vnitate collectos cupimus venerari, honoribus à materia penitùs absolutis eos venerari debemus. Intellectualia enim his dona debentur, incorporea vita, virtus perfecta, sapientia consummata, eorumque officia. Medijs autem Dijs, mediorumque donorum Ducibus, sicut diximus, media competunt. Ab alio igitur principio exordientes, scilicet à Mundo, Dijs mundanis, distributione quatuor in Mundo Elementorum à communi sortitione secundùm mensuras Elementorum facta, à circumferentia circa centra in ordine reuoluta, ad veritatem sacrificiorum facilem habemus accessum. Si enim nos in Mundo sumus, & vt partes continemur in eo, primumque generamur ab eo, atque à totis potentijs eius perficimur, & ex quatuor eius componimur Elementis, ac portionem quandam vitæ naturæque ab eo nacti tenemus ; profectò non debemus in cultu diuino Mundum mundanosque ordines prætermittere. Ponamus igitur circa quamlibet Mundi partem esse quidem corpus aliquod vt videmus, inesse præterea vires corporibus incorporeas ordine distributas : sacrorum itaque lex similia similibus rite distribuit, & à summis ad ima per media tota progreditur : corpora quidem corporeis adhibens, incorporeis incorporea, propria videlicet vnicuique reddens. Veruntamen si quis religiosus supermundanum Numen assequitur (rarissimè verò id accidit) hic vtique solus seorsum à corporibus & materia positus, nimirum & talem prosequitur cultum, supermundanâ potentiâ Dijs supramundanis vnitus. Quod autem vni vix tandem in Sacerdotij fine contingit, non expedit pro communi lege omnibus & in principio, & in medio religionis statuere. Hi namque corporeum quocunque modo cultum agunt. Quilibet igitur peritus in Sacerdotio constitebitur, oportere cultum

Pro ratione naturæ Deorum sacrificia instituenda ex mente Iamblichi.

tum superis nec ex parte, nec imperfectum, sed conuenientem & integrum adhibere. Quoniam igitur antequam adsint Dij descendantque ad terram, omnes præsubiacentes illis potentiæ mouentur, & vt præcursores pompæque præcedunt; nimirum qui non distribuit omnibus quod cuique congruit, nec vnumquemque proprio quodam honore prosequitur, ipsam Deorum præsentiam non assequitur. Qui verò omnia Numina sibi propitia reddit, grata offerens vnicuique, donaque similia, hunc sanè non frustratur euentus, sed diuinum Chorum integrâ plenâque præsentiâ suscipit. Cùm igitur hæcita se habeant, non oportet ritum religionis esse simplicem ex pauciſque compositum, sed multiformem, & ex omni harmonia constantem ex cunctis vbiq; mundanis (vt ita dixerimus) constitutum. Si enim simplex aliquid & vnius duntaxat ordinis esset id ipsum quod in Sacerdotio aduocatur, & ad nos mouetur, simplex vtique modus sacrificandi sufficeret. At verò nullis notum est, quanta virium multitudo suscitari solet, quando descendunt Dij atque mouentur, nisi Sacerdotibus illis, qui opere ipso id experti iam fuerint. Soli igitur hi cognoscunt, quæ potissimum sit perfecta plenitudo colendi, & quàm paucis prætermissis, quantum nos frustretur euentus. Quemadmodum in harmonia, si vna chorda frangatur, tota subitò dissonat: sic vno prætermisso Numine sine ritu, communis ipsa religio finem non habet optatum, dum hoc vno deficiente sacrum opus structuram suam integritatemque non habet. Quando diuinæ potestates palàm ad sensum descensuræ sunt, manifestum nobis prouenit damnum, si quem ex superis prætermittimus non honoratum. Similiter quando clàm veniunt in opere sacro, periculosum est, si hunc quidem honores, alium verò pro sua dignitate & ordine non honores. Qui enim aliquem proprio fraudant honore, totum confundit religionis opus, dum vnam totamque dispositionem dissipat: neque vt aliquis putaret, tunc opus suscipiendi tantum est imperfectum, sed totius structuræ perit. Quid verò? Nonne ipsa sanctimoniæ summitas, ad summum ipsum totius Numinum multitudinis principium vnumque recurrit, atque in eo diuinas omnes simul essentias dominationesque colit? Procul dubio, verum eiusmodi summitas serò admodum aduenit, & quàm pauciſsimis: atque optimè nobiscum agi putandum est, si talibus in vitæ calce contigerit. Disputatio verò præsens non eiusmodi Deo leges ponit: hic enim est lege superior: sed lege aliqua indigentibus, has sacrorum leges in præsentia sancit. Numinum multitudo est quasi Mundus aliquis, habens multos ordines, in vnum ordinem conspirantes. Similiter sacrificia debent habere Numinum ordinem, pariter in vnum ordinem conspirantem, ita vt singuli singulis Numinibus ritè respondeant: similiter quæ circa nos sunt & in nobis, multiplicia sunt, neque debent ex aliqua parte tantum, sed ex cunctis congruè diuinis nostrarum rerum causis respondere, atque ita ad supremos ascendere duces. Religiosa igitur obseruantia circa nos & in nobis, agit varia. Aut enim quasi propagando perficit, aut amputat, aut emundat, aut expertia ordinis ordinat, aut segregat longiùs ab errore mortali: cuncta denique totis supernis familia-

Iustitia comparationum Deorum ex mente Iamblichi.

miliaritate conciliat. Atqui quando vtrinque congrediuntur in vnum, illinc quidem diuinæ cauſæ, hinc autem ex æquo præparationes humanæ, tunc absoluta religio peragit omnia, & ingentia ex sacrificijs bona reportat. Profectò exuberantia potestatis in cauſis vniuersi summis, id habet, vt quemadmodum in cæteris inferiora superat, ita & in hoc admodum superet, videlicet in ipsa præsentiæ amplitudine, vt maximæ omnium cauſæ, maximè omnium omnibus sint præsentes, adeò vt eadem ipsa cauſæ vniuſcuiuſque potestas, seorsum ab impedimento vbique tota semperque sit præsens. Hâc igitur ratione ipsa omnium prima, vltimis quoque subrutilant; immaterialiaque principia immaterialiter materialibus adsunt. Nemo miretur si quam materiam esse dicimus puram atque diuinam; nam ipsa quoque materia cùm ab Opifice Patreque omnium facta, sit, meritò perfectionem sui quandam acquisiſse potest aptam ad Deos suſcipiendos. Hæc Iamblichus.

In quibus quidem primariò ostendere nititur, summam Deorum prouidentiam, quam non meliùs quàm per sacros religionis ritus sibi conciliari posse existimabat; est enim prouidentia certè omnia, quæ Mundi ambitu continentur. Verùm de hiſce audiamus Proclum de anima & dæmone, vbi appositè sanè, quæ hucusque recensuimus, summatim indigitat sequentibus verbis: *Qui diligentiores sunt in rerum rationibus assignandis, duo hæc elementa potissima diuinæ Demoniscæq; prouidentiæ tradunt. Primum, per omnia desuper prouidentiam ad vltimum vsque procedere, ac nè minimum quidem sui expers alicubi prætermittere. Secundum nihil omninò eam ex gubernatis accipere, nec eorum naturis repleri, nec eis alicubi commisceri. Non enim ex eo quod omnia seruet atq; disponat, admiſcetur propterea gubernatis: nam diuinam atque Dæmonum naturam habet, passionibus animarum particularium non subiectam. Neque tamen dum separatim sequentia supereminet, propterea ex deterioribus aliquid inordinatum inculumque relinquit. Imò verò ob hanc ipsam cauſam omnia decenter exornat, atq; à dispensatis absoluitur. Est enim benefica pariter atq; sincera, exornatrix omnium, atq; ab excultis interim expedita. Per omnia currens, præsertim quia cohibita nusquam. Viri quin etiam diuini, inferioribus diligentissimè prouident simul atq; tranquillè. Quid ergo de Dijs ipsis bonisq; Dæmonibus est dicendum? Nonne præsentes omnibus liberi sunt ab omnibus? Implentes seipsis omnia, nullis alicubi permiscent. Discurrentes per vniuersum, nusquam vitam propriam addixerunt. Nonne confitebimur Deos suas prolas amare? quemadmodum Poëtæ fingunt, Iouem amare puellam, ipsamq; Venerem. Nempe quoniam amor eiusmodi prouisor est, ergò seruator perfectorque, ergò contentor rerum diuinitùs amatarum. Interea & beneficus est ergò sincerus immixtusq;, habitudine nulla ad res affectus externus. Dic amabo, vndenam diuinis interdum hominum animabus, amatorium eiusmodi priuilegium obtigisset, nisi priùs Dijs ipsis inesset? Quicquid enim bonum ergò salutare competit animabus, cauſam à Dijs definitam habet. Quamobrem ergò virtutum omnium, corporaliumque bonorum, velut sanitatis, roboris, iuſtitiæ, temperantiæ exemplaria Plato probat præcedere penes Deum. Quantò itaque magis amatorij muneris cauſam principalem apud Deos esse fatebimur? quippe cùm amatorius hic affectus, vt Socrates in Phædro ait, diuino*

Dij amant suas res.

quo-

quodam munere sit tributus. Dij igitur Deos amant, antiquiores quidem minores: sed prouidentiæ munere; minores vicissim maiores diligunt, quod nimirum videlicet conuersionis officio. Perficere quidem deterrima, ex inferioribus prouidere, animabus quoque qua ratione sunt animæ, competit. Nam ex ob hoc ipsum descendunt, propter rerum generabilium prouidentiam cunamque mortalium. Ita vtique prouidere, vt prouidens gubernatis nec misceatur, nec velut addictus afficiatur, necinde recipiat quicquam, Deorum proprium est, Dæmonumq; bonorum. ex quoties contingit animibus humanis, diuina vel Dæmoniaca largiatur contingit. Salent Sacerdotes in sanctissimis sacrificijs, vel per verba, vel per ea quæ nouiter ostenduntur, in admirationem stuporemque præsentes adducere. Semper enim Deus animam exponere consuevit. Socrates nunquam amittoriam vitam vsq; adeò reflantem peregisset, nisi assistus quidam Dæmonij eleuisset eam, ex tenuisset elevatam.

Amor omnibus inest.

Sacerdotis sacrificia.

Atque hæc sunt, quæ de Theologia Veterum, quantum ad hieroglyphicum negotium attinet, adducenda ratus fum. Innumeræ sane aliæ de Hermeticis, Pythagoricis, atque Platonicis dogmatis dici potérant. Verùm cùm eorum in toto hoc Opere passim fiat mentio, eademque in tertio Tomo oportune hieroglyphicorum expositioni referuauerim, vt ea toties repeterentur, superuacaneum esse ratus sum.

Conclusio Operis.

ECce Lector benevole, per incognitas hucusque Oceani Ægyptiaci semitas longè latèque diuagati Cymbam nostram portui tandem, vnde digressi sumus, statuimus. Merces exposuimus, in quibus si quicquam laude dignum attulimus, soli bonorum omnium largitori Deo Opt. Max. acceptum feras; sin, laudem in conatu reponas velim.

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

CA-

CATALOGVS AVTHORVM,

Quorum authoritatibus vtimur.

A

Benephius
Aben Morgun
Aben Pharagi
Abenragel
Aben Rahhman
Aben Rais
Aben Sina
Abenuaschia
Abnhali
Abn Rhodam
Abraham Ecchellensis
Abulfeda Geographus Arabs
Achilles Statius
Achmed
Ælianus
Agathias
Agazael Arabs
Agricola
Alassius Ord. Præd.
Albertus Magnus
Alcinous
Alsamenudi
Ammianus Marcellinus
Appion Historicus
Apollonius Thyan.
Apuleius
Arazael
Aristoteles
Artephius
Athenæus
Auctor Ialkuth
Auctor Scalæ
Auenaris
S. Augustinus

B

Aal Aruch
Balsam
Baroldonus
Beneka Indus
Ben Salamas
Boissardus
Brissonus
Bulengerus

C

Callimachus
Callisthenes
Cassianus
Cassiodorus
Cedrenus
Censorinus
Chronicon Alexandrinum.
Cicero
Clemens Alexandrinus
Coclenius
Columella
Cornelius Agrippa
Cornelius Nepos
Cusanus

D

Daiud Riualdus
Del Rio
Democritus Abderita
Diodorus Siculus
Dionysius Areopagita
Dionysius Interpres Hom.
Dioscorides
Dominicus Fontana

E

Eluchasan
Epiphanius
Esaias Propheta
Euripides
Eusebius
Eustathius
Exodus Liber

F

Faber
Fannius
Fuluius Vrsinus

G

Affarellus
Galenus
Geber
Gelaldinus Arabs
Geminus
Gregorius Nyssenus
Grunderus

H

Aled Arabs
Haly
Hamuel Sadid
Heliodorus
Hero Alexandrinus
Hero Mechanicus
Herodotus
Hesiodus
Hesychius
D. Hieronymus
Hieronymus Aleander
Hierotheus
Homerus
Horatius
Horus

I

Amblichus
Ieremias Propheta
70 Interpretes
Ioannes Reuchlin
Ioseph Ben Atriphath
Iosephus Flauius
Irenæus
Iulius Pollux
Iulius Firmicus
Iustinus Martyr

L

Actantius Firmianus
Laertius
Langius
Laurentius Pignorius
Leonardus Pisaurus
Liuius Galantes
Lucianus

M

Acrobius
Mahumed Ben Ioseph
Maierus
Manethon Sybennita
Manilius
Marcus Grimanus
Marcus Marci
Mariana Soc. IESV
Marsilius Ficinus
Martianus Capella
S. Matthæus
Mersennus
Morgam Ebnasa
Morgum
Mor Isaac

N

Icephorus Callistus
Nicetas
Nomenclator Coptus

Ora-

O

Racula Apollinis
Origenes
Orpheus
Ouidius

P

Appus
Paracelsus
Lib. Paralipomenon
Pardes
Paruta
Pausanias
Pererius Soc. IESV
Petauius Soc. IESV
Petrus Bellonius
Petrus Comestor
Petrus de Valle
Philastrius
Philo Byzantinus
Philostratus
Picus Mirandulanus
Pierius Valerianus
Plato
Platonici
Plautus
Plinius
Plotinus
Plutarchus
Pollux
Porphyrius
Postellus
Proclus
Prosper Alpinus
Psellus
Ptolomæus
Pythagoras

Q

Quercetanus

R

Abbi Abenezra
Rabbi Iona
Rabbi Ioseph Ben Carnitol
R. Lippoman
R. Moyses Ben Maymon
Radack, siue R. Dauid Kimchi
Radziuilius
Ralbag, siue R. Leui Ben Gerson
Rassi, siue R. Salomon Iarrhi
R. Sola
Raymundus Lullus
Reuelatio Adæ
Riuiera
Rhodiginus
Robertus de fluct.

S

Abellius
Scaliger
Schiangia Arabs
Serapion Arabs
Seruius
Sextus Empiricus
Sidonius
Simplicius
Socrates Historicus
Solinus
Sozomenus
Statius
Strabo
Suetonius
Suidas
Synesius

T

Ertullianus
Theon Alexandrinus
Theophrastus
S. Thomas Aquinas
Thomas Gastaldus. *vide* Alassius

Thomas de Leon Soc. IESV
Thomas Torquemade
Tibullus
Trismegistus
Trithemius

Virgilius
Vitruuius

V

Vaab Chronista
Villalpandus Soc. IESV

Z

Zonaras
Zoroaster

INDEX

Classium, Capitum, & Paragraphorum Partis Secundæ Tomi Secundi.

CLASSIS VII. MATHEMATICA HIEROGLYPHICA.

PROOEMIVM. 3

Sectio I. De Mathematica Hieroglyphica. 5

Caput I. De Vnitate, eius q; multiplici fœtu. 6

§. I. Quomodo maximum absolutum cum minimo absoluto coincidat. 7

§. II. Quomodo maximum & minimum Vnitas absoluta sint. 8

§. III. Vnitas absoluta vllo existit, & permixta est. 9

§. IV. Quomodo Pythagoras Vnitatem hanc trinam dixerit. Ibid.

Caput II. De Monadis in quatuor mundos, siue ad extra effusione. 11

Quatuor dictarum Monadum schematica explicatio. 14

Caput III. De hieroglyphica expressione numerorum Ægyptijs potissimum vsitata. 21

§. I. De Kyriologica ratione, representandi numeros Ægyptijs vsitata. Ibid.

§. II. De hierogrammatica veniendi ratione ac primo de Vnitate, Dyade ac Triade. 22

§. III. De Quaternario hieroglyphico. 26

§. IV. De Pentade hieroglyphica. 30

§. V. Senarius hieroglyphicus. 33

§. VI. Septenarius hieroglyphicus. 35

§. VII. De Octonario, Nouenario, & Denario hieroglyphico. 37

§. VIII. Anacephaleosis dictorum in Obelisci figura exhibitorum. 40

§. IX. Numeri hieroglyphici Kyriologici, partim ex tabula Bembina, partim ex Obelisco extracti. 41

Caput IV. De miris numerorum effectibus. 43

Caput V. De Mathematico fabricæ & constructionis dictorum sigillorum, ratiocinio. 50

§. I. *Quadrati constructio, quòd ex ternario in seipsum ducto constituitur, eíque Sigillum Saturni* . . . 51
§. II. *Secundi quadrati, quod ex quatuor in se ductis emergit; constructio Mathematica, atque Sigillum Iouis nuncupatur.* . . . 55
§. III. *Quadrati tertij constructio Mathematica, quod & Sigillum Martis dicitur.* . . . 58
§. IV. *De constructione Mathematica quadrati quarti Sigilli Solis.* . . . 60
§. V. *Constructio quadrati seu Sigilli Veneris Mathematica.* . . . 62
§. VI. *Constructio Sigilli Mercurij.* . . . 64
§. VII. *Constructio Sigilli Lunæ.* . . . 66
§. III. *De quadratis cubicis.* . . . 67
Caput VI. *De vsu, effectibus, mysterijsque, quæ sub dictis Sigillis latere Veteres opinabantur, vna cum eorum confutatione.* . . . 70

Sectio II. De Geometria Hieroglyphica. . . . 83
PRÆFATIO . . . 84
Caput I. *De Circulo, seu Sphæra hieroglyphica, vt est imago Dei ex Monade rerum omnium ambitus euoluentis* . . . 85
§. I. *Circulus apud Ægyptios in magna fuit admiratione & honore.* Ib.
§. II. *Quomodo Ægyptij per Circuli considerationem in diuinitatis maxima arcana deuenerint* . . . 88
§. III. *Quomodo Deum omnia in omnibus, & omnia in ipso esse, ex dictis colligi possit* . . . 92
§. IV. *Circulus demonstrat, quomodo in Deo omnia identificantur; & sphæra actualem eius in omnibus existentiam significet.* . . . 95
Caput II. *De Circulo, Decussi, cæterisque angularibus figuris; & quomodo ea ad sensibilis Mundi arcana indicanda adhibuerint Ægyptij* . . . 97
§. I. *Quomodo Mundus ex trigono archetypo profluxisse intelligatur ab Ægyptijs.* . . . 101
§. II. *De Triangulo, Quadrato, cæterisque angularibus figuris hieroglyphicè exhibitis.* . . . 102
Caput III. *De Pyramidis mysterijs hieroglyphicis* . . . 109
Caput IV. *De sphæra hieroglyphica amoris omnia connectentis.* . . . 115

Sectio III. Musica Hieroglyphica. . . . 119
Caput I. *De inuentione & etymologia Musicæ.* . . . 120
II. *Quod hieroglyphica Musica nihil aliud fuerit, quam scientia ordinis rerum Vniuersi.* . . . 123
III. *Quomodo quibusque hieroglyphicis Musicam mundanam expresserint Ægyptij.* . . . 128
IV. *Quòd omnes hymni Veterum ad Musicam mundanam alluserint.* . . . 135

Se-

Sectio IV. Astrologia Ægyptiorum & Chaldæorum hieroglyphica. . . . 139
PRÆOEMIVM. . . . 140
Astrologiæ Ægyptiorum Pars Prima. . . . 141
Caput I. *De Astrologiæ origine, & progressu apud Ægyptios.* . . . Ibid.
II. *De diuisione signorum, characterumq; cælestium signorum inuentione.* . . . 151
III. *De characteribus signorum, eorundemque origine.* . . . 164
IV. *De septem Planetarum origine, nominibus, officijs, characteribus.* . . . 168
V. *De signorum Zodiaci Genijs, viribus, qualitatibus; & quomodo ijs omnium rerum complexum exhibuerint Ægyptij.* . . . 174
VI. *De 48. Asterismis, siue Mansionibus Deorum inuentis.* . . . 195
VII. *Quomodo, & cur Ægyptij Cælum in 48. Asterismos diuiserint.* . . . 200
Digressio. *Num Cælum Liber quidam sit; & num variæ stellarum combinationes scripturam quandam conficiant.* . . . 215
VIII. *De Horologijs, seu Sciathericis Veterum; vbi de Horologio Achaz, & Ægyptiorum horologijs, per quinque Paragraphos.* . . . 224
IX. *De horis Planetarijs, Geniorumque singulorum Præsidibus.* . . . 232
X. *De viginti octo Mansionibus Lunæ.* . . . 241

Astrologiæ Ægyptiorum Pars Secunda. . . . 248
Caput I. *De origine diuisionis temporum in annos, dies, horas.* . . . Ibid.
II. *De Lustro Sothiaco, seu Caniculari.* . . . 249
Rota Chronica ex mente Ægyptiorum. . . . 265
III. *De Computu Coptitarum.* . . . 267

CLASSIS VIII. MECHANICA ÆGYPTIORVM. . . . 279
Præfatio I. *De Mensuris Ægyptiacis.* . . . 286
Præfatio II. *De Mensuris aridorum, & liquidorum, Ægypto vsitatis.* . . . 285
Præfatio III. *De Ponderibus Ægyptiorum.* . . . 290
Caput I. *De Architectonica Ægyptiorum; vbi de Pyramidibus, Fanis, ac Delubris, Labyrinthi, & Sepulchris Regum.* . . . 291
Caput II. *De Mechanica Ægyptiorum.* . . . 311
§. I. *De ratione trahendi pondera.* . . . 312
§. II. *De Machinis, quibus terrâ ingentes moles vehebantur.* . . . 313
§. III. *De Machinis, quibus dictæ moles terrâ marique deuehebantur.* . . . 314
§. IV. *De Vecte, Axe in Peritrochio, Cuneo, Polyspasto.* . . . 316
Caput III. *De Machinis Thaumaturgis Ægyptiorum; vbi de statua & aulæis Memnonis, de Sphynge Memphitica, de Echo tonante, de Serapidis statua, aliisque multis Machinis.* . . . 323
§. I. *Statuæ Memnonis modus & ratio.* . . . 324

CLAS-

CLASSIS IX. MEDICINA HIEROGLYPHICA. 345

Caput I. *De origine, inuentione, & conditione Medicinæ Veterum Ægyptiorum.* 346
Caput II. *De characterismis rerum Medicinalium.* 348
Caput III. *De ratione qua Ægyptij in notitiam virium rerum peruenerint per characteres rebus impressos.* 351
§. I. *De cognoscendis herbarum viribus per qualitates elementares.* Ib.
§. II. *De qualitatum specificarum in herbis, cæterisque rebus latentium inuestigandarum methodo per characteres.* 352
§. III. *De Philosophia astræa, qua in morborum curis utebantur Ægyptij.* 356
§. IV. *Characterismi plantarum ad duodecim signorum Zodiaci characterismos, & humani corporis membra comparati.* 359
§. V. *Characterismi plantarum ad septem Planetas comparati.* 366
Caput IV. *De Medicina Ægyptiorum applicata.* 369
Caput V. *De Medicina sympathica, vti de Panacea.* 370
Caput VI. *De Medicina hyperphysica & Astræa, seu Characterismis & Amuletaria.* 374

CLASSIS X. ALCHIMIA HIEROGLYPHICA. 387

PRAEFATIO. 388
Caput I. *De origine Alchimiæ Ægyptiorum.* 389
II. *De hieroglyphicis, quibus aurifera ars à Trismegisto fuit exhibita.* 393
III. *De symbolis hieroglyphicis, quibus Chimica arcana exprimuntur:* 394
IV. *De Cruce Hermetica, eiusque arcana significatione in opere Hermetico.* 399
V. *Quomodo, quæ in characterismo Hermetico theoricè continentur, ad praxin deduci possint.* 406
VI. *Nonnullorum hieroglyphicorum expositiones, Hermeticæ artis praxin concernentes.* 417
VII. *Quamnam artem auriferam Ægyptij propriè professi sint, & vtrum Smaragdina tabula fuerit Trismegisti.* 423

CLASSIS XI. MAGIA HIEROGLYPHICA. 435
PRAEFATIO. 436
Caput I. *Quænam fuerit Magia hieroglyphica Ægyptiorum.* 437
II. *De herbis, & lapidibus, quibus utebantur Ægyptij in operationibus Magicis.* 439
III. *De Diuinationibus, & Oraculis Ægyptiorum.* 441
IV. *De Statuis, Telesmatis, Amuletis, & Prophylacticis Ægyptiorum.* 441

Cap.

Caput V. *De horrendis cæremonijs, quibus in adytis simulachra sua consecrabant Ægyptij.* 452
VI. *De Gnosticorum Magia Amuletaria; & de Literis Ephesijs.* 459
VII. *De Magia Hebræorum, Arabum, aliorumque populorum, contimetque varias diuinandi species.* 471
VIII. *De Cabala Pythagorica.* 488
IX. *De Rota vitæ & mortis.* 491
X. *De Geomantia Arabum.* 493

CLASSIS XII. THEOLOGIA HIEROGLYPHICA. 497

PRAEFATIO. 498
Caput I. *De Theologiæ Ethnicæ origine, & propagatione.* 499
II. *De natura Dei ad intra consideratâ; & de definitione eius.* 500
III. *De Attributis Dei relatiuis.* 506
IV. *De Mundi intelligibilis & intellectualis ordine ac dispositione.* 510
V. *De Ideis, & quid per eas Veteres intellexerint.* 523
VI. *De Anima seu forma Vniuersi, iuxta mentem Ægyptiorum, & Platonicorum.* 526
VII. *De descensu ascensuque animarum, & metempsychosi, ex mente Ægyptiorum.* 529
VIII. *De sacrificijs, ritibus, & cæremonijs quas Veteres vsurpabant ad expiandas animas, & Numina attrahenda.* 536

INDEX

Rerum & verborum Partis II. Tomi II.

ORDINE ALPHABETICO.

A

Belis liber ab Hermete post diluuium inuentus. 144
Adam futura scire desiderans præuaricatus est. 437
Adyta Ægyptiorum in pluribus Nomis. 452
quomodo adornata. Ibid.
Adyta quæ præparatione intrârint Ægyptij. 537
in illis quid fecerint. Ibid.
Ægyptij duobus modis mysteria symbolica significabant. 170
Ægyptijs omnia mysteriosa. 109
Ægyptij Sapientes perfectissimi Mathematici. 3
Ægyptij & Chaldæi post diluuium Matheseos inuentores. Ibid.
Ægyptiorum Sapientia in Alchimia, hieroglyphicè tradenda. 418
Ægyptij putabant Genios inhabitare astra. 200
Ægyptiorum & Chaldæorum diuinatio ex Iconismis 48 constellationum. 213
Ægyptij fingunt Mundo præesse septem Intelligentias. 234
Aegyptij singulis diei horis singulos planetas dominantes attribuebant. 237
Aenigmata. 398
Aenigmata Chimica. 418. & seqq.
Aera Samaritanorum. 269
Hebræorum. Ibid.
Alabastrum mensura. 288
Ale animæ quæ? 531
Alchimia Aegyptiorum. 388
cur de illa tractet Author. Ibid.
quam ardenter à multis colatur. Ib.
ab aliis damnatur, ab aliis commeudatur. Ibid.
apud Aegyptios in pretio. 389
nomina, definitio, origo. Ibid.
quibus symbolis hieroglyphicis exprimantur eius arcana. 394. 397
masculus & fœmina in ea quid? 395
Vulcanus? Ibid.
allegoriæ. Ibid.
in ea parallelismus Deorum Aegyptiorum & Græcorum. 396
fabulæ. 397
ænigmata. 398
Alchimiæ secretum ex Haled. 408
axioma. Ibid.
praxis Aegyptiorum. 409. 432
Alectriomantia Græcorum. 472
Alphabetum cœleste vanum. 220. 221
Alteritas & inæqualitas simul sunt naturâ. 10
Amatoriæ artis principium. 175
Amatorius ordo causa rerum. 116
Amor omnibus inest. 546
Amor quid sit secundùm S. Dionysium. 116
eius definitio. 117
vis in Vniuerso. 118
Amuleta quid? 445
duplicis generis. Ibid.
ventilibus insculpta. 446
varia apud Aegyptios. 447
in ea inuehuntur SS. Patres. Ibid.
Va-

varia explicantur. Ibid. & 448. 449. 450. 451. 452
Amuleta Harpocratica. 462
Cabalistica. 474. 479. 480
Angelica natura. 133
Angeli Solares. 127
Angelorum septem planetis præsidentium nomina ficta. 234
Coptica. 237
Anima alata. 113
Animæ compositio ex Platone. Ibid.
Anima mundi per Solem virtutes suas exerit. 371
Anima mundi. 514. 526
causa omnis motus. 527
omnia implet. Ibid.
Platonicorum doctrina de illa. Ibid.
Animarum descensus vbi initium sumat in cœlo iuxta Veteres. 535
repugnat orthodoxæ doctrinæ. 536
Animarum expiandarum cura apud Aegyptios. Ibid.
Annum in tot dies diuiserunt Aegyptij, quot annis vixit Henoch. 248
Annus ciuilis Aegyptiorum duplex, fixus & vagus. 249
vniformis semper. Ibid.
Annus Dei apud Aegyptios. 250. 253 & 256
Annus aliquorum Aegyptiorum Lunaris, bimestris, trimestris. 252
aliorum Solaris, aliorum Lunaris. Ibid.
Annus communis per quartam anni partem cur significatus apud Aegyptios. 253
Annus fixus & vagus Sacerdotum Aegyptiorum. 254
Annus hieroglyphicus. 258
Annuli & lamina medicæ Aegyptiorum. 384
Annui reditus Simendis Regis. 392
Annum quomodo expresserint Aegyptij. 104
Annus magnus Hermeticus. 113
Annum in tres partes diuidebant Aegyptij. 132
Antiqui ab vno ad vnum omnia referebant. 23
Antiqui putabant, omnia esse producta iuxta numeros in Dei mente latentes. 70
Anubis hieroglyphicum Capricornus. 153
Apotelesma Magicum. 481. 482. 483
eius Author. Ibid.
Aquæ Mercurialis, seu Aceti Philosophorum finis. 413
Aqua viua simul ac soluitur, congelatur. 414
ex auro & argento soluto oleum facit incombustibile. Ibid.
Ara Aspidè sibilante adornata. 333
Ara Deorum imagines tripudiantes exhibens. 337
Arabes Ægyptiorum superstitiones ad posteros transmiserunt. 71
eorundem deliramenta circa sigillum Saturni. Ibid.
circa sigillum Iouis. 72
circa sigillum Martis. 73
circa sigillum Solis. 74
circa sigillum Veneris. 75
circa sigillum Mercurij. 76
circa sigillum Lunæ. 77
Arbor Cabalistica. 494
Arbor rationalis quæ? 100
Arces Deorum signa Zodiaci. 152
Architectonica Ægyptiorum præstans. 291. 311
Arietis cornua Hermeticæ Cruci affixa significant ignem elementarem & mineralem. 415
Arithmetica hieroglyphica in quo consistat. 6
Arithmeticæ mysticæ specimen in numeris, 1, 2, 3, 4. 14
Arithmeticæ mysticæ peritus omnia arcana penetrare potest. 14
Arithmeticæ progressionis mira proprietas. 19. & 20

Artuba. 288. 289
Artephij longæuitas fabulosa. 417
Asterismorum cœlestium dispositio ex mente Auenarij. 200
ex mente Ægyptiorum. 208. & seqq.
Asterismus Apidis siue Tauri, Geminorum &c. 202
Astrologia hieroglyphica Ægyptiorum. 136
in eius interpretatione Authoris protestatio. 140
Astrologia vana & perniciosa. 140. & 176
eius origo, & propagatio apud Ægyptios. 141. 500
Astrologiam à multis illicitis expurgauit Trismegistus. 145
eam hausit ab Henoch. Ibid.
eam legibus astrinxit. Ibid.
Astrologia & Polymantia Dæmonum deceptis hominibus. 422
eas introduxit Cham. Ibid.
Astrologi quanti faciant septem sigilla planetarum. 80
Astronomicæ observationes antiquissimæ apud Ægyptios & Chaldæos. 146
Augurium variæ speciei. 444
Auri confectio phantastica. 144
Aurifera Ægyptiorum ars, qualis fuerit. 425. 430
explicatur. Ibid.
Aurifera ars solis Regibus familiaris apud Ægyptios. 393
Auriferæ artis notitiam habuit Salomon. 391
Auri copia in Ægypto reperta à Persis. 392
Auri sumptus in tabernaculi fœderis structura. 390
Auri copia ingens tempore Salomonis. 391
Auri tinctura. 407
Aureus circulus in Simendis monumento. 392
Aurum ex omnibus materijs extrahebant Ægyptij. Ibid. & 430
Aurum Sol terrestris. 394
Aurum ex qua materia extraxerint Ægyptij. 430. 431
modus id extrahendi ex saxifodinis. Ibid.
conficiendi ratio. 432
auri acquisitio laboriosa. 433
Author dierum intercalarium quis. 248
Axis in peritrochio. 317

B

Bathus Ægyptius. 286
Bellijs superiora insunt. 124
exempla aliquot huius rei. 125
Bona corporis, & bona animi. 441
Bonum summum semper appetit mens humana. Ibid.

C

Cabala Pythagorica. 483
eius varia Alphabeta. Ibid. & 489
eorum vsus ineptus. Ibid.
confutatio. Ibid.
Cabalistica arbor. 494
Cabalistica Magia. 474
Cabalistici Numi interpretatio. 475. 476. 477
Cabalistici amuleti heptagoni explicatio. 479
Cabalista ad decem omnia reuocant. 30
Cæpas cur non comederint Ægyptij. 125
Calcinatio principium operis Chimici. 409
singulorum planetarum metallicorum. Ibid. & 410
Calculus totius Architecturæ pyramidum 301. 302
Caloris temperies in Chimia maximè necessaria. 416

Ca-

Calores quatuor in opere Hermetico. 416
Canales Cabalistarum. 552
Cancri figuram loco Ibidis posuerunt Græci. 155
Canis Sothis quando oriatur. Ibid.
Canones computus Coptitarum. 272 & seqq.
Capricornus cur primum Zodiaci signum ab Ægyptijs positum. 164
Caruacenses inscriptiones. 486
Catenæ sympathicæ apud Ægyptios. 394 & 350
Catenæ mysticæ vnde ortæ. 439
Catenæ Deorum. 522
Catena Heracleotica. 18
Catenæ rerum. 175 177
Catenas rerum mundialium scrutabantur Ægyptij. 349
earum origo. 394
Census. 291
Chaldæi triplicem rerum multitudinem asserunt. 512
Cham impius res piè traditas ad vsum profanum conuertit. 142
erigit columnas. 143
in quibus doctrinam suam exhibet. 143
doctrinam sacram propagat. 149
Character Tauticus, tiusque explicatio. 29
Characteres signorum Zodiaci iuxta Arabes. 79
item septem planetarum. 80
Characterum signorum Zodiaci explicatio. 164
Characterum planetarum fabrica & significatio. 171
compositio Astronomica. 172
Characterismi rerum medicinalium. 348. 352. & seqq.
Characterismi Planetarum ad signa Zodiaci & membra humani corporis comparati. 359. & seqq.
item ad septem Planetas. 366. & seq.
Chelon quid? 320
Chemmin Architectus Ægyptius. 312
Chimiastrorum aliquorum imperitia eorundem mendacia. 417 Ibid.
Chomer Ægyptiacus. 287
Circuli mirabilia ex Aristotele. 85
eius definitio, proprietasque mirabilis. Ibid.
apud Ægyptios in honore. 86. 87 & 503
Deorum capitibus cur additus. Ibid.
quid significet apud varias gentes. Ibid.
Circulum affectant omnia. 89
Circulus abstracte consideratus est linea, triangulum, quadratum, & punctum. Ibid.
Circulus demonstrat quomodo in Deo omnia identificentur. 95
Circulus Hermeticus qualis. Ibid.
Circuli idealis infiniti cum circulo Mathematico analogia. 97
Circuli dominantium muridi Spirituum planetariorum secundum Veteres. 235
Circuli proprietates totam Theologiam exprimunt. 509
Circulus alatus diuinitatis symbolum. 508
Circulus infinitus Dei symbolum potissimum. 509
Clepsydræ Ægyptiorum. 338. & seqq.
Cœli diuisio prima in duodecim partes. 147
Cœlo sphærica figura competit. 86
Cœlum esse librum, in quo futura legantur, asserunt Hebræi & Arabes. 215
huius sententiæ authores. 216
Columbæ cum ære affinitas. 130
Computus Coptitarum. 267
Computus temporum Ægyptiorum. 248
duplicem computus rationem habuerunt. 250
Cardiacis morbis medendi ratio per cha-

characteristicam. 378
item capitis morbis. Ibid.
Corus. 285
Chanix. 286
Catus. Ibid.
Creaturarum tres ordines. 517
Crux Hermetica, Isiaca, ansata. 399
eius structura. 400
mysteria. 401
ex ea originem habent planetarum characteres. 402
in ea latet denarius numerus. Ibid.
eius character inuersus. 403
Ctesiphon quomodo columnas in locum suum deportauerit. 314
Cubitus apud Aegyptios varius. 282
Cubus terræ symbolum, quomodo constituatur ex triangulis. 106
totius Vniuersi harmoniam continet. Ibid.
Cultus Deorum duplex ex Iamblicho. 541. 542
Cuneus quid? 318
eius vsus in lapidibus findendis. Ibid. & 319
Currus ad deuehendas saxorum moles ingentes. 313
Cynocephalus symbolum æquinoctij. 151
Cynocephalus vrinando metiebatur tempora boraria apud Aegyptios. 230
Cynocephalus hydrologicus. 339

D

Dædali statuæ. 323
Decani signorum. 152. 156 & 201
Decussis seu Chiasma quid. 98
Denario omnis numerus comprehenditur. 16
Deorum Varij ordines. 519
varietriades. Ibid. & 520
Deorum arces, & ascensus. 152
Deus cur dicatur ens & non ens à Sancto Dionysio. 9
Deus Circulus est. 86. 88
Centro circuli comparatur. Ibid.
corporis circumactu colendus secundùm Pythagoram. Ibid.
Deus quo sensu dici possit circulus, linea, triangulum, quadratum, &c. 89
Deus quo sensu admittat contradictoria. 90
Deus est omnia in omnibus. 93
& omnia in ipso. Ibid.
Deus quid sit secundùm Aegyptios. 501
Circulus est secundùm Trismegistum. Ibid. & 502
quid sit secundùm Parmenidem. Ib.
Dei attributa. 503
dicitur à Trismegisto Mens. Ibid.
hieroglyphicè adumbratur. Ibid.
eum quinque modis describit Trismegistus. 504
Phœnici comparatur. Ibid.
de eo altissimè sensit Trismegistus. 505
Dei attributa relatiua. 506
eius symbolum triangulum æquilaterum. 508
& circulus alatus. Ibid.
& circulus infinitus. 509
Dei hieroglyphicum. 510
Diadema ex sagittis. 88
Dies quinque intercalares. 163
Dij cœlestes stationes mutant in circulo magno secundùm Aegyptios. 150
Dij in varia materia incisi ab Aegyptijs. 385
Dij amant suas res. 545
Dionysia auris Syracusijs. 329
Distillatione tria eliciuntur. 372
Diuina natura. 133
Dodecaëdron quomodo fiat. 107
notat Vniuersum. Ibid.
Dogma Aegyptiorum de Anima mundi. 371
Domus cœlestes duodecim. 186. 187
Domus Deorum cœlestium. 152. & seqq.
Domus planetarum. 189
Drachma. 290

E

Echo sonitus exhibens. 329
Eclypsin primus prædixit Romæ Sulpitius Gallus; in Gracia Thales. 151
Effectus comparentium Deorum ex Iamblicho. 544
Elementa per quatuor Obelisci latera significantur. 110
Elementaris ignis qualis debeat esse in Chimia. 416
Elixir Philosophorum ex Haled & Arcephio. 413
Elixir extrahebant Aegyptij ex præstantissimis herbis. 430
Elixir est lapis Philosophorum Aegyptiorum. Ibid.
Ephi mensura. 286
Ephesiæ literæ. 469. 470
Ethnicorum Theologi à Trismegisto didicerunt Theologiam. 507
eorum opinio de Dei fœcunditate. 514
aliquam in Deo trinitatem agnouerunt. 516. 517
Eudoxus accepit ab Aegyptijs rationem intercalandi. 253
Exaltatio Solis & Lunæ in domibus Martis & Veneris. 407
Excipitionis modus ex Iamblicho. 541

F

Fama Aegyptiorum. 305
Fatum quid? 96
Ferri temperandi notitia apud Aegyptios 312
Festa Aegyptiorum per omnes anni dies celebrantur. 358
Figuræ cœlestes ab antiquis positæ. 358
Figuræ cœli lapidibus & amuletis incisæ ab Aegyptijs & Arabibus. 377
Fistularum prima rudimenta ex arundinibus. 120
Fontana trias. 518
Fontes septem Planetarum. 518
Fontes materiales, & eorum ordines. 519
Fundum paternum quid? 511
ex tribus triadibus compositum. 515
dupliciter sumi potest. 517
Futurorum scientiam appetit homo. 442

G

Genius polymorphus. 156
Leontomorphus, & reliqui. 162
Geniorum quinque explicatio. 163
Genij aduersi. Ibid.
Genij horis singulis diei ac noctis dominantes secundùm aliquos. 238. 239
Genios proprios in singulis præfecturis colebant Ægyptij. 358. 442
eorum locus. Ibid.
afficiebantur bominibus. Ibid.
Genium bonum & malum singulis rebus attribuebant Ægyptij. 438
Geomantia Arabum. 493. 495
Geometriæ scientia ducit ad cognitionem inuisibilium. 84
Gnomonica ab antiquis temporibus fuit. 224
Gnostici ab Ægyptijs hauserunt sua deliramenta. 463
verba Hebraica corruperunt. 468. 469
omnia attribuunt numeris. Ibid.
Gnosticorum Magia Amuletaria. 459
eorum Amuleta. Ibid. & 460. 461. 462. & seqq.

H

Harmonia Chororum Angelicorum cum mundo. 18
Harmonicis proportionibus Deus vsus est in creatione mundi. 120
Harpocratis imago. 500. 501
Harpocratica amuleta. 462
Hecatis varia nomina. Ibid.
Henoch primus Sapientiæ Ægyptiacæ conditor. 149
tot annos vixit, quot dies in anno. 150
Hemisphæria cœli ex mente Ægyptiorum. 206
Herbæ Solisequæ. 125
Herbæ medentur illis membris, quorum similitudinem habent. 353
succi illarum medentur illis humoribus, quorum colorem referunt. 355
Herbarum & animalium in medendo vis. 355. & 357
Herbis in Ægypto natis vtebantur tantum Ægyptij in medendo. 351
earum virtutes discebant ministerio quinque sensuum. Ibid.
& alijs etiam modis. 352. & seqq.
per somnia. 375
Herbis vtebantur Ægyptij in sacris. 439
Herbis non inest vis physica ad fugandos spiritus. Ibid.
variis vtebantur Ægyptij ad varios effectus. 440
Herbæ Magicæ Ægyptiorum. Ibid.
Hermes secundus Idris. 145
eius ingenium immensum. 146
quomodo hieroglyphicè exhibeatur.
Hermes primus obseruator planetarum. 168
Hermes sub specie Canis plagitur. 254
Hermeticus character Chimicæ artis clauis. 405
eiusq; praxin docet. 406. 408. 409
Hermetis sententia de essentia in omni re existente. 406
de aqua vitæ. 411
Heron ab Ægyptijs sua spiritalia hausit. 323
Hieroglyphicum diuinæ essentiæ. 96
generationis & corruptionis rerum. 100
Hieroglyphicum Geminorum. 155
Hieroglyphicum Vas ex gazophylacio Cæsareo. 379. & seqq.
aliud à Ferdinando IV. Rege Romanorum transmissum. 382
aliud ex Museo Stephanonij. 383
Hieroglyphicum Hermeticum Chimicum, riusque explicatio. 419
Hieroglyphicum idem diuersos sensus habet. Ibid.
Hieroglyphicum Dei naturam explicans. 505. 510
Hieroglyphica rerum mirandarum effectiua putabantur. 446
plerique erant Amuleta. Ibid.
vtensilibus insculpta. Ibid.
Hierophantica computandi ratio apud Aegyptios. 250
Hierophantarum annus vagus. 251
annus Dei. 255
Homo compendium mundi. 124
Homo desideret scire futura. 437
Horarum vsus antiquissimus. 225
earum nomine quid intellexerint Veteres. Ibid.
Horæ planetariæ. 232
earum obseruatio superstitiosa. 237
240
Hori symbolorum interpretatio. 100
Horologia Veterum. 224
Horologia Ægyptiorum. 229. & 338
triplicis generis erant. 339. & seqq.
Hydraulicum pro horis æqualibus. 340
& 341
pro inæqualibus. 342
Horologium Sciathericum Achaz. 226
227
Horologiorum Sciathericorum quatuor genera. 227
Horologium sympathicum. 231
Horoscopij Dij & Virtutes. 157
Horoscopum quomodo Chaldæi obseruauerint. 189
Hydria. 287
Hydria Cana Galileæ. 288
Hymni Veterum ad Musicam mundanam alluserunt. 135
in hymnis diuinationem statuebant Aegyptij. Ibid.
Hymni mystici Orphei. Ibid.
Hyperphysica Medicina. 374
quomodo ad eam se disposuerint Aegyptij. 375
à quibus Dijs eam postulârint. Ibid.

I

Iamblichi doctrina de duplici ordine Deorum. 540
de duplici cultu diuino. 541
de modo expiationis. Ibid.
Iamblichus describit Theologiam Hermetis & Zoroastri. 520
Ibiacum triangulum. 284
Ibidis passus mensura Aegyptiorum. 283
Icosaedron aquæ symbolum quomodo fiat. 106
Ideæ in creatione mundi exemplaria. 525
Idearum doctrina ab Aegyptijs & Chaldæis orta. 523
earum contextus est hieroglyphica doctrina. Ibid.
de ijs loquitur Trismegistus. Ibid.
Proclus. Ibid.
in earum cognitionem quomodo venerint Veteres. 524
earum doctrinam amplectuntur Platonici. 525
earum mentionem faciunt SS. Patres. Ibid.
Idola singula morbis præsidentia habebant Aegyptij. 348
Idola duo Aegyptiaca. 483. 484. 485
Idololatriæ origo. 436
introducta à Chamo in Aegyptum. Ibid.
Idolum exhibens octo Numina. 38
Idris primus, Astronomus. 148
Idris secundus, Hermes. Ibid.
Ignis elementaris qualis debeat esse in Chimia. 416
item mineralis. Ibid.
Infinita linea est omnium adæquatissima. 93
In infinitis lineæ recta triangulus, & triangulus circulus est. 91
In infinita vnitate attributa Dei non sunt diuersa. 95
Intelligibilium tres ordines. 515
Intercalandi ratio Ægyptiorum declaratur. 256
Intercalatio adhibita in anno Ægyptiorum. 254
& Græcorum. Ibid.
Inuentiones rerum casuales. 120
Inuentores eiusdem rei possunt esse diuersi. 150
Iouanithon primus obseruator stellarum in deserto. 149
Isis tergemina, eadem quæ Hecate. 462
Ismendis simulachrum. 308
in eo tria maximè mirandi. 310
Itinerum directio noctu per stellas. 149
Iyngum trias, & ordines tres. 517

K

Kost. 286

L

Labyrinthus Ægypti. 306. & seqq.
Lapides Magici. 441
Lapis Philosophorum. 415
commentitius. 425
eum non intenderunt Ægyptij. 426

Libri ante diluuium scripti quomodo ad posteros post diluuium traducti. 142
Libri dicti turba Philosophorum, barbaries. 418
Liquores medicos ex humani corporis membris efficiebant Ægyptij. 374
Litteræ Titi Liuij Buratini ad Authorem. 303
Logogriphus de Elixir vitæ, eiusque explicatio. 425
Log mensura. 286
Lecythus. 287
Lotus Ægyptiaca. 126. 331
Lunæ stationes seu mansiones. 24. 242
earum ordo. Ibid.
Lunæ terrestris pondus, fixatio, & gradato à reliquis planetis supplentur. 408
Lustrum Sothiacum seu Caniculare. 249
maius & minus. Ibid. & 256
Lustri Canicularis neomenia. 257
Lustri Sothiaci quatuor anni, totidem Deorum nominibus appellabantur. 258. 266
Lustri quatuor annos, quatuor Euangelistarum nominibus appellabant Æthiopes. 260
Lyra multiformis inuentum Trismegisti. 123

M

Machinæ necessariæ ad Aegyptiorum operâ construendæ. 311
Machina ligneæ bifurcatæ. 322
Machinæ grandiores loco mouendi triplex ratio. 313
Machinæ Thaumaturgæ Aegyptiorum. 323
earum author. Ibid.
Machinæ ad sacrificium spectantes. 332
Magiæ naturalis origo. 126
Magia hieroglyphica. 436
quænam fuerit. 437. 438
Magia & idololatria ex Astrologia & Oraculis orta. 438
Magiæ Aegyptiacæ ramus primus. 459
ramus secundus. 471
Magiæ characteristicæ origo. 471
Cabalisticæ. 474
Magna Deorum mater lac ispargebat fraude Sacerdotum. 332
Mansiones cœli duodecim. 190. & seqq.
Mansiones Deorum, seu 48 Asterismi. 195. 196
Mansiones Lunæ. 241
earum porta est via lactea. Ibid.
Materia dicta Prothea. 23
Materia prima per Obelisci figuram significata. 110
Maximum absolutum quid? 7
Maximum & Minimum absolutum coincidunt absque contradictione. ibid.
Maximum simpliciter est actu omnia quæ in potentia sunt. 92
in eo resultant contradictoria. Ibid.
Maximum est omnia. 95
in eo sunt omnia. 96
Mechanica Aegyptiorum. 280. 311
Mechanicæ rationes à natura insitæ. 312
Medendi modus apud Aegyptios ex Trismegisto & Proclo. 347. 372
Medicina Aegyptiorum. 345
eius origo & conditio. Ibid.
eam docuit Cham. 346
Medicina Aegyptiorum applicata. 369
Medicina sympathica. 370
Medicamentum Catholicum, seu Panacea 373. 374
Medicina hyperphysica, & astræa, seu characteristica, aut amuletaria. 374 & seqq.
hanc Arabes propagarunt. 377
modus per eam medendi. 378
vsus superstitiosus. Ibid.
Memnoniæ aues. 327
eas arte exhibendi ratio. ibid.
Memnonis statua, eiusque habitus & situs. 324
magicâ arte sonum edebat. 325
quomodo naturaliter possit edere sonum. 326
quomodo sonum & motum. 327
Memphis situs. 294
Mensium Aegyptiorum nomina. 261 & seqq.
Mensuræ Aegyptiorum. 280
quadruplicis generis. 281. & seqq.
Instrumentorum. ibid.
Mensuræ aridorum & liquidorum apud Aegyptios. 285
Mercurius Philosophorum. 715
Metallica ars antiquissima. 389
ante & post diluuium semper culta. Ibid.
Metempsychosis Aegyptiorum. 529
eius origo. Ibid.
de ea Trismegisti opinio. 350
Platonis. Ibid.
Hebræorum. 534
originem habuit ex malè intellecta doctrina Hermetis. 535
Milliare. 285
Mina. 290
Minimum absolutum quid? 7
Mira animalium ac plantarum. 125
gemmarum. Ibid.
Minas Dijs intentabant Aegyptij Sacerdotes. 453
quid significent illæ minæ. 454
Modus. 587
Momphe domus & officium. 155
Monadis supremæ processus. 37
Morbi peculiares habebant peculiares modos medendi. Ibid. & 373
Morbos distinguebant Aegyptij iuxta numerum humani corporis. 369
Morbi capitis. Ibid.
aliorum membrorum. 370
Mosis etymon. 101
Mundi septem explicantur. 37
Mundorum trium ad se inuicem comparatio. 132
repræsentantur per Osiridem, Isidem, & Horum 133
Mundus visibilis vmbra futuri. 132
Mundi superioris cum inferiori analogia. 400
Mundus elementaris factus secundùm Archetypum. 402
in illo regnum vegetabile & minerale quid? Ibid.
Mundus triplex ex vnitate archetypa prodijt. 519
Mundus factus verbo Dei secundùm Hermetem. 511
Mundus triplex quomodo ex nihilo creatus. 512
Mundus Angelicus seu Intellectualis.
Mundi Ductorum trias, & ordines tres. 517
Mundi intelligibilis nouem ordines. 518
Musicæ origo. 120
eius auctor Iubal. 121
in Ægypto inuenta. Ibid.
eius vis in animis mortalium. 136
Musicæ cultor Mercurius Trismegistus. 122
Musicæ mundanæ hieroglyphica. 128
Musicorum instrumentorum origo. 120 & 122

N

Natales Deorum dies. 163
Naturalium rerum vires tribus modis scrutabantur Ægyptij. 351
Naturalia metallica. 373
Naues quibus Obelisci deuehebantur. 315. 319
Nini armorum copia, & armatorum numerus. 390
Nomina diuersa Boni & Mali. 22
Nomina Typhonis. Ibid.
Nominis Dei Iehoua efficacia secundùm Hebræos. 479
Numerorum mysticorum explicatio. 16

Numerorum repræsentatio Kyriologica. 21
Numeris explicabant Ægyptij multitudinem rerum. Ibid.
& omnia alia. 28
Numeros lineolis exprimebant Veteres. Ibid.
Numerum quinarium & denarium, quomodo exprimebant Ægyptij. Ib.
Numerandi ratio hierogrammatica. 22
Numerus quaternarius vel conficit pyramidem trilateram, vel cubum. 26
Numeri quinarij mysteria. 30. 31
est numerus circularis. 32
seipsum respicit. Ibid.
eius prærogatiuæ. Ibid.
sensibilium vniuersitatem significat. 33
Numerus senarius perfectorum numerorum Coryphæus. 33
repræsentat reuolutionem quatuor vnitatum in vnitatem absolutam. Ibid.
Solium Dei decorabat apud Ægyptios. 34
Numerus septenarius. 35
eius arcana. Ibid.
apud Ægyptios in honore. Ibid.
Vniuersum eo signatum. Ibid.
quot modis expressus ab Ægyptijs. 36
Numerus octonarius. 37
octo Numina illo designabant Ægyptij. Ibid.
iuramentum per eum præstabatur. 38
Numerus nouenarius. 39
Numerus denarius. Ibid.
complementum omnium rerum. Ib.
per Crucem repræsentabatur ab Aegyptijs. Ibid.
Numeri quomodo in Obeliscorum figura repræsententur. 40
Numeri Kyriologici & hieroglyphici. 41
Numeri hierogrammatici. 42
Numerorum miri effectus. 43
Numeri septem apud Aegyptios in honore qui? Ibid.
Numeris omnia demonstrabant Pythagorici. 44
Numerorum quadratorum mysteria. 44
qui quibus Dijs dedicati. 45
eorum productio. Ibid.
eos disponendi ratio. 46
Numerorum sibi correspondentium vis iuxta Aegyptios. 70
Numina 12 ab Aegyptijs disposita iuxta exemplar naturæ. 156

O

Obelisci figura mysteriosa. 109
Obelisci duodecim Heliopoli. 111
Obelisci triangula & quadrangula quid significent. 113
Obeliscorum vmbra apud Aegyptios monstrabant horas, meridiem &c. 229
Obeliscos excisos in locum situm deportandi modus. 314. 315
Obseruatio polorum & æquinoctialis prima. 147
stellarum. 149
Obseruatio planetarum. 147
motuum Solis & Lunæ. Ibid.
Zodiaci. Ibid.
Mensium duodecim. 148
Obseruatores stellarum primi Babylonij & Chaldæi. 149
Obseruationis ratio à Mercurio Trismegisto instituta. 151
Octaedron æris symbolum quomodo fiat. 106
Omnia in omnibus. 16. 124. 134
Opulentia Aegyptiorum. 391. 392
Oracula cur desierint? 443
origo diuinationum fuerunt. Ibid.
in omnibus fere Aegyptiorum Nomis erant. 444
Oracula Græcorum celebriora. Ibid.
per ea Diabolus docebat superstitiones. Ibid.
Ordines Angelorum. 17
Ordo Vniuersi Musica est. 123
Ordo dierum septimanæ, qui à planetis denominantur, non sequitur ordinem planetarum. 233
Origo characterum signorum Z odiaci. 165
Origo Theologiæ Ethnicæ timor. 499
Origo idololatriæ & auguriorum. Ib.
Astrologiæ. 500
Orphei fabulosi cantus origo. 135
Ossa Hori Magnes, Typhonis ferrum. 23

P

Pallas è Iouis cerebro nata. 101
Panacea seu medicamentum catholicum. 373. 374
Pantamorphus Deus. 111
Pater in diuinis Mens prima. 514
omnia perfecit & tradidit Menti secundæ. 515
Paternum fundum ex tribus triadibus compositum. Ibid.
Patriarchæ primæui omnium rerum, scientias habuerunt. 389
Persæ ab Aegyptijs acceperunt rationem disponendi annum. 256
Pherecides vocat Deum circulum, lineam, triangulum, quadrangulum, & omnia. 89
Philosophia astrea Aegyptiorum. 357
Philosophorum veterum in Mathematicis addiscendis ardor. 48
Planeta omnis habet planetam sibi correspondentem. 130
Planetarum origo, nomina, officia, characteres. 168
eorum obseruator primus Hermes. Ibid.
ordo. 169
Planetarum domus. 189
termini. 190
aspectus. Ibid.
Planetariæ horæ. 232
Planetarum dominij fabula. Ibid.
Planetarum regimen. 234
Planetæ superiores & inferiores. 404
Planetæ quid sint ex Veterum doctrina. 535
Plantarum virtutes in proprio solo natarum tantùm scrutabantur Aegyptij. 349
Plantæ ad signa Zodiaci & humani corporis membra comparatæ. 359 & seqq.
item ad septem planetas. 366 & seqq.
Platonicus circulus 36500. annorum. 150
Platonicum de Dei cognitione effatum. 500
Platonicorum doctrina de sphærarum cœlestium animabus. 529
de animarum descensu. 536
Platonis de animæ ascensu & descensu. Ibid.
Plato putabat singulis stellis attributas esse animas. 531
eius opinio de animabus malorum. Ibid.
Pocula varia superstitiosis characteribus insignita. 384
Poëtæ, quo sensu traxerint feras & saxa. 137
Polymorphi Numinis hieroglyphicum. 31
Polyspastus Aegyptiacus. 320
eius vsus. Ibid.
incommoda. 321
Pondera Aegyptiorum. 290
Portæ quinquaginta lucis. 133
Potentiæ quinque motrices. 316
Pyramis lucida & tenebrosa. 112
Pyramides quid significârint apud Aegyptios. 114
Pyramidalis influxus signorum Zodiaci. 174
Pyramides Memphiticæ. 292. 293. 294 295.

earum architectura . 296
magnitudo . Ibid.
& seqq.
Pyramidis mysteria hieroglyphica . 109
Pythagoricum problema ab Aegyptijs videtur desumptum . 26

Q

Quadrangulum quid denotet . 103
Quadruntis in horis indagandis vsus apud Aegyptios . 229
Quadrata cubica, eorumque dispositio . 67. & seqq.
Quadratorum numerorum mysteria . 44
qui quibus Dijs dedicati . 45
eorum productio . Ibid.
eorudem dispositio . 46
Quadratum Saturni . 46
Iouis . 47
Martis . Ibid.
Solis . 48
Veneris . 49
Mercurij . Ibid.
Lunæ . 50
Quadratum ex binario imperfectum est . 51
Quadratum ternarij quomodo disponatur . Ibid.
item quaternarij . 56
quinarij . 58
senarij . 60. 61
septenarij . 62
octonarij . 64
nouenarij . 67
Quadriuium Mathematicum . 4
Quinta essentia rerum . 372
Quodlibet in quolibet quomodo . 528

R

Rabbinorum blasphemia in Christum . 477
in Eucharistiam . 478
Res Saturninæ . 366
Iouiales . Ibid.
Martiales . 367
Solares . Ibid.
Veneteæ . Ibid.
Mercuriales . 368
Lunares . Ibid.
Rota chronica ex mente Aegyptiorum . 265
Rota diuinatoria Hebræorum ex literis Hebraicis . 471
Aegyptiorum . 472
Rotæ Versatiles aquam lustrationi necessariam fundentes . 336
Rota versatilis Deorum tripudia exhibens . 337
Rota vitæ & mortis . 491
eius structura . Ibid.
vsus . 492
confutatio . Ibid.

S

Saa . 287
Sacerdotes Aegyptiorum, quibus ritibus orauerint . 452
appetebant θωμαστον . Ibid.
Dijs minabantur . Ibid.
putabant Genios timere homines θωκτον .
Sacerdotes Aegyptiorum Deo supplices inuocabant tenebras . 506
Salomonis sigillum Cabalisticum . 477
Sal singulorum Planetarum metallicorum . 411
Saxa trahendi ratio apud Aegyptios . 313
Scaphium Sciathericum Aegyptiorum . 229
Scarabæi hieroglyphicum Chimicam artem denotat . 405
Schema ordinis rerum ac Mundorum, eiusque explicatio . 15. & seqq.
Scytalarum vsus . 314
Semiramis tres ingentes statuas erexit . 390

Septenarius numerus . 131
Sepulchrum Regum Aegypti . 308
Serapidis statua Solis orientis oculo salutata . 329. & seqq.
Serpens caudam mordens annum significat . 266
Seth libri septem attributi . 142
eius filij columnis commiserunt sideralem scientiam . Ibid.
eius scriptura de stella apparitura in ortu Messiæ . Ibid.
Sicilus . 290. 291
Sigillum Saturni . 46
Iouis . 47
Martis . Ibid.
Solis . 48
Veneris . 49
Mercurij . Ibid.
Lunæ . 50
Sigillorum horum confectio inuoluit pactum cum Dæmone . 80
ridicula est . 144
Signa seu asterismi Boreales . 196
Zodiaci . 198
Australes . 199
Similitudinis vis . 126
Sistri hieroglyphici descriptio . 456
interpretatio . 457
Solaria animalia Leo & Gallus . 127
Solares Angeli . Ibid.
Sphæra representat animam Mundi quintuplici circumuolutione peracta in seipsam reuertente . 32
Sphæra amoris . 112. 115
Sphæra diuinæ essentiæ omnium mensura . 502
Sphynx Memphitica . 328
quomodo responsa dabat . Ibid.
Spiritum mundi exprimebant Aegyptij Accipitre . 129
Spiritus Vniuersi secundum Veteres . 527. 528
Stadium varium apud Aegyptios . 284
Stater . 290. 291
Statua delubri Apici imposita ad Solem se conuertens . 331
Stellæ aliæ beneficæ, aliæ maleficæ, aliæ commues . 189
Stellarum in asterismos diuisio . 195
facta ab Aegyptijs . 196
cur facta . 200
Stellarum hieroglyphicas imagines Græci verterunt in Deos . 196
Stillans seu Infundens idem quod Propheta .
Suffumigia in sacrificijs vsurpata . 538
Deorum singulorum propria . Ibid.
sine iis non fiebant sacra Aegyptiorum 539
illis quomodo Deos attraherent Veteres . 540
Sumptus facti in pyramides & labyrinthos . 391
Superiora in inferioribus continentur . 125
Superstitio Aegyptiorum ad alias Nationes transijt . 446
Symbola in manibus Deorum gestata quid significent . 163
Synochorum trias, & ordines tres . 517
Systema septem planetarum commune Alchimiam docet . 405

T

Tabula Barberina, eiusque explicatio . 161. 162
Tabula computus Paschalis Coptitarum . 271
Tabula mensium Ægyptiorum, respondentium mensibus Iulianis . 275
Tabula mensium populorum Orientaliam . 277
diuersarum nationum . 278
Tabula Smaragdina, eiusque author . 427
eius Verba . 428
felicitia est . Ibid.
eius explicatio . Ibid.
sensus . 429. & seqq.

Talentum. 290
Tauticus character, eiusque explicatio. 29
Chimicæ artis clauis. 405
Telesmata superstitiosa. 144
ridicula. Ibid.
Temporis diuisio apud antiquos in vsu. 224
Ternarij numeri geneſis. 24
eiusdem laus. 25
eſt numerus perfectiſſimus. Ibid.
ritus illo peracti. Ibid.
Tetractys reperitur in omnibus rebus. 29
Tetraëdron ignis symbolum quomodo conſtituatur ex triangulis. 106
mysticam Theologiam continet. Ib.
Theologia Aegyptiaca. 498
eius princeps Trismegistus. Ibid.
Theologiæ Aegyptiacæ & Chaldaicæ anacephalæoſis. 516
vtraque eadem. 519
Theolysia quibus ritibus procurabatur. 536
Theurgia Aegyptiorum. Ibid.
illi magna pars hieroglyphicorum inititur. Ibid.
Traba. 313
Triadis excellentia. 23
Triades tres quæ. 515
Triangulum æquilaterum eſt hieroglyphicum Triadis. 24
Triangulus maximus omnes figuras polygonas implicat. 94
Trianguli ſignificationes. 104
Triangulum geneticum. 105
Triangulorum ex comparatione Plato venit in notitiam proportionis elementorum. 106
Triangulum æquilaterum notat Deum vt creantem. 108
Scalenum quid notet. Ibid.
Trianguli proprietates Dei proprietates exprimunt. 509
Trigonum geneticum. 26
Trigonus igneus, aëreus, aqueus, terreus. 176
Trina dimenſio ſignificat ſupremæ Monadis in mundum euolutionem. 84
Trinitas quomodo concipienda. 94
Trinitatis ſubobſcurum cognitionem habuerunt Aegyptij. 406
eius myſterium non bene explicat Triſmegiſtus. Ibid. & 507
Triplicitatis ſignorum Zodiaci origo. 176
Triplex mundus quomodo ex nihilo creatus. 512
Triſmegiſti effatum de Monade. 10
Triſmegiſtus multa diſcit à Chamo. 150
Triſmegiſtus hieroglyphicorum author. 393
quadruplicem mundum diſtinxit. 394
cur ita dictus. 408. 498
Triſmegiſti libri Theologici. 498
Triſmegiſti de mundi productione ſententia. 511
Tritbemius in aſſignando mundi dominio ſeptem Angelis, diſſidet ab Hebræis. 236
Tropici Deorum limites. 151
Tropicorum ſymbola duo Canes. 152
Turcicus liber diuinatorius. 495
Typhonis nomina. 23

V

VAluæ ſacelli ſponte aperta &c. clauſæ. 335
Vaſa medicinalia varia. 379. & ſeqq.
ea exornabant hieroglyphicis Aegyptij. 384
Vectis. 317
eius vſus primus Mechanices fundamenta præbuit. Ibid.
Vegetabilia quæ quibus Dijs attribuerint Aegyptij. 373
Veritatis inquiſitio tota eſt in Mathematicis diſciplinis. 4
Via lactea quomodo à diuerſis appelletur. 241
fabula Aegyptiorum de ea. 242
Virgo puerum lactans in Zodiaco ex Aegyptiorum & Hebræorum mente. 203
Vmbrâ baculi dimensâ diſcebant Aegyptij horas. 229
Vnitas principium omnium numerorum. 6
Vnitas eſt eſſentia Dei. Ibid.
Vnitas maximi æquiparatur Vnitati minimi. 8
Vnitas naturâ prior eſt alteritate. 9
Vnitas, æqualitas, & connexio ſicuti habent vnum eſſe, ita habent æternum eſſe. 10
Vnitas quadruplex explicatur. 11. & ſeqq.
Vnitatis mirus fœtus. 19
Vnitas eſt inuariabilis. 44
indicat diuinam naturam. Ibid.
omnia complicat. 45
Vnitas formalis Dei per apicem Obeliſci indicata. 114
Vox humana ad imitandum prouocat. 137
Vſiarchi qui. 111
Vter. 288
Vulcani tripodes. 323

Z

ZOdiaci, Deorumque præſidentium eius partibus diſtributio. 111
eius ſigna, & Dij. Ibid.
diuiſio in partes duodecim. 152
eius domus ſeu arx prima &c. 153 & ſeqq.
Domorum Dij. Ibid.
Zodiaci ſymbola. 162
characteres. 164. & ſeqq.
ſignificatio. 167
Zodiaci veteris hieroglyphica exhibitio, & explicatio. 160. & ſeqq.
Zodiaci ſignorum Genij, vires, qualitates &c. 174
Zodiaci reuolutionem quomodo Antiqui ſuerint dimenſi. 189
Zonæ & Azoni. 5
Zoroaſtri de Trinitate ſententia. 407.

FINIS.

Errata sic corrige. primus numerus paginam, secundus lineam denotat.

Pag. 48. lin. 22.	656.	666.
50. 28.	inde res	inter res
54. 27.	in i	n i
55. 25.	quinarios	quinarios
ibid. 33.	cumetrorum	numerorum
ibid. 39.	seipso	seipsum
56. *vlt.*	134	136
92. 9.	habete	habere
98. 16.	lib. 5.	lib. 1.
108. 1.	bisectione	dissectione
113. 9.	fometro	fomento
114. 18.	sinum	situm
116. 25.	reciproca	reciprocam
121. 28.	con	non
ibid. 32.	τῶ ὑπ' αὐτῶν	τῶ ὑπ' αὐτῶν
ibid. ibid.	αἰλλὸς	αἰλλὸς
126. 3.	pariat	pareat
127. *antepen.*	tepenit	repenit
128. 1.	φύσις	φύσις
130. 19.	spiretuali	spirituali
ibid. 31.	vquam	vquam
ibid. 35.	calcum	calcum
132. 14.	Latini	Latinos
133. 41.	cum	cum
136. 5.	Vir	vix
ibid. 22.	πλλαχοῦ	πλλαχοῦ
137. 25.	πολυσιδαίτ ος	πολυσιδακτος
138. 2.	commeniuratur	commensuratus
139. 16.	quandam	quondam
ibid. pen.	profectum	profectum
140. 8.	multam	multum
141. 31.	ὄρθιον	ὄρθιον
142. 31.	characfere	characterum
163. 23.	vicinara	vicinam
ibid. 36.	ftella	ftellas
178. 21.	11. ſignum	12. ſignum
187. 1.	quò	quòd
247. 2.	19.	26.
251. 20.	fuerunt	ferunt
258. 7.	manſionum	menſium
259. 40.	ſuſtentatur. Solem	ſuſtenteturSolem
262. 34.	Die menſis	Die 7. menſis
264. 27.	beneficum	beneficium
306. 3.	admiranda	admirando
309. 22.	nota	nota
312. 4.	ea	ea
ibid. 30.	quam	qua
ibid. *vlt.*	adinuenic	adinueniſſe
315. 27.	ergatorum	ergatarum
318. 2.	vrat	erat
354. 29.	ciſſam	ſiſſam
369. 23.	ſubdividebunt	ſubdividebant
370. 13.	incúmbebat	incumbebant
380. 21.	quæ	quo
389. *pen.*	ſuiſſet	ſuiſſe
392. 17.	innumerabili	innumerabilique
397. 19.	permeantem	permanentem
430. 25.	peonæ	ſupinæ
430. 32.	comparetur	compararetur
455. 7.	iherogram.	hierogram.
456. 2.	in ſignatis	inſignatur
481. 23.	ſua	ſuo
536. *pen.*	Ægyptios	Ægyptij
538. 18.	ſuſtimentum	ſuſtimentum

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd.

Omnes ſunt duerniones præter Zzz & Dddd.

ROMÆ,

Ex Typographia Vitalis Maſcardi, M DC LIV.

Superiorum permiſſu.